lȝ a summo celo egressio eius: nimio tamē
ꝑuolās desiderio: ꝑuenit suū nunciū deus
ad v̓ginē quā amauerat: quā sibi elegerat
cuius decorē cōcupierat. Quē ꝓspiciens a
lōge venientē gratulās ꝛ exultās ait eccle
sia: Ecce venit is saliens in mōtibus transi
liens colles. Merito aūt cōcupiuit rex de-
corē v̓ginis. Fecerat eum qcqd lōge ante
premonita fuerat a patre suo dauid: dicen
te sibi: Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tuā
obliuiscere populū tuū ꝛ domū patris tui.
Et si hec feceris: cōcupiscet rex decorē tu-
um. Audiuit qppe ꝛ vidit: nō vt quidā: q
audientes nō audiūt: ꝛ vidētes nō intelli-
gūt: sed audiuit ꝛ credit: vidit ꝛ intellexit.
Et inclinauit aurē suā: videlicet ad obedi-
entiam: ꝛ cor suuȝ ad disciplinā. Et oblita
ē populū suū ꝛ domū patris sui: q: nec p o-
pulū suum augere ꝓlis successione: nec do
mū patris sui relinquere curauit heredez:
sed qcqd honoris in populo: qcquid de pa
terna domo: de rerūqȝ terrenaꝝ substātia
habere potuisset: oīa arbitrata ē quasi ster
cora vt xp̄m lucrificaret. Nec fefellit eā in
tētio: qn̄ ꝛ xp̄ȝ sibi filiū vēdicauit: nec ꝓpo
situ pudicitie violauit. Bn̄ igit̃ gr̄a plena
q̄ ꝛ v̓ginitatis gr̄am tenuit ꝛ isup fecūdita
tis gl'iaȝ acqsiuit. Aue inqt gr̄a plena dn̄s
tecū. Nō dixit dn̄s in te: sed dn̄s tecū. De
us eni q vbiqȝ eq̄liter tot⁹ ē p suā simplicē
substātiam: aliter tn̄ in rōnabilibus creatu
ris q̄ȝ in ceteris: et ipsarū aliter in bonis
q̄ȝ in malis ē p efficaciā. Ita sane ē in irrati
onabilib⁹ creaturis: vt tn̄ non capiatur ab
ipsis. A rationabilib⁹ aūt oīb⁹ qdē capi po
test p cognitionē: sed a bonis tm̄ capit̃ etiā
p amorem. In solis ergo bonis ita ē: vt sit
etiā cū illis ipsis p cōcordiā volūtatis. Nā
dum suas volūtates: ita iusticie subdūt: vt
deū nō dedeceat velle: qd ipsi volunt: pro-

pter hoc q̄ ab eius voluntate nō dissentiūt
deum sibi spiritualiter iungūt. Sed cuꝫ ita
sit cum oībus sanctis: specialiter tñ cuꝫ ma
ria: cū qua vtiqꝫ ei tanta ꝯsensio fuit: vt illi
us nō solū voluntatē: sed etiā carnē sibi cō
iungeret: ac de sua v̄ginisqꝫ substantia vnū
xp̄m efficeret vel potius vnus xp̄s fieret:
q ꝛ si nec totus de deo: nec totus de v̄gine:
totus tñ dei: ꝛ tot⁹ v̄ginis eēt: nec duo filij
sed vnus vtriusqꝫ filius. Ait itaqꝫ: Aue grā
plena: dñs tecū. Nec tñ dñs filius tecum:
quē tua carne induis: sed ꝛ dñs spūs scūs:
de quo concipis: ꝛ dñs pater q genuit: quē
concipis. Pater inq̄ꝫ tecū: q suū filiū facit:
ꝛ tuū. Filius tecū: q ad ꝯdendū in te mira
bile sacramētū miro mō ꝛ sibi reserat geni
tale secretū: ꝛ tibi seruat v̄ginale signaculū
Spūs sanct⁹ tecū: q cū patre ꝛ filio tuū san
ctificat vterū. Dñs ergo tecū. Bñdicta tu
i mulierib⁹. Libet adiūgere: q̄ helisabeth
cuius hec quoqꝫ v̄ba sunt ꝓsecuta subiun
xit: Et bñdictus fructus ventris tui. Non
q: tu bñdicta ideo bñdictus fructus vētris
tui: sed q: ille te p̄uenit in bñdictionib⁹ dul
cedinis: ideo tu bñdicta. Uere eteni bene
dictus fructus ventris tui: in quo bñdicte
sunt oēs gētes: de cuius plenitudine tu q̄ꝫ
accepisti cū ceteris: ꝛ si differētius a ceteris
Ac ꝓpterea bñdicta qdē tu: sed in mulieri
bus. Ille v̄o bñdictus nō in hoībus: nō int̄
angelos: sed q est vt ait apl's: sup oīa de⁹ bñ
dictus in scl'a. Dicit̄ bñdictus vir: bñdicta
mulier: bñdictus panis: bñdicta terra: vel
siqd tale in creaturis bñdictū esse memora
tur. Sed singulariter bñdictus fructus vē
tris tui: cū sit sup oīa deus bñdictus in scl'a
Bñdictus ḡ fructus ventris tui. Bñdict⁹
in odore: bñdictus in sapore: bñdictus i spē
Huius odoriferi fruct⁹ fragrātiā sentiebat
qui dicebat: Ecce odor filij mei sicut odor
agri pleni: cui benedixit dñs. An non vere
benedictus: cui benedixit dñs? De sapore
huius fructus qdam q̄ gustauerat taliter
eructuabat dicens: Gustate ꝛ videte: qm̄
suauis est dñs. Et alibi: Q̄ꝫ magna multitu
do dulcedinis tue dñe: quam abscōdidisti
timentibus te. Et alius qdam: Si tñ inquit
gustastis qm̄ dulcis dñs. Et ipse fructus de

se inuitās nos ad se: qui edit me adhuc esu
riet: ꝛ qui bibit me adhuc sitiet. Utiqꝫ ꝓꝓ
saporis dulcedinē hoc dicebat: q: semel gu
status magis excitat appetitum. Bon⁹ fru
ctus q aīaꝝ esurientiū ꝛ sitientiū iustitiam:
ꝛ esca: ꝛ potius ē. Audisti de odore: audisti
ꝛ de sapore: audi ꝛ de specie. Si eni fruct⁹
ille mortis non solum suauis fuit ad vescen
dum: sed etiam teste scriptura delectabilis
aspectu: quāto magis huius vitalis fruct⁹
viuificū decorē debemus inquirere: in quē
teste alia scriptura desiderāt etiā angeli ꝓ
spicere? Cuius pulchritudinē in spiritu vi
debat: ꝛ in corpore videre cupiebat: q dice
bat: Ex syon species decoris eius. Et ne me
diocrem tibi videat̄ cōmendasse decorem:
recole q̄ in alio psalmo legitur: Speciosus
forma pre filijs hoīuꝫ: diffusa est grā in la
bijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eter
num. Benedictus ergo fructus vētris tui
cui benedixit deus in eternuꝫ. Et cuius be
nedictione benedicta etiaꝫ tu in mulierib⁹
q: non pōt arbor mala bonum fructū facē.
Benedicta inq̄ꝫ tu in mulieribus que illaꝫ
generalem maledictionē euasisti qua dcm̄
est: in tristicia paries filios: ꝛ nihilominus
nec illam assecuta es maledicta sterilis i. isrl'
sed singularē ꝯsecuta es benedictionem: vt
nec sterilis maneas: nec cū dolore parturi
as. Dura necessitas: ꝛ graue iuguꝫ sup oēs
filias eue. Et si pariunt cruciant̄: ꝛ si nō pa
riunt maledicunt̄. Et dolor ꝓhibet parere:
ꝛ non parere maledictio. Quid facies v̄go
que hec audis: ꝛ q̄ hec legis? Si parturis
angustiaris: si sterilis manes malediceris.
Quid eliges prudens v̄go? Angustie inqt
mihi sunt vndiqꝫ. Melius est tñ mihi ma
ledictū incurrere ꝛ castā ꝑmanere: q̄ꝫ p̄us
qdem concipere ꝑ cōcupiscētiā q̄ merito
post cum dolore parturiā. Hinc etenim ꝛ si
videro incurrere maledictum sed non pec
catum: illinc v̄o ꝛ peccatum simul ꝛ crucia
tum. Deniqꝫ hec maledictio: quid aliud ē
q̄ꝫ hominuꝫ exprobratio? Neqꝫ ob aliud sa
ne dicitur maledicta sterilis: nisi q̄ obpro
brio ꝛ contēptui sit habenda tanq̄ꝫ inutilis
ꝛ infructuosa: ꝛ hoc in israel tñ. Mihi aūt
pro minimo est: q̄ hominibus displiceo:

dum me possim virginem castam exhibere
christo. O virgo prudens: o virgo deuota?
qs te docuit deo placere virginitatē. Que
lex: que iustitia: q̄ pagina veteris testamen
ti, vel precipit vel consulit vel hortat̄ in car-
ne non carnaliter viuē? ⁊ in terris angelicā
ducere vitam? Ubi legeras beata virgo? sa
pientia carnis mors est: ⁊ curā carnis ne ꝑ-
feceritis in desiderijs? Ubi legeras de vir-
ginibus quia cantant canticū nouū: quod
nemo alius cantare potest? ⁊ sequūt̄ agnū
quocūq̄ȝ ierit? Ubi legeras? laudatos eē q
se castrauerūt propter regnū dei? Ubi lege
ras In carne eni ambulantes nō s̄m carnē
militamꝰ? ⁊ qui iūgit matrimonio virginē
suam benefacit: ⁊ qui non iungit melius fa
cit? Ubi audieras Uolo vos esse sicut⁊ me
ipsum? ⁊ bonū est homini si sic permaneat
s̄m meum consiliū? De virginibꝰ inq̄t pre-
ceptū dn̄i non habeo: consiliū autē do. Tu
v̄o non dicam preceptū? sed nec cōsiliū nec
exemplū: nisi ꝙ vnctio eius docebat te de
omnibꝰ? ⁊ sermo dei viuus ⁊ efficax ante ti
bi factus est magister q̄ȝ filius: prius instru
xerit mentē q̄ȝ induerit carnē. Christo ḡ te
deuoues exhibere virginē? ⁊ nescis ꝙ ipsi
te exhiberi oporteat ⁊ matrē? Eligis in isra
el esse ꝯtēptibil̄? ⁊ vt illi placeas cui te ꝓba-
sti maledictū incurrere sterilitatis. Et ecce
maledictio benedictiōe mutat̄: sterilitas fe
cunditate recōpensat̄. Aperi virgo sinum:
expande gremiū: prepara vterū? q: ecce fa-
cturus est tibi magna q potens est: intantū
vt pro maledictione israel beatam te dicāt
oēs generationes. Nec suspectam habeas
virgo prudēs fecunditatē: q: non auferet
integritatē. Cōcipies: sed sine peccato? gra
uida eris: sed nō grauata. paries sed nō cū
tristitia? nescies virū ⁊ paries filiū. Qualē
filiū? Illius eris mater: cuiꝰ deus est pater.
Filius paterne claritatis erit corona tue ca
stitatis. Sapientia paterni cordis erit fru-
ctus vteri virginalis. Deū denīq̄ȝ paries:
⁊ de deo cōcipies. Confortare ergo virgo
fecunda: casta puerpera: mater intacta? q:
nō eris in israel vltra maledicta: neq̄ȝ inter
steriles deputata. Et si adhuc malediceris
ab israel s̄m carnē: nō q: sterilē vident: sed
q: fecundā inuident? memēto ꝙ ⁊ christus
maledictū ꝑtulit crucis: qui te suā matrem
benedixit in celis: sed ⁊ in terris ab ange-
lo benedicta: ⁊ a cunctis generationibꝰ ter
re merito beata predicaris. Benedicta er-
go tu in mulieribꝰ: ⁊ benedictus fructꝰ vē-
tris tui. Que cū audisset: turbata est in ser-
mone eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salu
tatio. Solent virgines q̄ vere virgines sūt
semꝑ pauide ⁊ nunq̄ȝ esse secure: ⁊ vt caue-
ant timenda etiā tuta ꝑtimescere? scientes
se in vasis fictilibus thesaurū portare pre-
ciosum: ⁊ nimis arduū esse viuere angeluȝ
inter hoīes: ⁊ in terris more celestiū cōuer-
sari: ⁊ in carne celibē agere vitā. Ac ꝓinde
quicq̄d nouū quicq̄d subitū fuerit ortum
suspectas habēt insidias: ⁊ totū ꝯtra se esti-
mant machinatū. Iccirco ⁊ maria turbata
est in sermone angeli. Turbata est: sed non
ꝑturbata. Turbatus sum inquit ⁊ nō sum
locutus: sed cogitaui dies antiquos: ⁊ an-
nos eternos in mēte habui. Ita ergo ⁊ ma
ria turbata est: ⁊ nō est locuta: sȝ cogitabat
qualis esset ista salutatio. Q̄ turbata est ve
recūdie fuit virginalis? ꝙ non perturbata
fortitudinis: ꝙ tacuit ⁊ cogitauit prudētie
Cogitabat auteȝ qualis esset ista salutatio.
Sciebat autē prudens virgo ꝙ sepe ange-
lus sathane trāsfigurat se in angelū lucis?
⁊ q: nimiū humilis ⁊ simplex erat: nihil ta-
le penitus a sancto angelo sperabat: ⁊ ideo
cogitabat qualis esset ista salutatio. Tunc
angelus intuitus virginē: ⁊ varias eā secū
voluere cogitatiōes facillime deprehēdēs
pauidā consolat̄? confirmat dubiā: ac fami
liariter vocās eā ex noīe: benigne ne time-
at ꝑsuadet. Ne timeas inquit maria: inue-
nisti gratiā apud deū. Nihil hic doli: nihil
hic fallacie est: nullā circumuētionē: nullas
hic suspiceris insidias. Nō sum homo: sed
spiritus: ⁊ dei angelus: non sathane. Ne ti
meas maria: inuenisti gratiaȝ apud deum.
O si scires quantū tua humilitas altissimo
placeat? quanta te apud ipsum sublimitas
maneat: angelico te nec alloquio: nec obse-
quio indignā iudicares. Ut quid enim in-
debitā tibi dixeris gratiā angelorum? que
inuenisti gratiā apud deum? Inuenisti q̄d

querebas? īueniſti quod nemo ante te po-
tuit inuenire: inueniſti gratiã apud deum.
Quã gratiã? Dei ⁊ hominũ pacem? mortis
deſtructionem: vite reparationē. Hec eſt ẽ
gratia quã inueniſti apud deum. Et hoc ti
bi ſignũ. Ecce cõcipies ⁊ paries filiuꝫ: ⁊ vo
cabis nomen eius ieſum. Intellige prudēs
virgo ex nomine promiſſi filij: quantã ⁊ q̈ꝫ
ſpecialem gratiã inueneris apud deuꝫ. Et
vocabis ait nomen eius ieſum. Rationem
vocabuli huius ponit alius euãgeliſta: an-
gelo interpretante ſic: Ipſe enim ſaluũ fa-
ciet populum ſuum a peccatis eorũ. Duos
ieſus lego in typo huius quem nunc habe-
mus pre manibus preceſſiſſe: ambos popu
lis prefuiſſe. Quorum vnus populũ ſuũ de
babylone eduxit: alter populum ſuũ in ter
ram promiſſionis introduxit. Et illi quidē
illos quibus preerãt ab hoſtibus defende-
bant. Sꝫ nũquid ſaluabãt a peccatis eoꝝ?
Is autē noſter ieſus ⁊ a peccatis ſaluat po
pulũ ſuũ: ⁊ introducit in terrã viuentium.
Ipſe eni ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis
eoꝝ. Quis ē h̄ q etiã pctã dimittit? Utinã
⁊ me peccatorē dignet̃ dñs ieſus annume-
rare populo ſuo: vt ſaluũ me faciet a pecca
tis meis. Uere eni beatꝰ populus: cuiꝰ iſte
ieſus dñs deus eius: q: ipſe ſaluũ faciet po
pulũ ſuũ a pctis eoꝝ. Uereor autē ne multi
ſe ꝓfiteant̃ eſſe de populo eiꝰ: quos tñ ipſe
nõ habeat de populo ſuo. Uereor autē ne
pleriſqꝫ qui q̈ſi in populo eius religioſiores
eſſe videnť: ipſe aliqñ dicat: Populus h̄ la
bijs me honorat: cor autē eoꝝ lõge eſt a me
Nouit autē dñs ieſus qui ſunt eiꝰ: nouit ⁊
quos elegerit a pͥncipio. Quid vocatis me
ait dñe dñe? ⁊ non facitis que dico? Uis ſci
re an ꝑtineas ad populũ eius? vel potiꝰ vis
eſſe de populo eius? Fac que dicit ieſus: ⁊
cõputabit te in populo ſuo. Fac que iubet
in euangelio dñs ieſus: que iubet in lege ⁊
prophetis? que iubet ꝑ miniſtros ſuos: qui
ſunt in eccleſia: obtēpera eius vicarijs pre-
poſitꝭ tuis? nõ tñ bonis ⁊ modeſtis: ſꝫ etiã
diſcolis: ⁊ diſce ab ipſo ieſu: q: mitis ē ⁊ hu
milis corde? ⁊ eris de btõ populo eius: quē
elegit in hereditateꝫ ſibi? eris de laudabili
populo eius: quem dñs benedixit dicens:

Opus manuũ mearũ tu es hereditas mea
iſrael? cui ne forte iſrael carnalē emuleris:
et teſtimonium perhibet dicēs: Populus
quem nõ cognoui ſeruiuit mihi: in auditu
auris obediuit mihi. Sed audiamus quid
idem angelus ſentiat de illo: cui necdũ cõ-
cepto tale indidit nomē. Ait nãqꝫ Hic erit
magnꝰ: ⁊ filiꝰ altiſſimi vocabiť. Bene ma-
gnus: quia filius altiſſimi merebitur appel
lari. An nõ magnus? cuius magnitudinis
nõ eſt finis? Et quis magnus inquit ſicut
dominus deus noſter? Plane magnꝰ? qui
tam magnus q̈ꝫ altiſſimus: quia ⁊ ipſe altiſ
ſimus. Neqꝫ enim altiſſimi filius rapinam
arbitratur: eſſe ſe equalē altiſſimo. Ille me
rito arbitrãdus eſt cogitaſſe rapinam?: qui
cum de nulla in angelicam formam factus
fuiſſet: factori ſuo ſe comparans vſurpauit
ſibi quod filij altiſſimi propriuꝫ eſt: q vtiqꝫ
in forma dei a deo non factus eſt: ſed geni-
tus. Altiſſimus enim pater q̈ꝫuis omnipo-
tens ſit: non potuit tamen vel equalem ſibi
condere creaturam: vel inequalem gigne-
re filium. Fecit itaqꝫ angelum magnum?
ſed non quantus ipſe: ⁊ ideo nec altiſſimũ.
Solum autem vnigenitum: quem non fe-
cit: ſed genuit: omnipotens omnipotentē:
altiſſimus altiſſimuꝫ: eternus coeternum?
ipſum per omnia ſibi comparari: nec rapi-
nam eſtimat nec iniuriam. Recte igiť hic
erit magnus: qui filius altiſſimi vocabitur
Sed quare hic erit: ⁊ nõ potius hic eſt ma-
gnus? qui ſemper equaliter eſt magnus: et
non habet quo creſcat: nec maior poſt con-
ceptum futurus ſit q̈ꝫ ante fuerit? An for-
te propterea dixit erit? quia qui magnus
deus erat: magnus homo futurus ſit? Be
ne ergo hic erit magnꝰ. Magnus homo?
magnus doctor: magnus propheta. Sic
enim dicitur de eo in euangelio: quia pro-
pheta magnus ſurrexit in nobis. Et a mi-
nori quodaꝫ ꝓpha magnꝰ itidē ꝓpheta vē
turus promittitur. Ecce veniet inquit pro-
pheta magnus: ⁊ ipſe renouabit hieruſa-
lem. Et tu quidem o virgo paruulum pa-
ries? paruulum nutries: paruulũ lactabis:
ſed videns paruum cogita magnum. Erit
enim magnus? q: magnificabit eum deus ĩ

conſpectu regum:adeo vt adorent euꝫ oĩes
reges:oẽs gentes ſeruiant ei. Magnificet
igiť ⁊ aĩa tua dñm͂? q: hic erit magnus:⁊ fi-
lius altiſſimi vocabiť. Magnus erit? ⁊ ma-
gna faciet tibi qui potens eſt:⁊ ſanctuꝫ no-
men eius. Q̄d enim ſanctius nomen? q̄ꝫ ꝙ
fili⁹ altiſſimi vocabiť? Magnificeť ⁊ a no-
bis paruulis magnus dñs:quos vt faceret
magnos:factus eſt paruulus. Paulus ait
natus eſt nobis:filius datus eſt nobis. No
bis inq̄ꝫ non ſibi? qui vtiq̄ꝫ ante tp̄a multo
nobilius natus ex patre:naſci tp̄aliter non
indigebat ex matre. Non angelis quoq̄ꝫ? q
cum magnũ haberent:paruulũ nõ require
bant. Nobis ergo natus? nobis ⁊ datus:q:
nobis neceſſari⁹. Jam de nobis nato:⁊ da-
to faciamus ad q̄d natus eſt:⁊ datus. Uta-
mur noſtro in noſtrã vtilitatẽ. De ſaluato-
re ſalutẽ opemur. Ecce paruulus in medio
ſtatuiť. O paruulus paruulis deſideratus
O vere paruulus:ſed malicia nõ ſapientia
Studeam⁹ effici ſicut paruulus iſte? diſca-
mus ab ipſo quia mitis eſt ⁊ humilis corde
ne magnus videlicet deus ſine cã fact⁹ ſit
homo paruulus? ne gratis mortuus:ne ĩ va
cuum crucifixus. Diſcamus eius humilita
tem? imitemur manſuetudinem amplecte-
mur dilectionẽ:cõmunicemus paſſionibus
lauemur in ſanguine ipſius ip̄m offeram⁹
propiciationẽ pro peccatis nr̄is:qm̄ ad hoc
ipſe natus ⁊ datus eſt nobis. Ipſum oculis
patris ip̄m offeramus ⁊ ſuis? q: pater ꝓp̄o
filio non pepercit:ſed pro nobis oĩbus tra-
didit illum:⁊ ipſe filius ſemetipſum exina-
niuit formã ſerui accipiens? ipſe tradidit ĩ
mortem aĩam ſuã ⁊ cum ſceleratis reputat⁹
eſt:⁊ ipſe peccata multoꝝ tulit ⁊ ꝑ trãſgreſ-
ſoribus rogauit vt non perirent. Non poſ-
ſunt perire pro quibus filius rogat ne pe-
reant: pro quibus pater tradidit filium in
mortẽ:vt viuant. Equalr̄ ergo ⁊ ab vtroq̄ꝫ
ſperanda eſt venia quibus equalis in pieta
te miſericordia:par in voluntate potentia?
vna in deitate ſubſtantia:in qua vnus cum
eis ſpiritus ſanctus viuit ⁊ regnat deus ꝑ
omnia ſecula ſeculorum. Amen

¶ Omelia.iiij.


NOn ẽ dubium
quicq̄d in laudibus matris ꝓ
ferim⁹ ad filiũ ꝑtinere? ⁊ rur-
ſum cũ filiũ honoram⁹:a glia
patris non recedimus. Nã ſi iuxta ſalomo-
nem filius ſapiẽs eſt glia patris? quãto ma
gis glorioſum eſt matrem ipſius effici ſapi-
entie? Sed q̄d ego tento in eius laudibus
quã laudabilem predicant ꝓphete? ꝓhibet
angelus narrat euangeliſta? Non igiť lau-
do q: non audeo? ſed tm̄ replico deuotus:
q̄d iam explicauit per os euangeliſte ſpũs
ſanctus. Sequiť nãq̄ꝫ ⁊ ait: Et dabit illi do
minus deus ſedẽ dauid patris ei⁹. Uerba
ſunt angeli ad virginẽ? de ꝓmiſſo filio pro
mittẽtis:ꝙ debeat poſſidere regnũ dauid.
Q̄d de ſtirpe dauid originem duxerit dñs
ieſus:nemo dubitat. Quero ãt quõ d̄derit
ei deus ſedem dauid patris ſui:cum ipſe in
hierlm̄ non regnauerit? q̄nimo turbis eum
volentibus ꝯſtituere regẽ nõ acquieuerit:
ſed ⁊ ante faciem pilati ꝓteſtatus ſit regnũ
meũ non eſt de hoc mũdo? Deniq̄ꝫ q̄d ma-
gnũ ꝓmittiť ei qui ſedet ſuꝑ cherubin:quẽ
propheta vidit ſedentẽ ſuꝑ ſolium excelſuꝫ
⁊ eleuatuꝫ? ſedere in ſede dauid patris ſui?
Sed nouimus quandã aliã hierl̄m ab ea q̄
nec eſt in qua regnauit dauid ſignificatam
multo iſta nobiliorem multo ditiorẽ. Hanc
igiť puto hic fuiſſe deſignatã? illo videlicet
vſu loquẽdi:quo ſepe reperis in ſcripturis
ſignificans poni ꝓ ſignificato. Tũc ſane de
dit ei deus ſedem dauid patris ſui: qñ ꝯſti-
tutus eſt rex ab eo ſuꝑ ſyon montẽ ſanctuꝫ
eius. Sed hic ꝓpheta de quo regno dixe-
rit:expreſſius aperuiſſe videť in eo ꝙ nõ in
ſyon poſuit:ſed ſuꝑ ſyon. Nam ideo fortaſ-
ſis dictum eſt ſuper? quia in ſyon q̄dem re-
gnauit dauid:ſuper ſyon v̊o regnũ eſt illi⁹
de quo dictum eſt ad dauid: de fructu ven
tris tui ponam ſuper ſedem tuam? de quo ⁊
dictum eſt per alium prophetam: ſuper ſo-
lium dauid ⁊ ſuper regnum eius ſedebit.
Uides quia vbiq̄ꝫ reperis ſuꝑ? Suꝑ ſyon
ſuper ſedem? ſuper ſolium: ſuper regnum.
Dabit ergo ei dñs deus ſedem dauid p̄ris
ſui non typicam:ſed veram? nõ tẽporalẽ ſed

eternam: non terrenam sed celestē. Que id circo vt iam dictum est memoratur fuisse dauid: q: hec in qua tpaliter sedit eterne il lius gerebat imaginē. Et regnabit i domo iacob in eternū: et regni eius non erit finis. Hic quoqz si domū iacob tpalez accipim⁹: quō in illa que eterna nō est i eternū regna turus est? Querenda est ḡ dom⁹ eterna iacob: in qua regnet i eternū: cuius regni ñ erit finis. An nō deniqz exasperās domus illa iacob impie abnegauit eū et insipienter respuit añ faciem pilati: qñ illo phibēte: regem vr̄m crucifigā: vno ore rñdēdo clama uit: ñ habem⁹ regē nisi cesarē? Regre itaqz apostolū: et discernet tibi eū q in occulto iu deus est ab eo q in manifesto: et que in spū ē circūcisio ab ea que fit in carne: et spūalem isrl' a carnali: et filios fidei abrae a filijs carnis. Nō enī inqt oēs q ex israel hi sūt israelite: neqz q de semine sunt abrae hi sunt filij. Sequere ḡ et dic: Silr non oēs q ex iacob: hi reputādi sunt in domo iacob. Jacob qppe ipse est q israel. Solos igit̄ q i fide iacob profecti inueniendi sunt reputa in domo iacob: vel potius ipsos noueris fore spūalem et eternā domū iacob: in qua regnabit dñs iesus in eternū. Quis ex nobis est q iuxta interpretationē noīs iacob supplantet diabolū de corde suo: luctet̄ cū vitijs: et ɔcupiscentijs suis: vt nō regnet pctm̄ in suo mortali corpe: sed regnet in eo xp̄s iesus: et nūc quidē p grām: et in eternū p gliam? Beati in qb⁹ iesus regnabit in eternū: q: et ipi cū eo regnabūt: et regni ei⁹ nō erit finis. O q̄ gliosum est regnū illud in quo reges cōgregati sunt: et cōuenerūt in vnū ad laudandū scz et glorificandū eū: q sup oēs est rex regū et dñs dominātiū. De cuius splendidissima cōtēplatiōe fulgebūt iusti sicut sol in regno p̄ris eoꝝ. O si et mei peccatoris meminerit iesus in bñplacito ppli sui: cū venerit in regnū suū. O si me in illa die cōtradictur⁹ est regnū deo: et p̄ri visitare dignabit̄ in saluta ri suo: ad videndū. s. in bonitate electorum suoꝝ ad lectandū in leticia gētis sue: vt laudet̄ etiā a me cū hereditate sua. Ueni interim dñe iesu: aufer scandala de regno tuo qđ est aīa mea: vt regnes tu: q debes in ea.

Uenit enī auaricia: et vendicat in me sibi sedem: iactātia cupit dñari mihi: supbia vult eē mihi rex: luxuria dicit ego regnabo: ambitio detractio: inuidia: et iracūdia certant in me ipso de meipso cuius ego potissimuz esse videar. Ego aūt quātū valeo resisto: renitor quātū iuuor: dñm deū meū iesum reclamo. Ipsi me defendo: q: ipsius me iuris agnosco: ip̄m mihi deum ip̄m mihi dñm teneo et dico: Non habeo regem nisi iesum. Ueni ergo dñe dispge illos in virtute tua et regnabis in me: q: tu es ipse rex meus et deus meus q mandas salutez iacob. Dixit aūt maria ad angelū: Quō fiet istud? Qm̄ vir non cognosco. Primo qdem prudēter tacuit cū adhuc dubia cogitabat qualis eēt salutatio: malens nimir humiliter reticere q̄ temere loq qđ nesciret. Jam vō ɔfortata et bene premeditata angelo qdem foris loquente sed deo intus psuadende: erat eniz dñs cum illa dicenti angelo: dñs tecū: ita ḡ ɔfortata fide. s. depellente timorē leticia verecundiā: dixit ad angelū: Quō fiet istud? Qm̄ vir non cognosco. Nō dubitat de facto: sed modū requirit et ordinē. Nec enim querit an fiat istđ: sz quō. Quasi dicat: Cū sciat dñs meus testis ɔscientie mee votum esse ancille sue non cognoscere vir: qua lege quo ordine placebit ei vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum vt pariā talem filiū: et gaudeo de filio et doleo de pposito. Fiat tñ voluntas eius. Si vō virgo cōcipiā virgo et pariā: qđ vtiqz si placuerit ei impossibile nō erit: tunc scio vere q: respexit dñs humilitatē ācille sue. Quō ergo fiet istud? Qm̄ vir non cognosco. Et rñdēs angelus dixit ei. Spūs sanctus supueniet i te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Supius dicta est fuisse grā plena: et nunc quomodo dicit̄ spiritus sanctus supueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi? Nunqd potuit repleri grā et necdum habere spiritum sanctum: cum ipse sit dator grāx? Si autez spiritus sanctus iam in ea erat: quō adhuc tanq̄ nouiter superuenturus repromittit̄? An forte non ideo dixit simpliciter veniet in te: sed addidit super: quia et si prius quidem in ea fuit per multā gratiā sz nūc sup-

uenire nunciat ꝓpter abundantioris grẽ
plenitudinẽ quã effusurus est sup illaz? At
vo cũ plena iam sit: illud abũdantius quõ
capere poterit. Si aũt plus aliqd cape põt?
quõ ⁊ ante plena fuisse intelligenda ẽ? An
prior qdem grã eius tm̃ repleuerat mentez
sequẽs vo etiam ventrẽ pfundere debet? q̃
tenus scz plenitudo diuinitatis que ante ĩ
illa sicut ⁊ ĩ multis sanctoꝝ spiritualiter ha
bitabat: etiam sicut in nullo sanctoꝝ corpo-
raliter in ipsa habitare incipiat? Ait itaqz.
Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ vtus
altissimi obumbrabit tibi. Quid est ⁊ vtus
altissimi obumbrabit tibi? Qui põt capere
capiat. Quis enim excepta fortassis illa: q̃
hoc sola in se felicissime meruit experiri: in
tellectu capere rõne discernere possit: qua-
liter splendor ille inaccessibilis: virgineis
sese visceribus infuderit? ⁊ vt illa qd̃ inac-
cessibile est: accedens ad se ferre potuisset:
de portiuncula eiusdem corporis: cui se ani
mate contemperauit relique masse: vmbra-
culum fecerit? Et forte ꝓpter hoc maxime
dictum est obumbrabit tibi? quia res in sa-
cramento erat: ⁊ qꝫ sola per se trinitas in so-
la: ⁊ cuz sola virgine voluit operari: soli da-
tum est nosse: cui soli datum ẽ experiri. Di-
catur ergo: Spiritus sanctus superueniet ĩ
te: qui vtiqz ⁊ sua potentia fecundabit te.
Et virtus altissimi obumbrabit tibi? hoc ẽ
illum modũ quo de spiritu sancto cõcipies
dei virtus: ⁊ dei sapientia christus sic ĩ suo
secretissimo cõsilio obumbrando conteget:
⁊ occultabit: quatenꝰ sibi tm̃ notus habeat
⁊ tibi. Ac si angelus respondeat ad virginẽ
Quid a me requiris: qd̃ in te mox experie-
ris. Scies scies? ⁊ feliciter scies: sed illo do-
ctore quo ⁊ auctore. Ego autez missus sum
nunciare virginalem cõceptum: nõ creare
Nec potest doceri nisi a donante: nec põt
adisci: nisi a suscipiente. Ideoqz ⁊ qd̃ nasce
tur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Qd̃
est dicere: Qm̃ non de homine sed de spũ
sancto concipies? concipies aũt virtutez al-
tissimi: hoc est filium dei: ideo ⁊ qd̃ nascet
ex te sanctũ vocabit filius dei. Idest nõ so-
lum qui de sinu patris in vterũ tuũ veniẽs
obumbrabit tibi? sed etiã id qd̃ de tua sub-
stantia sociabit tibi ex hoc iam vocabitur
filius dei: queadmodum ⁊ is qui a patre ẽ
ante secula genitus tuus quoqz amodo re-
putabitur filius. Sic autem ⁊ qd̃ natuz est
ex ipso erit tuus: ⁊ qd̃ nascetur ex te erit eiꝰ
vt tñ nõ sint duo filij: sed vnus. Et licet ali-
ud quidem ex te: aliud ex illo fit: iam nõ tñ
cuiusqz suus: sed vnus vtriusqz filius erit.
Ideoqz ⁊ qd̃ nascetur ex te sanctum: voca-
bitur filius dei. Attende queso q̃z reueren
ter dixerit: quod nascet ex te sanctum. Ut
quid enim ita simpliciter sanctum? ⁊ absqz
aditamento? Credo quia non habuit: qd̃ ꝓ
prie digneue noiaret illud eximiũ: illd̃ ma-
gnificum: illud reuerendum: qd̃ de purissi
ma videlicet virginis carne cuz sua anima
vnico patri erat vniendum. Si diceret scã
caro: vel sanctus homo: vel sanctus infans
quicqd tale poneret: parũ sibi dixisse vide-
retur. Posuit ergo indiffinite sanctum? qa
quicqd illud sit quod virgo genuit sanctũ
proculdubio ac singulariter sanctum fuit: ⁊
per spiritus sanctificationem: ⁊ p verbi as-
sumptionẽ. Et adiecit angelus: Et ecce ait
helisabeth cognata tua: ⁊ ipsa cõcepit filiuz
in senectute sua. Quid fuit necesse etiã hu-
ius sterilis virgini nunciare cõceptũ? Nũ
quid forte dubiam adhuc ⁊ incredulã ora-
culo? recentiori voluit ↄfirmare miraculo?
Absit. Legimus zacharie incredulitatem
ab hoc ipso angelo fuisse castigatam? maria
aũt in aliquo reprehensam nõ legimus: qn
potius fidem ipsius helisabeth ꝓphetante
laudatam agnouimus. Beata inquit q̃ cre
didisti: qm̃ perficiet in te que dicta sunt ti-
bi a dño. Sed ideo sterilis cognate cõceptꝰ
virgini nunciat? vt dum miraculum mira-
culo addit: gaudiũ gaudio cumulet. Por-
ro necesse erat nõ modico leticie ⁊ amoris
preueniente inflammari incẽdio: que filiũ
paterne dilectionis cuz gaudio sancti spũs
mox fuerat conceptura. Neqz enim nisi in
deuotissimo atqz hylarissimo corde: tãta se
capere poterat dulcedinis ⁊ alacritatis af-
fluentia. Uel ideo cõceptus helisabeth nũ-
ciatur marie: qꝛ ꝓfecto decebat vt verbuz
mox diuulgandũ vbiqz pus sciret vgo per
angelũ: q̃z audiret ab hoie? ne mater vz dei

ã consilijs filij videret amota: si eorꝫ que in
terris tam ꝓpe gererent remãsisset ignara
Uel ideo potius conceptus helisabeth ma
rie nunciatus est: vt dum nunc saluatoris:
nunc precursoris edocet aduentus: rerum
tp̄s ⁊ ordinẽ tenens ipsa postmodũ melius
scriptoribus: ⁊ predicatoribus euangelij re
seraret veritatem: que plene de oĩbus a p̄n
cipio celitꝰ fuerat instructa mysterijs. Uel
ideo adhuc nunciat marie conceptus heli
sabeth: vt audiens cognatã vetulã: ⁊ graui
dam cogitet iuuencula de obsequio: sicqꝫ il
la properante ad visitandũ: paruulo ꝓphe
te locꝰ ⁊ occasio det quominorꝫ adhuc do
mino sui officij valeat exhibere primitias:
⁊ dum ad se inuicem cõcurrit matrũ infan
tumqꝫ ab alterutro excitata deuotio mira
bilius fiat miraculum de miraculis. Uide
autem ne hec tam magnifica que ab ange
lo audis prenunciata: ab ipso speres ꝑfici
enda. A quo ergo si queris ipsum angeluꝫ
audi. Quia non erit inquit impossibile apꝺ
deum omne v̄bum. Tãqꝫ diceret: Hec que
ego tam fideliter ꝓmitto nõ de mea: sed de
illius qui me misit virtute presumo: q: non
erit impossibile apud deũ omne v̄bũ. Qua
le enim v̄bum impossibile illi poterit esse?
qui oĩa fecit in verbo? Mouet me ⁊ hoc ĩ
verbis angelicis: q̄ signanter nõ ait: q: nõ
erit impossibile apud deum omne factuꝫ sꝫ
omne verbum. An idcirco posuit v̄buꝫ? q:
q̄ꝫ facile possunt hoĩes loqui qꝺ volunt: et
qꝺ nullatenus facere possunt: tã facile ĩmo
incomparabiliter facilius valet deus ope
implere quicq̄d illi verbo valent exprimẽ?
Dicam apertius. Si hominibꝰ tã facile eẽt
facere q̄ꝫ dicere: qꝺ volũt: ⁊ ipsis quoqꝫ nõ
esset impossibile omne verbũ. Nunc auteꝫ
q: vulgaris: ⁊ vetus sermo est: multũ inter
esse inter loqui ⁊ facere: sed apud homĩes
non apud deum: soli deo q: idem est facere
quod loqui: idem loqui quod velle: merito
non erit impossibile apud deum oĩe v̄bũ.
Verbi grã: Potuerunt preuidere ⁊ predi
cere ꝓphete virginẽ: vel sterilem cõceptu
ram ac pariturã: sed nunq̄d facere vt cõci
peret: vl' pareret? Deus autẽ qui dedit eis
posse p̄uidere q̄ꝫ facile potuit tũc qꝺ voluit

ꝑ illos p̄dicere: tã facile potuit nũc q̄si vo
luit ꝑ seipsum qꝺ ꝓmisit implere. Siq̄dem
apud deũ nec v̄bũ dissidet ab intentiõe: q̄a
veritas est: nec factũ a v̄bo: q: v̄tus est: nec
modus a facto: q: sapientia est: ac ꝑ hoc nõ
erit impossibile apud deũ oẽ v̄bũ. Audisti
virgo factũ: audisti ⁊ modũ: vtrũqꝫ mirum
vtrũqꝫ iocũdũ. Jocũdare filia syon: ⁊ exul
ta satis filia hierl'm. Et q̄m auditui tuo da
tũ est gaudiuꝫ ⁊ leticia: audiamꝰ ⁊ nos a te
r̄nsum leticie: qꝺ desideramꝰ: vt iam exul
tent ossa humiliata. Audisti inq̄ꝫ fcm̄ ⁊ cre
didisti: crede ⁊ de mõ: quẽ audisti. Audisti
q: cõcipies ⁊ paries filiũ: audisti q̄dẽ nõ ꝑ
hoĩem: sed ꝑ sp̄m sanctũ: expectat angelus
responsum. tp̄s est eñi vt reuertat ad eum
qui misit illum. Expectamꝰ ⁊ nos: o dñã v̄
bum miserationis quos miserabil'r premit
sñia dãnatiõis: ⁊ ecce offert tibi preciũ nr̄e
salutis. Statim liberabimur si cõsentis. In
sempiterno dei v̄bo facti sumus oẽs: ⁊ ecce
morimur: in tuo breui responso: sumꝰ refici
endi vt ad vitã reuocemur. Hoc supplicat
a te o pia v̄go flebil' adam cũ misera sobole
sua exul de paradiso: hoc abraam: hoc da
uid: hoc ceteri flagitant sancti p̄res. s. tui: q
⁊ ipi habitãt in regione vmbre mortis: hoc
totus mũdus tuis genibus ꝓuolutus expe
ctat. Nec immerito q̄m ex ore tuo pendet
ꝯsolatio miserorꝫ: redẽptio captiuorꝫ: libe
ratio dãnatorꝫ: salus deniqꝫ vniuersorũ fi
liorꝫ adam: totius generis tui. Da v̄go re
sponsum: festinãter o dñã r̄nde v̄bũ: qꝺ tra
qꝺ inferi: qꝺ expectant ⁊ supi. Ipse quoqꝫ
hoĩuꝫ rex ⁊ dñs: quãtũ cõcupiuit decorem
tuũ: tm̄ desiderat r̄nsionis assensum: in qua
nimirꝫ ꝓposuit saluare mundũ. Et cui pla
cuisti in silẽtio: iam magis placebis ex v̄bo:
cum ipse tibi clamet de celo. O pulchra int
mulieres: fac me audire vocẽ tuã. Si ergo
eum tu facias audire vocem tuã: ipse te fa
ciet videre salutẽ nr̄am. Nunq̄d nõ hoc est
qꝺ q̄rebas qꝺ gemebas ⁊ qꝺ diebꝰ ac nocti
bꝰ orãdo suspirabas? Quid igit? Tu es cui
hoc ꝓmissũ ẽ: an aliã expectamꝰ? Immo tu
ipa ñ alia. Tu inq̄ꝫ illa ꝓmissa illa expectata
illa desiderata ex q̄ scũs p̄r tuꝰ iacob iã mor
ti appropinquãs vitã sꝑabat eternã cũ dice

bat expectabo salutare tuū dñe: ī q̄ deniq̄z: ⁊ p̄lq̄uā deus ipse nr̄ ante scl'a disposuit ope rari salutem in medio terre. Quid ab alia speras: quod tibi offertur. Quid per aliaz expectas: quod p te mox exhibet: dūmodo prebeas assensum: ⁊ respondeas verbum? Responde itaq̄z citius angelo: imo p ange lum dño. Respōde verbū: ⁊ suscipe verbū Profer tuū: ⁊ cōcipe diuinū. Emitte trāsi toriū: ⁊ amplectere sempiternū. Quid tar das? Quid trepidas? Crede: confitere: ⁊ suscipe. Sumat humilitas audaciā: verecū dia fiduciā: nullaten⁹ ꝯuenit nūc vt virgi nalis simplicitas obliuiscatur prudentiam In hac sola re ne timeat prudēs virgo pre sumptionē: quia etsi grata in silentio vere cundia: magis tn̄ nunc in verbo pietas ne cessaria. Aperi virgo beata cor fidei: labia confessioni: viscera creatori. Ecce desidera tus cunctis gentib⁹: foris pulsat ad hostiū. O si te morante pertrāsierit: ⁊ rursus inci pias dolens querere quē diligit anima tua Surge: curre: aperi. Surge per fidē: curre per deuotionē: aperi per confessionē. Ecce inquit ancilla dñi: fiat mihi scd'm verbū tuū Semper solet esse gratie diuine familiaris virtus humilitatis. Deus eni superbis re sistit: humilibus autē dat gratiam. Humili ter ergo rn̄det: vt sedes grē preparet. Ecce inquit ancilla dñi. Que est hec tā sublimis humilitas: que cedere nō nouit honorib⁹: insolescere gloria nescit? Mater dei eligit: ⁊ ancillam se nominat? Non mediocris re uera humilitatis insigne: nec oblata tanta gloria obliuisci humilitatem. Non est ma gnum esse humilem in abiectione: magna prorsus ⁊ rara virtus humilitas honorata Si me miserum homuntionem meis dece pta simul actionib⁹ ad aliquem vel medio crem honorem prouexerit ecclesia: deo ni mirū hoc vel propter mea: vel propter sub ditorum peccata permittente: nōne statim oblitus qui fuerim talē me puto qualis ab hominib⁹ qui cor nō vident putatus sum? Credo fame: conscientiam non attendo: et reputans non honores virtutibus: sed vir tutes honoribus eo sanctiorē: quo superio rem me estimo. Videas plerosq̄z in eccle

sia de ignobilibus nobiles: de pauperibus diuites factos subito intumescere: pristine obliuisci abiectionis: genus quoq̄z suū eru bescere: ⁊ infimos dedignari parentes. Vi deas ⁊ hoīes pecuniosos ad honores q̄sq̄z ecclesiasticos peruolare: moxq̄z sibi applau dere sanctitatem: vestium dumtaxat muta tione: nō mentium: ⁊ dignos se estimare di gnitate ad quam ambiendo peruenerunt: quodq̄z si audeo dicere, adepti sunt nūmis attribuere meritis. Omitto autē de his q̄s excecat ambitio: ⁊ honor ipse superbiendi eis materia est. Sed video quod magis do leo: post spretam seculi pompā: nōnullos in scola humilitatis superbiam magis addi scē: sub alis mitis humilisq̄z magistri gra uius insolescere: ⁊ impatientes amplius fie ri in claustro q̄z fuissent in seculo. Quodq̄z magis peruersum est: pleriq̄z in domo dei non patiuntur haberi contemptui: qui in sua non nihil contēptibiles esse potuerūt: vt quia videlicet vbi a pluribus honores appetunt: ipsi locū habē nō meruerunt: sal tē ibi honorabiles videant vbi ab omnib⁹ honores cōtemnunt. Video ⁊ alios: quod nō sine dolore videri debet: post aggressaz christi militiā rursus secularibus implica ri negocijs: ⁊ rursus terrenis cupiditatib⁹ imergi: cū magna cura erigē muros ⁊ ne gligē mores: sub p̄textu q̄z cōis vtilitatis vba vēdē diuitib⁹: ⁊ matronis salutatiōes: s3 ⁊ ꝯ sui impatoris edictū ꝯcupiscē aliena: ⁊ sua cū lite repetē: nō audiētes apl'z ex ipe rio regis tubicinantē. hoc ipm inqt ī vob ē delictū q cās hētis. Quare nō mag' frau dem patimī? Ita ne mūdū sibi: ⁊ se mūdo crucifixerūt: vt q antea vix ī suo vico vl' op pido cogniti fuerunt: nō circūeūtes puin cias: ⁊ curras frequentantes: regum noti tias: principuz familiaritates assecuti sint? Quid de ipso habitu dicā: in quo iam non calor: sed color requirit: magisq̄z cultui ve stium q̄z virtutū insistitur? Pudet dicere: vincuntur muliercule in suo studio: quan do a monachis precium affectatur in vesti bus: non necessitas nec saltem forma reli gionis retenta in habitu. Ornari: nō arma ri appetunt milites christi: qui dum prepa

rare se ad prelium: ⁊ contra aereas potesta-
tes pretendere paupertatis insigne debue-
rant: q̇ȯ aduersarij vtiqꝫ valde formidant:
in mollitie vestimentoꝝ pacis potius prefe-
rentes indicium vltro se hostibus sine san-
guine tradunt inermes. Nec aliunde hec
omnia mala contingunt: nisi ꝙ illam qua se-
culum deseruimus: deserentes humilitaté
dum per hoc cogimur inepta denuo secta-
ri studia secularium: canes efficimur reuer-
tentes ad vomitum. Audiamus itaqꝫ q̃tq̃t
tales sumus: quid illa responderit: que dei
mater eligebatur: sed humilitatem non ob-
liuiscebatur. Ecce ait ancilla dñi: fiat mihi
ſm verbum tuũ. Fiat est desiderij signum:
non dubitationis indicium. Et per hoc ꝙ
dicit: Fiat mihi ſm verbũ tuũ: magis intel-
ligenda est affectum exprimere desideran-
tis q̃ꝫ effectum requirere more dubitantis
Qꝛ̈q̃ꝫ nil obstat intelligi: fiat esse verbũ ora-
tionis. Nemo quippe orat nisi quod credit
⁊ sperat. Uult auté a se requiri deus: etiam
quod pollicetur. Et ideo forte multa q̃ da-
re disponit prius pollicetur: vt ex promissio-
ne deuotio excitetur: sicqꝫ quod gratis da-
turus erat deuota oratio promereatur. Sic
pius dñs: qui vult omnes homines saluos
fieri: merita nobis extorquet a nobis? ⁊ dũ
nos preuenit tribuendo q̇ȯ retribuat: gra-
tis agit ne gratis tribuat. Hoc vtiqꝫ pru-
dens virgo intellexit: quando preuenienti
se muneri gratuite promissionis iunxit me-
ritum sue orationis: fiat inquiens mihi ſm
verbum tuum. Fiat mihi de verbo ſm ver-
bum tuum. Uerbum quod erat in princi-
pio apud deum fiat caro de carne mea ſm
verbum tuum. Fiat obsecro mihi verbum
nõ prolatum: quod transeat? sed conceptũ
vt maneat: carne videlicet indutũ: nõ aere
Fiat mihi non tm̃ audibile auribus: sed et
visibile oculis? palpabile manibus: gestabi-
le humeris. Nec fiat mihi verbum scriptũ
⁊ mutum: sed incarnatum ⁊ viuũꝫ? hoc est
non mutis figuris: mortuis in pellibus ex-
aratum: sed in forma humana meis castis
visceribus viuaciter impressum: ⁊ hoc non
mortui calami depictiõe: sed spiritussancti
operatione. Eo videlicet modo fiat mihi:
quo nemini ante me factum ẽ: nemini post
me faciendum. Porro multifarie multisqꝫ
modis olim deus locutus ẽ patribꝰ in pro-
phetis? ⁊ alijs quidem in aure: alijs in ore:
alijs etiam in manu factum esse verbũ dñi
memorat. Mihi auté oro vt ⁊ in vtero fiat
iuxta verbũ tuũ. Nolo vt fiat mihi aut de-
clamatorie predicatũ? aut figuraliter signi-
ficatum: aut imaginatorie somniatum: sed
silẽter inspiratum? personaliter incarnatũ:
corporaliter inuisceratum. Uerbum igitur
quod in se nec poterat fieri nec indigebat:
dignetur in me: dignetur ⁊ mihi fieri ſm
verbum tuũ. Fiat quidé generaliter omni
mundo: sed specialiter fiat mihi ſm verbũ
tuũ. Lectionem euãgelicã exposui sicut po-
tui? nec ignoro ꝙ nõ omnibus placebit: sed
scio me ob hanc rem multoꝝ fore indigna-
tioni obnoxiũꝫ. Et aut iudicabor sup̃fluus
aut presumptor? ꝙ videlicet post patres q
hunc ipsum locum plenissime exposuerunt
rursus in eodẽ nouus expositor ausus fue-
rim mittere manũ. Sed siquid dictum est
post patres quod non sit cõtra patres: nec
patribus arbitror nec cuiquã displicere de-
bere. Ubi auté dixi quod a patribus acce-
pi? dum sic absit typus presumptiõis: vt nõ
desit fructus deuotionis: patiẽter audiam
de sup̃fluitate causantes. Nouerint tamen
qui me tanq̃ꝫ de ociosa ⁊ non necessaria ex-
planatione sugillant: non tam intendisse ex-
ponere euangelium: q̃ꝫ de euangelio sume-
re occasionem loquendi: quod loqui dele-
ctabat. Si v̇o peccaui ꝙ propriaꝫ magis ex
hoc excitari deuotionem q̃ꝫ cõmuné que-
sierim vtilitaté: potens erit pia virgo apud
suum misericordẽ filium hoc meum excu-
sare pctm̃: cui hoc meũ qualecunqꝫ opuscu-
lum deuotissime destinaui.

¶ Dñica .j. in aduentu dñi de sex circum-
stantijs aduentus dñi Sermo primus.

I 
odie fra
tres ce-
lebramꝰ aduen-
tus initiuꝫ: cu-
iusvtiqꝫ sicut ⁊
ceterarū solen-
nitatuꝫ nomen
quideꝫ celebre
satis et notum
mundo: sed ratio nominis forte non ita.
Infelices enim filij adam omissis veris ⁊
salutaribus studijs: caduca potius et tran
sitoria querūt. Quibus assimilabimus ho
mines generatiōis huius? aut qbus cōpa
rabimꝰ illos: quos videmꝰ a terrenis ⁊ cor
poralibus cōsolationibꝰ auelli: separariqꝫ
non posse? Profecto similes sūt his q sub
mersi piclitant in aquis. Nimirꝫ videas il
los tenētes tenere? nec vlla rōne deserere
qḋ primū occurrerit manibꝰ quicqd sit il-
lud: lꝫ sit tale aliqd qḋ oīno prodesse non
possit: vt sunt radices herbarꝫ ceteraqꝫ si-
milia. Nam ⁊ siqui ad eos forte veniāt ut
subueniant? nōnunqꝫ solent apprehensos
inuoluere secum: adeo ut iam nec sibi nec
illis auxiliū ferre preualeāt. Sic peunt in
hoc mari magno ⁊ spacioso: sic peunt mise
ri? dum peritura sectantes: omittūt solida
quibꝰ apphensis emergē ⁊ saluare possent
aīas suas. Neqꝫ enī de vanitate sꝫ de veri
tate dī cognoscetis eam: et liberabit vos.
Uos ergo fratres qbus tanqꝫ paruulis re
uelat deus que abscondita sunt a sapienti
bus ⁊ prudentibꝰ: circa ea q̄ vere salutaria
sunt sedula cogitatiōe versamini. Diligen
ter pensate rationē aduentus huius: qren
tes nimirꝫ qs sit qui veniat: vnde: quo: ad
qd: qñ: ⁊ qua. Laudabilis sine dubio curi-
ositas ista est ⁊ salubris. Neqꝫ enī tam de-
uote ecclesia vniuersa presentē celebraret
aduentū: nisi lateret in eo magnū aliqḋ sa
cramentū. Primo igit cum aplo stupēte ⁊
admirāte intuemini ⁊ vos quantus sit iste
q ingredit. Ipse enī est fm gabrielis testi-
moniū altissimi filius: ac pīde coaltissimꝰ
ipse. Neqꝫ enī fas est dei filiū degenerē su-
spicari: sed equalis fateri necesse est altitu
dinis: ⁊ eiusdē penitus dignitatis. Nam ⁊
principū filios pncipes? ⁊ filios regum re
ges esse qs nesciat? Ueruntñ qd sibi vult
ꝙ e tribus psonis quas in summa trinita-
te credimus: ꝯfitemur: ⁊ adoramus: nō pī
non spūssanctus aduenit: sꝫ filius? Mini-
me qdem ego id fcm̄ esse arbitror sine cau
sa. Sꝫ qs cognouit sensum dñi? aut qs ꝯsi-
liarius eius fuit? Neqꝫ enī sine altissimo
trinitatis ꝯsilio factū est vt filius aduení-
ret. Et si ꝯsideramꝰ exilij nostri cām: fortas
sis aduertere possumus vel ex parte qꝫ cō
gruū fuerit a filio nos maxīe liberari. Lu
cifer enī ille q mane oriebat: ꝓ eo ꝙ altissi
mi similitudinē vsurpare tētauit ⁊ rapinā
arbitratus est esse se equalē deo: qḋ vtiqꝫ
filius est: pcipitatus ilico corruit: qm̄ zela-
uit ꝓ filio pī: ⁊ opere dixisse videt: Mihi
vindictā: ego retribuā ꝯtinuo videbis sa-
thanā tanqꝫ fulgur cadentē de celo. Quid
tu supbis? terra ⁊ cinis? Si supbientibꝰ an
gelis deus non pepcit? quanto magis tibi
putredo et vermis? Nihil ille fecit: nihil
opatus est: tm̄ cogitauit superbiā? ⁊ in mo
mēto in ictu oculi irreparabilr precipita-
tus est: qr iuxta pphām in veritate non ste
tit. Fugite supbiā fratres mei? queso mul-
tuꝫ fugite: initiuꝫ oīs pctī supbia: que tam
velociter ipm̄ quoqꝫ sideribꝰ cunctis clari
us emicantē eterna caligine obtenebratū
luciferꝫ: quē non modo angelū sꝫ angelorꝫ
primū in diaboluꝫ cōmutauit. Unñ ptinus
inuidens hoi? quā ꝯcepat in semetipso in
eo pepit iniquitatē: suadens vt lignū veti-
tuꝫ gustans fieret sicut deus: sciens bonū
⁊ maluꝫ. Quid enī polliceris? qd pmittis
miser? cuꝫ filius altissimi scie clauē habeat
imo ⁊ ipse sit clauis dauid: q claudit ⁊ ne-
mo apit? In eo sunt oēs thesauri sapiētie
⁊ scie abscōditi? tune eos vt hoi pstes iniq
furaberis? Uidete qr vere iuxta sniāꝫ dñi
mēdax est iste ⁊ pī eius. Nā mēdax fuit di
cens: Silis ero altissimo: ⁊ mēdacij pī: cū
in homie quoqꝫ venenatū sue falsitatis se

minariũ fudit dicens: Eritis sicut dij. Tu
quoqz o hõ si vides furẽ: curris cũ eo? Au
distis frẽs ꝙ hac nocte lectuz est in Isaia
dicẽte dño Principes tui infideles: vel vt
alia trãslatio habet inobedientes: socij fu
rũ. Reuera enĩ principes nostri adã ⁊ eua
principia nostre propaginis: inobediẽtes
⁊ socij furũ: qꝺ filij dei ẽ serpẽtis: imo dia
boli ꝑ serpentẽ: ꝯsilio surripe tẽtant. Nec
dissimulat iniuriã filij pater. pater enĩ dili
git filiũ: sed continuo ⁊ in ipsum hominẽ
vindictam retribuit: ⁊ aggrauat sup nos
manũ suã. Oẽs enĩ in adã peccauim⁹: ⁊ in
eo sententiã damnationis excepim⁹ oẽs.
Quid agat filius videns pro se zelare pa
trẽ? ⁊ nulli penitus parcere creature? Ec
ce inqt occasiõe mei creaturas suas pater
amittit. Altitudinẽ meã prim⁹ angelus af
fectauit: ⁊ populũ q sibi crederet habuit?
sed ꝯtinuo patris zelus grauiter vindica
uit in illũ: ꝑcutiẽs eũ pariter cũ oĩb⁹ suis
plaga incurabili: castigatiõe crudeli. Sciẽ
tiã quoqz q̃ nihilomin⁹ mea ẽ: surripe vo
luit hõ: ⁊ ne illi quidẽ misertus est nec pe
percit oculus eius. Nũquid de bobus est
cura deo? duas tm̃ fecerat nobiles creatu
ras: rationis participes: capaces beatitu
dinis: angelũ videlicet atqz hominẽ: sed
propter me ꝑdidit angelos multos: hoĩes
vniuersos. Ergo vt sciant quia ⁊ ego dili
go patrẽ: per me recipiat quos quodãmo
do propter me amisisse videt. Sz si ꝓpter
me tẽpestas hec orta ẽ ait ionas tollite me
⁊ mittite in mare. oẽs inuidẽt mihi. Uenio
⁊ talẽ eis exhibeo memetipm: vt quisquis
inuidere voluerit: quisquis gestierit imi
tari: fiat ei emulatio ista in bonũ. Noui tñ
in affectũ malitie ⁊ nequitie trãsisse ange
los desertores: nec ex ignorãtia aliq̃ seu in
firmitate peccasse: ideoqz perire necesse ẽ
penitere nolẽtes. Pris enĩ amor ⁊ honor
regis iudiciũ diligit. Propter h enĩ ⁊ ipse
creauit hoĩes ab initio vt repleant ex eis
loca vacua: ⁊ ruine hierusalẽ restaurent.
Sciebat enĩ nullã angelis patere redeun
di viã? nẽpe nouit supbiã moab ꝙ supbus
est valde: ⁊ supbia eius penitẽtie remediũ
nõ admittit: ac ꝑ hoc nec venie. At vo ho
minis vice nullã ꝯdidit creaturã? innuẽs
ex hoc ipso redimẽdũ adhuc hoĩez. quip
pe quẽ supplãtauit aliena malitia: ideoqz
ꝓdesse ei potest charitas aliena. Ita dñe
obsecro complaceat tibi vt eruas me: qm̃
ego infirm⁹ sum: qm̃ de terra mea furtim
sublatus sum: ⁊ nũc inocẽs in lacũ missus
sum. Nõ quidẽ penitus innocẽs: sed q̃ztũ
ad eũ q me seduxit innocẽs aliq̃ten⁹. Mẽ
daciũ mihi ꝑsuasum est dñe: veniat veri
tas vt possit falsitas depꝑhẽdi? ⁊ cognoscaz
veritatem: ⁊ veritas liberabit me: si tñ de
prehense falsitati penitus abrenũciauero:
⁊ cognite adhesero veritati. Alioquin nõ
humana erit tẽtatio: nec humanũ pctm̃:
sed obstinatio diabolica. Nẽpe ꝑseuerare
in malo diabolicũ est: ⁊ digni sunt perire
cũ illo quicũqz in silitudinẽ eius ꝑmanẽt
in pctõ. ¶ Ecce frẽs audistis qs sit q ve
niat: considerate iam vnde veniat ⁊ quo.
Uenit vtiqz de corde dei patris in vteruz
virginis matris. Uenit a sũmo celo in in
feriores partes terre. Quid ergo? Nõne
⁊ nobis in terra est cõuersandũ? Est: si tñ
in ea ꝑstitit ille. Ubi enĩ bene erit sine illo
aut vbi male poterit esse cũ illo? Quid mi
hi est in celo: ⁊ a te quid volui sup terrã?
Deus cordis mei: ⁊ pars mea de⁹ in eter
nũ. Nã et si ambulauero in medio vmbre
mortis non timebo mala: si tñ tu mecũ es.
Nũc autẽ vt video ⁊ ad terras ⁊ ad ipm
quoqz descendis infernũ: nõ tanq̃z vinct⁹
sed tanq̃z inter mortuos liber: sicut lux q̃
in tenebris lucet: ⁊ tenebre eã nõ cõprehẽ
dunt. Uñ nec relinquit aĩa eius in infer
no: nec sanctũ corpus in terra videt corru
ptionẽ. Christus enĩ q descẽdit: ipse est q
⁊ ascẽdit: vt adimpleret oĩa: de quo ⁊ scri
ptum est: Qui pertrãsijt benefaciẽdo ⁊ sa
nando oẽs oppressos a diabolo. Et alibi:
Exultauit vt gigas ad currendã viã: a sũ
mo celo egressio eius: ⁊ occursus eius vsqz
ad summũ eius. Merito proinde clamat
Apls dicẽs: Que sursuz sunt querite: vbi
christus est in dextera dei sedẽs. In cassuz
enĩ laboraret erigere corda nostra: nisi col
locatum in celis salutis nostre doceret au
ctorẽ. Sed videam⁹ iam q̃ sequunt. Nã et

dẽt. Nec ſaciari põt eiꝰ cupiditas: donec
eũ hẽat cuiꝰ imago ẽ: q ſolꝰ põt iplẽ ãgulos
cupiditatis ſue. Sic̃ aũt mediatoꝛ nr̃ duas
nãs: hũanitatẽ.ſ. ⁊ diuinitatẽ ĩ vnã ꝯiũxit
ꝑſonã: ita ſingl̃a eiꝰ opa ad hãc ſiue ad illã
neceſſe ẽ ꝑtinẽ nãm. Ad hãc ſiqdẽ miſeria
ad illã ꝑtinct potentia. Quicqd g̃ miſerie
paſſus ẽ ex hoĩe ꝯxit: qcqd potẽter opatꝰ ĩ
a pr̃e habuit. Hũanitate igit ac diuinitate
altriſecꝰ poſitis: duo hẽs media: paſſionez
⁊ reſurrectionẽ. Illa ẽ miſie ⁊ mie: iſta po
tẽtie. Vis ãnumerari iter pẽnas colũbe.i.
ꝑſcõs ſcẽ eccl̃ie: q̃ꝝ vꝫ exꝰ ĩfirmi roboꝛãt: ꝺ
p̃ſſi ſubleuãt? Doꝛmias nece ẽ ĩter medi-
os cleros.i. ĩter paſſionẽ ⁊ reſurrectionez.
hic fultꝰ floꝛibꝰ: hinc ſtipatꝰ fructibꝰ. Fru-
ctꝰ ad paſſionẽ: floꝛes ad reſurrectionẽ ꝑti
nent. Que ſeminauerit hõ hec ⁊ metet: q
ſeminat ĩ carne: de carne metet coꝛruptõꝫ
ſeminauit vetꝰ hõ ĩ carne: meſſuit poſtmo
dũ coꝛruptionẽ. Quã? Paſſionẽ xp̃i. Niſi
n. vetꝰ hõ trãſgrederet: nouus hõ nõ pate
ret. O ꝓfundũ ⁊ inſcrutibile redemptiõis
nr̃e ꝯſiliũ. Vere diligẽtibꝰ deũ: oĩa coopã
tur ĩ bonũ. Dñe ihũ xp̃e ſi iobediẽtia ade
coopata ẽ nobis ĩ bonũ: ⁊ tãtũ tam q̃ꝫ miri
ficũ bonũ vt tu fieres coꝛruptibil: tua obe
diẽtia ĩ qꝺ noƀ bonũ coopabit? Pꝛofecto
vt hõ fiat ĩcoꝛruptibilis: ſi ſeminãtes ĩ car
ne tuã meſſuimꝰ coꝛruptionẽ: ſeminãtes in
ſpũ nr̃aꝫ metemꝰ ĩcoꝛruptionẽ. Oĩuꝫ g̃ ope

rũ q̃ sub ꝯuersatiõe veteris hoĩs transegi-
mꝰ. fructꝰ nr̃ ẽ passio xp̃i cui debemꝰ ꝯfigu
rari: mortificatiõꝫ eiꝰ circũferẽtes ĩ carne
nr̃a mortali. Unñ sicͭ ab initio ꝯuersatiõis:
ita ꝛ ab initio p̃dicatiõis sue ꝑposuit nob
pniaꝫ: agite ĩgens pniaꝫ: appropinq̃bit .n.
regnũ celoꝝ. Magnã refectionẽ senserat ĩ
fructu pnie: q dicebat: Fuer̃t mihi lachry
me mee panes die ac nocte. ꝛ alibi: Cibab
nos pane lachrymaꝝ ꝛ potũ dabis nob in
lachrymis ĩ mẽsura. Et itẽ: Potasti nos vi
no cõpũctiõis. Quare ğ nõ dixeri pniam
messẽ vel fructũ: q̃ panis vocat̃ ꝛ vinũ: fru
ctꝰ iste amarꝰ ẽ ſꝫ salubris: q꜡ pnia qdẽ ma-
la ẽ ad tolerãdũ: ſꝫ saluberrima ẽ ad ꝯua-
lescẽdũ. Proinde fidel̃ aĩa q̃ retro sũt obli
uisci desiderãs: ꝛ ad anteriora extẽdi: his
fructibꝰ stipari ꝛ roborari d̃siderat: q̃tenꝰ
ĩpis ĩterpositis ad secularia desideria: car
nisq꜡ illecebras ñ possit reflecti. Sicͭ ãt tpa
litatẽ vetustatis nr̃e reuoluẽtes finẽ eiꝰ ꝛ
fructũ hẽmꝰ pniam: ita et̃nitatẽ nouitatis
n e meditãdo p̃currẽtes quãtã gaudioꝝ
sentimꝰ flagrantiã: q̃ merito floribꝰ cõpat̃:
q꜡ viso flore spes fructꝰ ꝯcipit̃. Sic ꝑ boꝝ
p̃gustationẽ gaudioꝝ: certiꝰ aĩamur ad ex
pectatiõꝫ futuroꝝ. Qđ .n. nõ videmꝰ spa-
mꝰ: vñ ꝛ ꝑ patiẽtiã expectamꝰ. Tpis ğ p̃te
riti fructꝰ ẽ cõpũctio: cui futuri flos ẽ đuo
tio. Dormias ğ necesse ẽ inter medios cle
ros int̃ passionẽ ꝛ resurrectionẽ: inter fru
ctũ ꝛ florẽ: ĩter cõpũctionẽ ꝛ deuotionem.
Qui sũt q dormiũt: q flẽt tãq꜡ nõ flẽtes: q
gaudẽt tanq꜡ nõ gaudẽtes. Qui vtunt̃ h
mũdo tanq꜡ nõ vtant̃: q vt seductores ꝛ vt
veraces ꝑ ignorãtiã ꝛ bonã famã: tã ꝓspa
q꜡ aduersa huiꝰ vite trãseũt: ac si ñ sentiãt.
Beatꝰ siqdẽ ppl̃s: cui ẽt ĩ h mũdo relictꝰ ẽ
sabbatismꝰ. Qui dormit expositꝰ ẽ nullam
sui curã gerẽs: ꝛ tñ qescit. Ita ꝛ nos oẽm
sollicitudinẽ nr̃aꝫ ĩ ipꝫ ꝓiciẽtes tã aduer
sis q꜡ ꝓsperis exponamur: itaꝫ ꝑ plana q꜡ ꝑ
aspa ducatu illiꝰ ꝯgaudemꝰ ꝯ̃tulãtes: q io
ĩclinauit celos ꝛ descẽdit: vt reducẽt nos
ĩ viã rectã: vt de loco ꝑegrinatõis iremꝰ ĩ
ciuitatẽ habitatiõis. Si hec via ardua ẽ ꝛ
stricta nõ deficias: q꜡ eo tutior ẽ ꝛ rectior.
Porro premꝰ tuꝰ fortis ẽ ꝛ pius: patꝰ ꝑ vtiq꜡
ĩ defectu tuo te sacris humeris collocare:
ꝛ reportare ad gregẽ. Qui dux ꝛ dñs ipse
ꝛ asinꝰ tuꝰ ẽ: isachar asinꝰ fortis. Et posteri-
ora dorsi eiꝰ ĩ pallore auri. Ipse dorsũ nr̃m:
cui ĩponant̃ onera cetis mẽbris ĩportabi-
lia: sicͭ ꝛ hedꝰ nr̃ emisariꝰ ẽ: cui ĩposita sũt
pctã nr̃a: q꜡ vere languores nr̃os ipe tulit
ꝛ dolores nr̃os ipe portauit. Hinc ğ ĩ me-
moria reuoluẽtes passionẽ xp̃i oĩa blandi-
mẽta mũdi vt stercora deputemꝰ: vt ꝑ passi-
onibꝰ xp̃i ꝯformemur: fide spe tenentes fir
mit̃ gloriã resurrectiõis ne deficiamꝰ ſꝫ ꝛ
gl̃iemur ĩ tribulatiõibꝰ: q꜡ passiones huiꝰ
tpis ꝯdigne nõ sũt ad futurã gloriã q̃ reue
labit̃ in nob. Ager ğ pauptatis merito ple
nꝰ dĩ: quẽ sil̃ ꝛ ver decorat floribꝰ: ꝛ autũ
nus replet fructibus. Cui merito pr̃ isaac
cõpat filiũ suũ: dicẽs: Ecce odor filij mei:
sicͭ odor agri plẽi. In q̃ nimiꝝ oĩs ꝑfectio
pauptatis ꝛ ṽtutũ plenitudo supabũdauit
ita vt de plenitudie eiꝰ oẽs accipemꝰ. Cũ
n. diues eẽt ꝑ nob factꝰ ẽ egẽs: vt illiꝰ dita-
remur iopia. Ager iste irriguꝰ: aqs floribꝰ
redolẽs ꝛ habũdãs fructibꝰ: thesauꝝ hꝫ ĩ
se abscõditũ: vꝫ ꝯtinentiã carnis. Precio-
sus siqdẽ thesaurꝰ ẽ possidẽ vas suũ ĩ scifi
catiõe ꝛ honore: nõ ĩ passione desiderij. sicͭ
gẽtes q deũ ĩgrãt. Noli q̃rẽ thesauꝝ hũc ĩ
ter spinas: ꝛ tribulos sc̃laris illecebre: nec
ĩ siluis antiq̃ ruditatis: nõ .n. ĩ silua sed in
agro abscõditꝰ ẽ. Queras ĩ agro vbi satu-
rant̃ ligna cãpi: vbi ꝛ passeres nidificãt. i.
ĩcõtinẽtes resipiscũt ꝛ dignos pnie fructꝰ
faciẽtes ꝑlẽ gignũt: non sibi tm̃ ſꝫ ꝛ alijs ꝑ
ficiẽtes. Cõtinẽtiã tibi credas necessariã:
vt spũs scũs fiat ĩ te fons aq̃ viue saliẽtis ĩ
vitã eternã. Aq̃ vt sursũ saliat: desursũ ne
cesse ẽ vt veniat. Oẽ datũ optimũ ꝛ oẽ do
nũ ꝑfectũ desursũ ẽ veniẽs a pr̃e luminũ ꝛ
d̃scẽdẽs. ğ q꜡ salit ĩ vitã eternã: a vita et̃na
ꝓfcõ descẽdit. vꝫ aq̃ q̃ desursũꝫ venit: nisi
tñ iteꝝ ꝛ ꝯtinẽt ẽ hẽat ꝯductũ: sursũ non
redit ſꝫ affluit. Descẽdit ĩ te spũs scũs: vi-
uificauit aĩaꝫ tuã vt ĩ te saliat ĩ vitã et̃nã:
ꝯtinẽs necesse ẽ vt sit corpꝰ tuũ: q̃tenꝰ obtu
res aures tuas ne audias sãguinẽ: ꝛ clau-
das oculos tuos ne videas maluꝫ: ne gr̃a
tibi de supernis collata per nimus circum
spectos sensus tuos foris effluat: ꝛ spiritu
tuo diffuso in vanitates ꝛ insanias falsas.

¶ Nota ꝙ aliud ē eſſe ꝯtinētē: aliud ē eē
caſtū. Luxurioſus ⁊ caſtus ſibi repugnāt.
Luxurioſi ē motus ſentire ⁊ motibus con
ſentire. Caſti ē nec motus ſentire nec ꝯſen
tire. Cōtinēs ē in medio vtrobiqꝫ ſumiens
ꝑticipiū: cuꝫ altero habēs motꝰ ſentire: cū
altero motibus nō cōſentire. Iſte exiſtēs ī
medio domus deorſum luxurioſo: ſurſum
vero collocato pudico: etſi nō īmundicia
corporis: ꝑambulabat tñ in īnocentia cor
dis decantans miſericordiam ⁊ iudicium
Iudiciū ꝙ motus ſentiat: miſericordiā ꝙ
motibꝰ nō ꝯſentiat. Iſte nolēs dimittē āge
lū magni ꝯſilij īcipiente aurora noue lucis
ſed petēs obnixe benedictionē ꝑſeuerātie
etſi nō oīno ꝓuari: claudicare tñ meretur
altero pede. Qui ſunt duo pedes? Motꝰ
ſentire: ⁊ motibus nō ꝯſentire. Iſtud ē na
turale: illud criminale. Licꝫ ergo nōdum
ignorare poſſit prauos motus deſiderioꝝ:
ſed in eo adhuc vigeat pes iſte: ꝑ gratiam
tñ ſupne benedictiōis: ita eneruat pes cō
ſenſus in ipo: quatenꝰ etſi ipm trahat: ipſi
tñ inniti nō poſſit. Non ē oīno ſine eo: qꝛ
cū repētina cogitatione: occurrit multoti
ens quedā delectatio: que tñ cū ſentit: ge
mitū magis q̈ꝫ ꝯſenſum extorquet. Inuē
to huiuſmodi theſauro in agro pauꝑtatis
vt in tuā theſaurus redigat poſſeſſionem:
vade ⁊ vēde que habes: ⁊ eme agrū illum
Quid ē: vēde que habes? Abrenuncia oī
bus que poſſides: exiēs ad ieſum extra ca
ſtra: vt portes improperiū crucis eius: q̈
tenus tāte humilitatis merito de nemore
exiēs: in quo inuolute ſunt ſemite ipioꝝ: q
in circuitu ambulāt: agrū pauꝑtatis queꝫ
ꝓdiximus poſſideas: in quo abiectis occu
patiōibus curiſqꝫ ſecularibus: corpore cō
poſito: ⁊ corde delatato: curras alacer: viā
mādatoꝝ dei: que quideꝫ deſiderabilia: ⁊
dulciora ſuper mel ⁊ fauum ſunt. Quare?
Quia in cuſtodiēdis illis retributio mul
ta. Plane multa: qꝛ cuſtodientibus ea: de
bet vita eterna. Unde veritas: ſi vis inqt
ad vitam venire: ſerua mandata. In hoc
gradu ꝯtinentie: in quo refrenas qđ dele
ctat: ⁊ qđ nō delectat oꝑaris magna: tibi ī
cūbit tribulatio: qꝛ dū volūtati tue oppu
gnat ratio: bellū quodāmō ſentit inteſti
nū. Noli ergo torpere: ſed leues oculos tu
os ad eū q habitat in celis: a quo veniat ti
bi auxiliū: nō ſolū vt ꝑmaneas: ſed etiā vt
glorieris in tribulatiōibus. Qđ aliter nō
fit: niſi tibi ſapiat deus. Queras ergo ne
ceſſe ē ſapiētiā ꝑ quā tibi ſapiat deꝰ ⁊ mū
dus deſipiat: que ꝑ ꝓcioſam ſignat marga
ritā: quā q inuenit hō: vadit ⁊ vendit oīa
que habꝫ ⁊ emit eā. Utinā guſtares ⁊ ſen
tires q̈ꝫ dulcis eſt dñs. Utinā guſtares pa
nē q de celo deſcendit: habentē oē delecta
mentū ⁊ ſuauitatē ſaporis. Profecto ſiqđ
haberes venderes ⁊ cōpares eā. Quid tñ
habes vēdere? q oīa que poſſidebas vēdi
diſti ꝓpter agrū cōꝑandum pauꝑtatis: in
quo theſauꝝ inueneras ꝯtinētie. Uide ne
forte duplex ſit poſſeſſio tua: vna interior:
altera exterior. Exterior ē ſecularis facul
tas: interior ꝓpria volūtas. Secularibꝰ fa
cultatibus abrenūciaſti exiēs ad ieſum: ex
tra caſtra huius ſeculi. Adhuc tñ rudis et
vetuſtatis tue tenebris obuolutꝰ ꝓprie vo
lūtatis tue vitiū nōdū intellexeras: que ꝓ
fecto nō relinquit: quotiēs fit exterior ab
renūciatio. Citius enim ⁊ leuius relinqui
tur facultas q̈ꝫ cupiditas amittat. Uñ do
minꝰ nō quoſcūqꝫ pauꝑes ſed pauꝑes ſpū
dicit eē beatos. Qui ſunt illi? Nō oēs vti
qꝫ qui habēt: ſed q amāt pauꝑtatē. Parū
ergo ⁊ in hoc oīno ꝓdeſt exterior abrenun
ciatio: ſine interiore vel comitante vel ſub
ſequēte. Propria quidē volūtas deū īpu
gnat ⁊ aduerſus eū extollit. Ipſa ē que pa
radiſum expoliat ⁊ ditat infernū: que ſan
guinē xp̄i euacuat: ⁊ ditioni diaboli ſubiu
gat mūdū. Uide qualiter ꝓpria voluntas
aduerſet deo. Nemo pōt duobꝰ dñis ſer
uire. Non potes obedire diuine ſil' et tue
volūtati. Si enim voluntas tua diuine vo
lūtati ꝯcordat: iā nō ē tua ꝓpria ſed cōmu
nis: nō tm̄ ē hoīs: ſed hoīs ⁊ dei. Ceteꝝ vo
lūtati dei ex debito creatiōis tue: neceſſa
rio es obnoxius. Quare? Quia ſola volū
tas dei cauſa ē quare te creauerit: ⁊ recre
auerit te deꝰ: ſicut ait apl's: Uolūtarie ge
nuit nos deus verbo veritatis. Facis qđ
debes dū ei obedis. Debitū ſeruitutis pē

ſum fidelit̃ ꝑſoluis: dū ei⁹ volūtatē: ⁊ hēs i
deſiderio ⁊ ſuas i obſeqo. Ecce aūt fallēte
diabolo et ſenſib⁹ tuis ſeclo lenocināte ad
ea q̄ foris ſūt: curioſe egrederis. Ad q̄ꝝ de
lectatiōꝫ dū ꝓꝑe volūtatis attraheris ꝯcu
piſcētia q̄dāmō abrenūcians deo: acſi ab
negās eū dicēs: Hucuſqꝫ te colui: volūtatē
tuā feci: ſꝫ nullā deīcepſ i me hēas fiduciā
qꝛ alij dn̄o ſuiſ: fidēqꝫ ſuare ꝓpoſui. Ecce
ꝓꝑe volūtatis iniqtate abnegaſti deū tuū
ſꝫ nōdū ſufficit tibi hec ipa abnegatio: ſꝫ i
mo ipudētiſſim⁹ ꝑdo ſubſequent effect⁹ i
poſſeſſiōes ei⁹ violēter debacharis: tā ali
mētis q̄ꝫ idumītis: q̄ ꝑꝑauit nō ꝯtēnētib⁹:
ſꝫ ſuiētib⁹ ſuis ad tāte maieſtatis iniuriā i
pudēter abuteris. Si i mōaſterio es: nihil
comedis: nihil bibis: illo indueris qd̄ ꝑus
ñ auferas: dūqꝫ ꝺ ſacrario victualia rapis
latrocinio ſacrilegiū iūgis accedis tū ad al
tare: ⁊ dn̄icū corp⁹ ⁊ ſāguinē tractās nihil
i te criminale repis: q dū veritas ſubtilit̃ i
dagaſ deū abnegaſſe ꝯuiceris: ac latro cō
probaris ac ſacrileg⁹. Seqſ tertiū qd̄ gra
uiſſimū eſt. Quē abnegaſti: quē deꝑdaris
ad vltimum moliris occidere. Permanēs
eni in iniqtate tua: peccatū tuū eē vis im
punituꝫ: in quo deū vis eē iniuſtū. Exigit
enim iuſticia eius: vt reddat vnicuiqꝫ ſm
opa ſua. Qui aūt vult deū eē iniuſtū: vult
deū nō eē deū. Et q deſiderat deū non eē:
nōne quātū ē in ſe: deū occidit. Proinde
q vēdidiſti exteriorē poſſeſſionē: vt i agro
abſcōditus regularis diſcipline: ꝯtinētiuꝫ
theſauꝝ emeres: vade ⁊ vēde interiorē ꝓ
prietatē lōge ꝑfecto grauiorē ad relinquē
dū: ⁊ oīno pniciosam ad retinēdā: vt ꝑcio
ſam margaritā ſapiētie cōpares: quā q in
uenit beatus ſi tenuerit eā. Uis eam habe
re? Serua mādata, ſicut ſcriptū ē: Cōcupi
ſcēs ſapiētiā: ſerua mādata: ⁊ dn̄s ꝑſtabit
eā tibi. Impēde igiſ obediētiā ⁊ recipe ſa
piētiā. Quō enim poſſumus deo placere:
⁊ ipe nobis ſape: ſi mādatis eius ꝯtēpſeri
mus obedire? Unde interrogāti in euan
gelio adoleſcēti: diuina ꝯtinuo ꝓponit mā
data ſeruāda: oſtēdēs nobis eē eius faciē
dā volūtatē: a quo eternā ſperamus retri
butionē. Propter qd̄ dicit: Nō oīs qui di

cit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ:
ſed q facit volūtatē patris mei q ē in celis
ipe intrabit i regnū celoꝝ. Et alibi: Quid
me vocatis dn̄e dn̄e: ⁊ nō facitis que dico
Hoc igiſ ordine debes ꝓgredi. Cōtinere
nō potes in ſeculo: fuge ſeculū: ⁊ apꝑhen
de diſciplinā: vbi profecto inuenies ꝯtinē
tiā. Iugulatis poſtmodū ꝑ ꝯfuſionē carna
libus imūdicijs de vitijs aīe poteris libe
rius iudicare: de quoꝝ radicibus vitioꝝ
pullulāt ſurculi: ⁊ i ꝑfectum turpitudinis
corpus excreſcūt. Hec aīe vitia: ſpiritalia
neqcie vocat apl̄s: que paruꝫ diſcernere
poteras: dū carnalib⁹ occupabaris deſide
rijs: ⁊ i eis q̄ foris ſunt ꝺlectaberis. Poſt
q̄ꝫ ergo delectationē exteriorem amiſeris:
niſi ſenſeris interiorē diu ſtare nō poteris
Que eſt illa? Uiſitatio ſpūs ſcti. Hāc tibi
auferri iuenies ꝑ propriā volūtatē. Uēde
eā: mādatis dei dulcit̃ obediēdo: ⁊ ꝑ hanc
viā venies ad vitā eternā. Dicit eni veri
tas: Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata
Ecce habes ꝯtinētiā qua corpus tuū poſſi
deas in ſanctificatiōe. habes ſapiētiā qua
deo placeas in deuotione. Habes aliqd ti
bi aliqd deo. Sꝫ qd habes ꝓxio? Quid ē
qd̄ dic̄ apl̄s: ſiue ſobrij ſum⁹ vob̄ ſiue mēte
excedim⁹ deo? Quib⁹ loqſ? Proximo loq
tur. Qui ergo exceſſum ſuū dat deo: ſobri
etatē ſuā ꝓximo: qd retinet ſibi? Charitas
nō q̄rit q̄ ſua ſunt. Quare? Quia nō ē ege
na: ſed habꝫ ⁊ ſupabūdat. Ita ⁊ tu neceſſe
ē aliqd habeas ad op⁹ ꝓximi: vt ꝓbes que
ſit volūtas dei ſctā beneplacēs ⁊ perfecta.
Probas i te volūtatē dei bonā ꝑ ꝯtinētiā:
bn̄placētē ꝑ ſapiētiā: reſtat vt ꝓbes ꝑfectā
ꝑ miſericordiā: q̄ qdē ſignificaſ ꝑ ſagenaꝫ
miſſam i mare: ⁊ ex oī genere piſciū ꝯgre
gātē Sagena qdē miſericordie ꝑ mare fra
terne ꝯgregatōis trahiſ ⁊ bonos ⁊ malos
piſces. i. tā amaras q̄ꝫ dulces affectiōes ꝯ
hit: oīb⁹ ſe ꝯformās: ⁊ oīuꝫ i ſe tā aduerſa
q̄ꝫ ꝓſpera traijciēs flēs cuꝫ flētib⁹: gaudēs
cū gaudētib⁹: q̄ tādē veniēs ad litt⁹: qn̄ vi
delicet de ſeruitute corporis hui⁹ liberabiſ: i
libertate glīe filioꝝ dei: qcqd amaꝝ: qcqd
triſte: qcqd aduerſum ē: exuet cui nimirū
⁊ erit leticia: et lux lucebit perpetua. O

ꝯgregationē mare dixerim: nō tibi videaẗ
abſurdū: q̄ nimiꝝ flāte aura tētatiōis pro-
cellis tribulationū ⁊ turbationū multoti-
ens eliditᷣ: in q̄ ſunt plures q aſcēdūt vſq;
ad celos preſumēdo: ⁊ deſcendunt vſq; ad
abyſſos deſperādo: quoꝝ aīa in ipſis tabe
ſcente turbanẗ: ⁊ moueнẗ ſicut ebrij: ⁊ oīs
ſapiētia eoꝝ: īmo ⁊ ꝯſciētia eoꝝ deuoratur
Sed licet mirabiles elatiōes maris: mira-
bilis tñ i altis dñs: q etſi qñq; in naui dor-
mire ſuſtineat: nouit tñ ſurgere in tpe op-
portuno: ⁊ eo īpante fluctibus et mari re-
dit trāqllitas magna. Ad inueniendos fi
nes ſapiētie ꝓpoſuimꝰ tres ꝑabolas ange-
licas euāgelicas: eiſq; ꝓut dñs dedit expo
ſuimꝰ: ꝑmā de theſauro: ſecūdā de marga
rita: tertiā de ſagena. Iā vō euicta tāte ca
liginis dēſitate: pȝ quō ſapīa attigit a fine
vſq; ad finē fortiter. Sane ſm ꝙ proceſſi-
mus ſapiētia ſm locū vel mediū tenet: ha-
bēs hinc ꝯtinētiā inde miſericordiā. Atti-
git aūt mō ad iſtā: mō ad aliā: fortitudinē
vtrinq; miniſtrās. Luxuria ſiqdē īpugnat
ꝯtinētiā: auaricitia miſericordiā. Luxuria
flagitiū ē: auaricia ſpūalis neqtia. Vñ illō
vitiū ē corpis: iſtud aīe. Vide q2 nullū eſt
peccatū qō ita ingnet corpꝰ: ſicut luxuria
Oē enī peccatū qō fecerit hō: extra corpꝰ
ſuū ē: q aūt fornicaẗ in corpꝰ ſuū peccat. Si
militer ſupra oē peccatuȝ auaricia inqnat
aīaȝ. Vñ ⁊ idoloꝝ ſeruitꝰ dr̄. Incuruat.n.
ad infirma ⁊ egena elemēta aīam: que ſoli
creatori ſubiecta: ceteris rebꝰ debet ꝑeſſe.
Qui ḡ pſeuerāt ī ꝯtinētia ⁊ aſſultꝰ ſentiūt
luxurie: apō ſapiaȝ fortitudinē īueniūt re
ſiſtēdi. Per h̄.n. ꝙ ſapit eis deꝰ ⁊ guſtare
qñq; mereẗ q̄ȝ dulcis ē dñs illā īfeliciſſimā
⁊ fetētē dulcedinē luxurie reſpuūt: ⁊ apō
illū īueniūt refrigeriū: cuiꝰ in ſe hñt deſi-
deriuȝ. Silr̄ auaricia ſubuertere miaȝ ni-
titᷣ: ⁊ q̄ſi ſub ſpecie boni: res monaſterij ꝓ-
hibet vēdere pro neceſſitatibꝰ infirmorū.
Sed qbꝰ ſapit deꝰ: non adeo terrena ſapit
ſubſtātia: qn infirmis compatianẗ. Auari-
cia autē dum ingerit ſuꝑfluitates: vult ne
ceſſitates reſecare. Sȝ ſagena mīe q̄ fit ex
filis ⁊ īpēdit charitatē ī neceſſitatibꝰ īue-
niēdis: ⁊ hȝ diſcretionē ī ſuꝑfluitatibꝰ re-
ijciēdis. Dat itaq; ſapiētia virtutē ⁊ forti-
tudinē plebi ſue: virtutē ꝯ auariciā: forti-
tudinē ꝯ luxuriā. Et tñ inter tot ꝑturbati
ones: inẗ tot āguſtias: diſponit oīa ſuauiẗ:
ad nr̄aȝ ſuauitatē ⁊ iocunditatē omnia re
ducens. Scimus enim quoniam diligen-
tibus deū: oīa coopanẗ in bonum.

¶ In vigilia natiuitatis dñi de pronū
ciatiōe Naſcitur ieſus xp̄s in bethleem
iude. Sermo primus.



SOnuit vox le-
ticie in terra nr̄a: vox exulta
tiōis ⁊ ſalutis in tabernacul̄
pctōꝝ. Auditū ē verbum bo
nū: vbū ꝯſolatoriū: ſmo iocūditate plenꝰ:
dignꝰ oī acceptiōe. Iubilate mōtes laudē:
⁊ oīa ligna ſiluaꝝ plaudite māibꝰ añ faciē
dñi q2 venit. Audite celi ⁊ auribus ꝑcipe
terra: obſtupeſce ⁊ lauda vniuerſitas cre-
ature: ſȝ tu magis o hō. Ih̄s xp̄s filiꝰ dei
naſciẗ i bethleē iude. Quis tā lapidei cor-
dis: cuiꝰ aīa nō liqſcā ſit i hoc vbo? Quid
annūciari dulciꝰ poterat: qd delectabiliꝰ
cōmendari? Quid tale vnq; auditū ē: aut
qd ſil̄e aliqñ mundꝰ accepit. Ih̄s xp̄s filiꝰ
dei naſciẗ i bethleē iude. O breue vbū de
vbo abreuiato: ſȝ celeſti ſuauitate refertū
laborat affectio melliflue dulcedīs copiaȝ
latiꝰ effūdē geſtiēs nec īueniēs vba. Tāta
ſiqdē ē gr̄a ſmōis huiꝰ: vt cōtinuo īcipiat
minꝰ ſape: ſi vl̄ vnū iota mutauero. Ieſus
xp̄s filiꝰ dei naſciẗ i bethleē iude. O natiui
tas illibata ſcitate honorabil̄ mūdo: ama-
bil̄ hoībꝰ collati magnitudine bñficij: īue
ſtigabil̄ ēt āgel̄ ſacra ꝓfūditate myſterij: ⁊
ī his oībꝰ admirabil̄ ſingl̄ari excellētia no
uitatis: vtpote q̄ nec ꝑmā ſimilē viſa ē nec
hr̄e ſequentē. O ptꝰ ſolꝰ ſine dolore: ſolꝰ ne
ſciꝰ pudoris: corruptōis ignarꝰ: nō reſerās
ſȝ ꝯſecrās vginal̄ vteri tēplū. O natiuitas
ſuꝑ nāȝ ſȝ ꝓ nā: miracl̄i excellētia ſupās: ſȝ
repās vtute myſterij. Fr̄es gn̄atiōȝ iſtā qs
enarrabit? āgelꝰ nūciat: vtꝰ obūbrat altiſſi-
mi: ſupuēit ſpūſ: vgo credit: fide ꝯcipit vgo
ꝑturit vgo: manet vgo: qs ñ mireẗ? Naſciẗ
altiſſimi filiꝰ: deꝰ de deo genitꝰ añ ſcl̄a: na-
ſciẗ deniq; verbum infans: quis vel ſatis
miretur? Nec ſane ocioſa natiuitas aut in
fructuoſa digtio maieſtatis. Ih̄s xp̄s filiꝰ

dei nascit̃ in bethleē iude. Uos qui in pul
uere estis expgiscimini ⁊ laudate: ecce do
minus cū salute venit. Uenit cum salute:
venit cū vnguētis: venit cuꝫ gloria. Neqꝫ
enim sine salute iesus: neqꝫ xp̄s sine vncti-
one: neqꝫ sine gloria venit filius dei. Siq-
dē ip̄e salus: ip̄e vnctio: ip̄e glīa sicut scri-
ptū ē: Gloria patris ē filius sapiens. Felix
aīa que gustato salutis fructu trahit̃ ⁊ cur
rit in odorē vnguētoꝝ: vt videat gloriam
eius: gloriā quasi vnigeniti a patre. Respi
rate pditi: venit iesus querere ⁊ saluuꝫ fa-
cere qd̄ pierat. Morbidi conualescite: ve
nit xp̄s q sanat ꝯtritos corde: vnctiōe mise
ricordie sue. Exultate quicūqꝫ estis gran-
dia ꝯcupiscētes: descēdit ad nos fili⁹ dei:
vt regni sui faciat coheredes. Ita obsecro
sana me ⁊ sanabor: saluuꝫ me fac ⁊ saluus
ero: glorifica me ⁊ ero gloriosus. Sic nēpe
benedicet aīa mea dn̄m: ⁊ oīa que ītra me
sunt noī sancto eius: cuꝫ ppitiatus fueris
oībus iniqtatibus meis: sanaueris oēs in
firmitates meas: repleueris in bonis desi
deriū meū. Hec tria dilectissimi: sapit mi-
hi qꝛ audio nasci xp̄m iesuꝫ filiū dei. Qua
re enim vocamus nomē eius iesuꝫ: nisi qꝛ
ip̄e saluū faciet populū suū a peccatis eoꝝ.
Aut quare xp̄s noīare voluit: nisi qꝛ com
putrescere faciet iugū a facie olei? Quare
filius dei factus est hō: nisi vt hoīes faciat
filios dei? Uolūtati aūt eius qs resistit? ie
sus q iustificat: qs ē q ꝯdēnet? xp̄s qui sa-
nat: qs ē qui vulneret? filius dei exaltat:
qs ē qui humiliet? Nascit̃ ergo iesus: gau-
deat quisqs ille ē quem ppetue dānatiōis
reū adiudicat ꝯsciētia peccatorū. Excedit
qppe pietas iesu omnē criminū quātitatē
seu numerositatē. Nascit̃ xp̄s: letet̃ quicū
qꝫ vitijs īpugnat̃ antiquis. Siquidē ante
faciē vnctionis xp̄i nullus oīno stare pote
rit morbus aīe quātumlibet inueteratus.
Nascit̃ filius dei: exultet qui magna solet
desiderare: qꝛ magn⁹ munerator aduenit.
Fratres hic ē heres: deuote suscipiamus
euꝫ: sic enim ⁊ hereditas nostra erit. Qui
enim ppriū filiū dedit: quō non oīa nobis
simul cū illo donauit? Nemo discredat: ne
mo hesitet: habemus testimoniū credibi-
le nimis: verbum caro factum est: ⁊ habi-
tauit ī nobis. Fratres hēc voluit vnigeni-
tus dei: vt esset in multis fribus pmogeni-
t⁹ ip̄e: vtqꝫ nihil hesitet ip̄a pusillanimitas
fragillitatis humane: pus ipse fatctus est
hoīm: factus est hoīs filius: factus est hō.
Si ⁊ hoc homo iudicat īcredibile: fidem
astruunt oculi. Jesus xp̄s filius dei nasci
tur in bethleeꝫ iude. Et vide dignationē.
Non in hierusalem ciuitate regia: sed in
bethleē que minima est in milibus iuda.
O bethleem parua sed iam magnificata
a dn̄o: magnificauit te qui factus est in te
paruulus ex magno. Letare bethleem ⁊ p
oēs vicos tuos festiuū hodie alleluia can
tet̃. Que tibi ciuitas si videat nō īuideat
pciosissimū illud stabulū: ⁊ illius presepij
gloriā. In vniuersa siquidē terra iam ce-
lebre est nomē tuū ⁊ beatā te dicunt oēs
generatiōes. Ubiqꝫ gloriosa dicunt̃ de te
ciuitas dei: vbiqꝫ psallit̃: quia hō natus
est in ea ⁊ ip̄e fundauit eā altissimus. Ubi
qꝫ inqꝫ predicat̃: vbiqꝫ clamat̃: quia iesus
xp̄s filius dei nascitur in bethleem iude.
Nec ociosum quod addit̃ iude: siquideꝫ
admonet nos eius q̄ ad p̄res facta est re-
pmissio. Non auferet̃ sceptrū inqt de iu-
da ⁊ dux de femore eius: donec veniat q
mittendus est ⁊ ip̄e erit expectatio gētiū.
Salus quippe ex iudeis: ſꝫ salus vsqꝫ ad
fines terre. Juda ait te laudabūt frēs tui
manus tue in ceruicib⁹ inimicoꝝ tuoruꝫ:
⁊ cetera que de iuda illo nusq̄ꝫ legimus ſꝫ
in xp̄o videmus impleta. Ipse enī leo de
tribu iuda de quo ⁊ addit̃: catulus leonis
iuda. Ad p̄dam inqt fili mi ascēdisti. Ma
gnus p̄dator xp̄s: q pusq̄ꝫ sciat vocare pa
trē aut matrē: samarie spolia diripit. Ma
gnus p̄dator qui ascēdēs in altū captiuaꝫ
duxit captiuitatē: nec tū abstulit qcq̄ꝫ: sed
magis dedit ip̄e dona hoībus. Has itaqꝫ
⁊ ceteras similes pphetias ipletas in xp̄o
de eo siqdē ⁊ p̄dictas ad mentem reuocat
qd̄ dicit̃ bethleē iude. Nec oīno querere
ē vtrū a bethleē possit aliqd boni eē. Sane
qd̄ ad nos spectat: discimus etiam ex hoc
quēadmodū suscipi velit q in bethleē vo-
luit nasci. Erat enim q forte ei sublimia q-

renda arbitrareꝛ esse pallatia: vt cũ gloria rex glorie susciperet. Sed nõ ꝓpter hoc a regalibus illis sedibus venit. In sinistra eiꝰ diuitie ⁊ gloria: in dextera lõgiturnitas vite. Hoꝝ omnium eterna in celis affluẽtia suppetebat: sed paupertas nõ inueniebatꝛ i eis. Porro in terris abũdabat ⁊ supabundabat hec spẽs ⁊ sciebat hõ p̃ciũ eiꝰ. Hãc itaqȝ dei filius cõcupiscẽs descẽdit vt eaȝ eligat sibi: ⁊ nobis quoqȝ sua estimatione faciat p̃ciosam. Adorna thalamũ tuũ syõ: sed humilitate: sed paupertate. In illis eniȝ pãnis cõplacet sibi: ⁊ maria testimoniũ ꝑhibẽte: his sericis delectatꝛ inuolui. Abbominatiões egyptioꝝ immola deo tuo. Cõsidera deniqȝ q̃ in bethleẽ iude nascitꝛ: ⁊ solicitus esto quõ bethleẽ iude inueniaris: et iã ne in te q̃dẽ suscipi dedignatꝛ. Bethleẽ q̃ppe domũ panis: iuda sonat ꝯfessionem. Tu ergo si diuini v̓bi pabulo repleas animã tuã: fideliterqȝ etsi nõ digna certe q̃nta potes deuotiõe suscipias panẽ illũ q̃ de celo descẽdit ⁊ dat vitã mũdo dñicũ videlicet iesu corpus: vt veterẽ vtrẽ corpis tui noua illa resurrectionis caro reficiat ⁊ sustineat quatenꝰ nouũ quod intus ẽ vinum hoc solidatus glutino valeat cõtinere. Si deniqȝ ex fide viuas ⁊ neq̃q̃ gemẽ oporteat: quia oblitus sis comedere panẽ tuũ: bethleem factus es dignus plane susceptione dñica: si tamen confessio iude fuerit. Sit ꝓinde iudea sanctificatio tua: confessionem ⁊ decorem induere: quam maxime stolam in ministris suis xp̃s acceptat. Deniqȝ breuiter tibi vtrũqȝ cõmendat apostolus: Corde inquiẽs creditur ad iusticiam: ore aũt confessio fit ad salutem. Iusticia siquidem in corde: panis in domo. Est enim iusticia panis: ⁊ beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam: quoniam ipsi consolabũtur. Sit ergo i corde tuo iusticia: ⁊ iusticia que ex fide est. Hec enim sola habet gloriam apud deum: sit etiã in ore confessio ad salutẽ: ⁊ securus iã suscipe eũ q̃ in bethleẽ iude nascitꝛ iesum xp̃m filium dei.

¶ In vigilia natalis dñi de eo q̃d scriptũ ẽ: o iuda ⁊ hierusalẽ nolite timẽ: cras egrediemini ⁊ dñs erit vobiscũ. Sermo scd̃s.



O Iuda ⁊ hierusalẽ nolite timẽ. Veros ego iudeos alloquor nõ littera sȝ spũ: semẽ abrahȝ: cuius multiplicatio sicut ꝓmissa legitꝛ sic viderꝛ ĩpleta. Neqȝ enim filij carnis sed filij ꝓmissionis deputantꝛ in semine. Sed nec illi hierusalẽ dicimus que occidit ꝓphetas. Unde eniȝ illã cõsolemur super quã dñs fleuit: que data est in subuersionẽ? Illi dicimus que de celo noua descẽdit. Nolite timere a iuda ⁊ hierusaleȝ. Nolite timere veri ꝯfessores: qui nõ solũ ore sed totiꝰ pariter ⁊ ex oĩ parte dño confitemini: indutiꝰ cõfessionẽ sicut vestimentũ: imo quoꝝ omnia interiora dño confitentꝛ: ⁊ omnia ossa dicũt: dñe quis similis tibi: nõ sicut hi qui confitentꝛ se nosse deũ: factis aũt negant. Vera confessio ẽ fratres si omnia opera nr̃a fratres opera eius sint ⁊ cõfiteãtꝛ ei. Confiteãtur aũt gemina quadam cõfessione vt duplicibus vestiamini: idest confessiõe peccatoꝝ nostroꝝ ⁊ confessiõe laudis diuine. Tunc enĩ veri iudei eritis: si omnis vita nr̃a cõfiteatꝛ nos peccatoꝝ ⁊ dignos multis maioribꝰ penis: deũ vere sũme bonũ: qui pro his leuibus ⁊ trãsitorijs penisꝰ eterna condonat supplicia que meruistis. Quisquis enim ardẽter nõ desiderat penitẽtiã: videtur operibus dicere nõ indigere se penitẽtia: ⁊ ita sinã nõ ꝯfiterꝛ culpaȝ: aut nõ posse ꝓdesse et penitẽtiã: ⁊ sic diuinã non ꝯfiterꝛ bonitatẽ. Vos aũt estote veri iudei sed ⁊ hierusalẽ vera vt nihil iã timeatis. Est enĩ hierusalem visio pacis: visio nõ possessio: cuius fines dñsꝰ posuit pacem: non initiũ sane nec medium. Si ergo pacem nõ habetis: imo quia ꝑfectã habere in hoc seculo nõ potestis: saltem videte eam: intuemini ꝯsiderate ⁊ desiderate eam. Illuc sint oculi cordis vestri: ad pacemꝰ tendat intentio vestra: vt omnia quecũqȝ facitis huiꝰ pacis que exuperat omneȝ sensum desiderio faciatis: in omnibus hoc intẽdatis: vt reconciliati pacem habeatis ad deũ. His dicimus: nolite timere: hos cõsolamur: non eos qui viam pacis nõ cognouerũt. Nam

XV.

si illis dicitur Cras egredie̅mini: commi-
natio erit ista non consolatio: quoniam so
li illi dissolui desiderant ⁊ egredi concupi
scunt qui pacem vident⸫ et sciunt ꝙ si ter-
restres domus eorum huius habitatiōis
dissoluamur: quoniam edificationem ha
bent ex deo: ⁊ non illi qui in insaniam ver
si suis compedibus delectantur. Deniq̄ȝ
hi tales moriendo non tam egredi dicen-
di sunt q̄ȝ ingredi: qui non in lucem nec in
libertatem vadunt: sed in carcerem: sed in
tenebris: sed in infernum. Uobis autem
dicitur: nolite timere: cras egrediemini:
⁊ iā nō erit timor in finibus vestris. Mul
tos quidem habetis hostes: carnem: qua
nullus potest esse vicinior hostis⸫ presens
seculum nequam quod vndiq̄ȝ circumsu
sum est vobis: principes tenebrarum: qui
viam vestraȝ obsidēt in aere collocati. At-
tamen nolite timere: cras egrediemini id
est in proximo. Cras enim in proximo est.
Unde ⁊ iacob sanctus ait: Cras responde
bit mihi iusticia mea. Tres enim sunt di-
es de quibus etiam legimus: viuificabit
nos post duos dies in die tertia resuscita-
bit nos: vnus sub adam: alter in xp̄o: terti
us cum christo. Unde ⁊ ibi subdit: Scie-
mus sequemurq̄ȝ vt cognoscamus domi-
num: ⁊ hic dicitur: cras egrediemini ⁊ do
minus erit vobiscum. His enim dicitur q
dimidiauerūt dies suos: in quibus periȷ̄t:
dies in qua nati sunt: que est dies ade di-
es peccati: cui hieremias quoq̄ȝ maledice
bat dicens: Maledicta dies in qua natus
sum. Omnes enim in illa nascimur. Uti-
nam pereat in omnibus nobis dies illa: di
es nebule ⁊ caliginis: dies tenebrarum et
turbinis⸫ quaȝ nobis fecit adam: quam fe
cit inimicus qui dixit: aperientur oculi ve
stri. Ecce vere illuxit nobis dies redēptio
nis noue: reparatiōis antique: felicitatis
eterne. Hec ē dies quā fecit dominus⸫ ex
ultemus ⁊ letemur in ea: quia cras egredi
emur. Unde nisi de conclaui huius seculi
de ergastulo huius corporis⸫ de compedi-
bus necessitatis: curiositatis: vanitatis et
voluptatis: que etiaȝ inuitis nobis pedes
tenent affectionis. Quid enim spiritui no

stro cum terrenis? Cur non spiritualia de
siderat⸫ spiritualia querit: spiritualia sapit
O spiritus qui desursuȝ estis: quid vobis
cum infimis? Que sursū sunt querite: vbi
christus est in dextera dei sedens: que sur-
sum sunt sapite: non que sup̄ terram. Sed
corpus quod corrumpitur aggrauat ani-
mā: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensuȝ
multa cogitantem. Necessitates multe mi
seri huius corporis detinent nos. Uiscus
quidam praui desiderij ⁊ delectatiōis ter-
rene volare nō patitur: et citius retrahit
mētē si forte aliq̄n subleuat. Sed nolite ti-
mere cras egrediemini de lacu miserie et
de luto fecis. Nā vt inde nos educeret in-
fixus est ip̄e quoq̄ȝ in limo p̄fundi. Nolite
ergo timere: cras egrediemini de corpore
mortis hui⁹ ⁊ de omni corruptiōe peccati.
Agite diē istū in xp̄o: vt ambuletis sicut ⁊
ip̄e ambulauit. Qui eni se dicit in xp̄o ma
nere: debet sicut ille ambulauit ⁊ ipse am-
bulare. Nolite ergo timere: q: cras egre-
diemini: ⁊ sic semp̄ cū dño eritis. Uel q: si
gnificātius dictū ē: ⁊ dñs erit vobiscū: sic
intelligas vt dū sumus in corp̄e: possum⁹
nos eē cū dño .i. adherere ei⁹ volūtati: sed
nō ē ille nobiscū: vt ꝯsentiat volūtati nr̄e.
Uellemus enim iā liberi eē⸫ ꝯcupiscimus
dissolui: egredi desideramus: sȝ adhuc dif
fert ille certa ex cā Cras egrediemur ⁊ do
minus erit nobiscū: vt qcqd voluerim⁹ ve
lit: ⁊ in nullo a nostra voluntate discordet.
Itaq̄ȝ iudea ⁊ hierusalē nolite timere: si p̄
fectionē quaȝ desideratis necdū potestis
adipisci⸫ sed qđ minus hȝ īp̄fectio ꝯuersa-
tionis suppleat humilitas ꝯfessiōis: ⁊ īper
fectū vestrū viderūt oculi dei. Propterea
eni mādata sua mādauit custodiri nimis⸫
vt vidētes īp̄fectionē nostrā deficere ⁊ nō
posse implere quod debet fugiam⁹ ad mi-
sericordiam ⁊ dicamus: Quoniam melior
est misericordia tua super vitas: ⁊ qui non
possumus in vestitu innocentie seu iusticie
appareamus vestiti confessione. Confes-
sio enim et pulchritudo in conspectu do-
mini: si tamen sit vt diximus: nō oris tan
tum sed totius hominis⸫ vt omnia ossa no
stra dicant: domine quis simil' tui: idq̄ȝ so-

lius pacis intuitu ⁊ deſiderio reconciliati
onis ad deuz. Talibus enim dicitur o iudea
⁊ hieruſalez nolite timere cras egredieni
ni: ⁊ quãcito a corpore exierit aĩa: omnes ſi
mul affectiões omnia deſideria que per vni
uerſum interim mundum diſperſa ⁊ liga
ta tenentur: egrediẽtur e viſco hoc: ⁊ dñs
erit vobiſcũ. Nimis id qdẽ vobis videri
poteſt: ſi tamen ad nos reſpicitis ⁊ non ad
ea que expectant nos. Nõne hoc vniuer
ſus mũdus expectat? Creatura enim ſub
iecta ẽ vanitati: ⁊ cadente homine quẽ cõ
ſtituerat dñs dñm domus ſue ⁊ principem
omnis poſſeſſionis ſue: tota ſimul heredi
tas ẽ corrupta. Inde diſtemperatus ẽ aer
terra in operibus ade maledicta: ⁊ omnia
ſubdita vanitati. Nec ſane reparabitur he
reditas donec reparentur heredes. Unde ⁊
iuxta apoſtoli teſtimoniũ ĩgemiſcit quoqꝫ
⁊ parturit vſqꝫ adhuc. Nec ſoli vtiqꝫ huic
mundo ſed ⁊ angelis ⁊ hominibus ſpecta
culũ facti ſumus. Me inquit expectãt iu
ſti donec retribuas mihi. Et martyres cũ
iudicij diem poſtularent: non tanqꝫ vindi
cte cupidi ſed perfectionem deſiderantes
beatitudinis quã tunc habituri ſunt: rece
perũt diuinũ reſponſum. Suſtinete modi
cum tempus donec impleatur numerus fra
trum veſtrorum. Acceperũt iam quidem ſin
gulas ſtolas: ſed non veſtientur duplicibus:
donec veſtiamur ⁊ nos. Uadia teneamus
⁊ obſides ipſa eorum corpora: ſine quibus cõ
ſumari nõ poſſunt: nec ea recipiẽt ſine no
bis. Unde de patriarchis ⁊ prophetis ait
apoſtolus: deo melius aliquid prouidente pro
nobis: vt nõ ſine nobis cõſũmarentur. O ſi
cognoſceremus ⁊ nos quomodo aduentũ
noſtrũ expectant quãtũ deſiderant: qꝫ ſo
licite querũt: qꝫ libenter audiunt bona de
nobis. Quid tamen de his loquor qui de
dicerũt ex his que paſſi ſunt compaſſionẽ
quando ⁊ ipſi nos ſancti angeli deſiderãt.
Nonne de vermiculis iſtis: et de puluere
iſto: reſtaurandi ſunt muri celeſtis hieru
ſalem. Putatis quantuz deſiderant ciues
celi: inſtaurari ciuitatis ſue ruinaz? Quo
modo ſoliciti ſunt vt veniant lapides viui
qui coedificentur eis. Quomodo diſcurrũt
medij inter nos ⁊ deũ: fideliſſime portan
tes ad deũ gemitus noſtros: ⁊ ipſius nobis
gratiam deuotiſſime reportantes? Plane
non dedignabuntur vt ſimus eorum ſocij qui
facti ſunt iã miniſtri noſtri. Nõne omnes
adminiſtratorij ſunt ſpiritus in miniſteri
um miſſi: propter eos qui hereditatem ca
piũt ſalutis? Feſtinemus obſecro dilectiſ
ſimi feſtinemus: tota nos multitudo cele
ſtis curie expectat? Exultare fecimus an
gelos quando conuerſi ſumus ad penitẽ
tiam: proficiamus ⁊ feſtinemus complere
de nobis eorum leticiam. Ue tibi quicũqꝫ
es qui deliberas redire ad lutum: reuerti
ad vomitum. Putas ne placatos habebis
in iudicio: quos tanto ⁊ tam ſperato pri
uare vis gaudio? Exultauerunt cum nos
ad penitentiam veniamus: tanqꝫ ſuper his
quos ab ipſa inferi porta cernerent reuo
cari. Quid nunc erit ſi ab ipſa paradiſi ia
nua reuerti viderint et abire retrorſum:
eos qui iam pedem vnum habebant in pa
radiſo? Nam ⁊ ſi corpora inferius: ſed cor
da ſurſum. Currite fratres: currite: nõ ſo
li angeli: ſed ⁊ ipſe angelorum vos creator
expectat. Nuptie parate ſunt: ſed nonduz
plena eſt domus: adhuc expectantur de
quibus nuptie impleantur. Expectat vos
pater ⁊ deſiderat: non ſolum propter cha
ritatem nimiam ſuam qua dilexit vos: vn
de ⁊ vnigenitus qui in ſinu patris eſt ipſe
enarrauit: pater inquiens amat vos: ſed
propter ſemetipſum ſicut loquitur per pro
phetam: Propter meipſum ego faciaz: nõ
propter vos. Quis enim implendum du
bitet quod promiſit filio dicẽs: Poſtula a
me ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam
Et alibi: Sede a dextris meis: donec po
nam inimicos tuos ſcabellum pedum tu
orum. Non conterentur omnes inimi
ci eius: dum nos qui ſumus eius mem
bra aliquatenus impugnabunt. Non im
plebitur hec promiſſio: donec nouiſſima
inimica deſtruatur mors. Nam de filio
quis neſciat quantum deſideret fructum
natiuitatis: et totius vite quam geſſit in
carne: Deniqꝫ fructum crucis et mortis
ſue: precium ſanguinis precioſi. Nonne

traditurus est deo ⁊ patri regnū qd acq̄si
uit. Nōne ei restauraturus ē creaturas su
as? ꝑ q̄bus eū pater misit in terris? Expe-
ctat vos spūs sanctus. Ip̄e enim charitas
⁊ benignitas ē: in qua p̄destinati sum⁹ ab
eterno. Nec dubiū q̄n p̄destinationē suaȝ
velit ip̄leri. Ergo q: parate sunt nuptie et
omnis nos curie celestis frequētia deside
rat ⁊ expectat: curramus nō quasi ī incer-
tū: curamus desiderijs ⁊ ꝑfectu virtutum
Proficere enim proficici ē. Dicamus sin-
guli. Aspice in me ⁊ miserere mei: ꝭm iudi
ciū diligētiū nomen tuū. Nō sicut ego me-
rui: sed sicut illi decreueris miserere. Di-
camus itē. Sicut fuerit volūtas in celo sic
fiat. Itēq̄ȝ: Fiat volūtas tua. Scimus eniȝ
qm̄ scriptū ē: Si deus pro nobis: q̄s ꝯ nos
Aut quis accusabit aduersus electos dei.
An nō licet inq̄t mihi qd volo facere? hec
sit interim cōsolatio nr̄a charissimi: donec
egrediamur vt dñs sit nobiscum. Ip̄e sua
magna misericordia ⁊ ad beatā illā egres-
sionē ⁊ ad clarū illud cras nos ꝑducat: ⁊ i
hoc quoq̄ȝ ꝓximo cras visitare nos et no-
biscū eē dignet: vt siquis forte in tētatio-
ne qua licet detinet ip̄o miserāte q̄ p̄dica
re venit clausis apptionē cras egrediatur
vt cū gaudio salutari suscipiamus coronā
paruuli regis nostri ꝑ ip̄m. Ip̄o p̄stante q̄
cū p̄re ⁊ spū scō viuit ⁊ regnat de⁹. Amen

¶ Itē vnde supra Sermo tertius.

XVI Hodie scietis q:
veniet dñs: ⁊ mane videbitis
gloriā eius. Quiq̄ȝ terrigene
⁊ filij hominū audite. Uos q̄
in puluere estis expergiscimini ⁊ laudate:
quia venit medicus ad egrotos: redēptor
ad venditos: ad errantes via: ad mortuos
vita. Uenit quippe qui proijciat in profū
dum maris omnia peccata nostra: qui sa-
net oēs infirmitates nostras: qui nos pro
prijs humeris ad proprie dignitatis repor-
tet origineȝ. Magna ē ista potētia: sȝ plus
est miranda misericordia: ꝙ sic venire vo
luit qui potuit subuenire. Hodie inq̄t scie
tis: quia veniet dñs. Uerba h̄ suo quideȝ
loco ⁊ tempore in scriptura posita sunt: sȝ
nō incōgrue illa ad vigiliā natiuitatis ec-
clesia mater assumpsit. Ecclesia inq̄ȝ illa q̄
secū habet cōsiliū ⁊ spiritū sponsi ⁊ dei sui:
cui dilectus īter vbera cōmorat: ip̄aȝ cor-
dis sui sedem p̄ncipaliter possidens ⁊ con
seruans. Nimirꝫ ipse ē que vulnerauit cor
eius: ⁊ in ip̄aȝ abyssum secretōꝝ dei ocu-
lum ꝯtemplationis īmersit: vt ⁊ illi in suo
⁊ sibi in eius corde ꝑhennē faciat mansio-
nem. Cum ergo ipsa in scripturis diuinis
verba vel alterat vel alternat: fortior ē il-
la cōpositio q̄ȝ positio p̄ma verboꝝ: ⁊ for-
tassis tanto fortior quātū distat inter figu
ram ⁊ veritatem inter lucem ⁊ vmbraȝ: in
ter dominā ⁊ ancillaȝ. Hodie scietis quia
veniet dñs. Scd̄m estimationē meaȝ duo
in verbis istis dies nobis expressius com-
mendant. Primus qui a p̄mi hominis la-
psu labitur vsq̄ȝ ad finem mundi: dies cui
sancti sepius maledixisse noscunt. Ab illa
enim lucidissima die in qua conditus fue-
rat adam eiectus est: ⁊ in has rerum ꝯtru
sus angustias diem tenebrosum incurrit:
⁊ pene a lumine veritatis extinct⁹. In hac
die nascimur vniuersi: si tamen dies debȝ
⁊ nō potius nox vocari: nisi ꝙ lumen rati-
onis quasi quandā scintillulam nobis īsu
perabilis illa misericordia dereliquit. Se
cunda v̄o dies: erit in splendoribus sctōꝝ:
ī ꝑpetuas eternitates: cū inclaruerit illud
serenissimū mane cui ē misericordia repro
missa ⁊ absorta erit mors in victoria: cum
dimotis vmbris ⁊ tenebris splendor vere
lucis sursum ⁊ deorsuȝ: intus ⁊ exteri⁹ cū-
cta pariter occupabit. Auditam fac mihi
mane misericordiā tuā ait sanctus. ⁊ reple
ti sum⁹ mane misericordia tua. Sȝ ad nr̄m
diē reuertamur qui tanq̄ȝ custodia in no-
cte ꝑ sua breuitate dicit: qui tanq̄ȝ nihilū
⁊ mane ab illo familiari spiritus sancti or-
gano nominat cuȝ dicit: Qm̄ omnes dies
nostri defecerunt: ⁊ defecerunt sicut fum⁹
dies mei: et dies mei sicut vmbra declina-
uerunt. Parui ⁊ pessimi sunt omnes dies
vite mee: ait ille sanctus patriarcha: q̄ vi-
dit dñm facie ad faciem: qui cum eo tā fa-
miliariter loq̄bat. In hoc tn̄ die illuminat
omnē hominē venientē in hūc mundū: ꝑ

eo ꝙ ei ⁊ rõnez tribuit ⁊ apit intelligẽtiaz.
Sed necesse est vt exeũtem de hũc mũdo
illumĩet lumine sciẽtie sue: ne si de domo
carceris ⁊ vmbra mortis extinctus exierit
illuminari nõ valeat ineternũ. Ideo quip
pe vigenit⁹ dei sol iustitie: tanq̃ȝ imensi et
ꝑclari luminis cereus in huius mũdi car-
cerẽ ⁊ illumiat⁹ est ⁊ accẽsus: vt oẽs q illu-
minari voluerit ad illũ accedãt illiq̃ȝ iun-
gant: ita vt nihil mediũ sit iter illos ⁊ ipm
Pctã eni nr̃a sepant inter nos ⁊ deũ: sed
illis sublatis vero lumĩe illuminãdi ⁊ qua
si ꝯcorporãdi cõnectimur in idipm. Sic et
lumẽ extinctũ lumini lucẽti ⁊ ardenti sine
aliquo medio ꝯiũgit vt illumiet: quaten⁹
ꝑ exemplũ vissibiliũ effectus rerũ inuisi-
biliũ cognoscam⁹. Ad hoc tam magnũ et
ꝑfulgidũ syd⁹ iuxta ꝓphaȝ illuminem⁹ no
bis lumẽ scientie: ꝓusq̃ȝ de mũdi huius te
nebris exeamus ne de tenebris trãseam⁹
ad tenebras: ⁊ tenebras sẽpiternas. Que
ẽ aũt ista scia? Profecto scire q: veniet do
min⁹: ⁊ siqñ veniet scire non possumus.
Hoc est illud totũ: qd̕ postulat a nobis. At
inquis ista scia oiuȝ est. Quis eni nesciat
vel nomineten⁹ fidelis q: veniet dñs: q:
venturus est iudicare viuos mortuos: et
reddere vnicuiq̃ȝ iuxta opera sua? Non
oium ista est frẽs mei: sed nec multoꝝ qdẽ
Paucoꝝ quippe est: q: revera pauci sunt
q saluant. Putas q: illi q letant cũ malefe
cerit ⁊ exultãt in rebus pessimis: vel sciãt
vel recogitẽt q: veniet dñs? Si dixerit ipi
tu noli credere: q: q dicit se nosse deũ ⁊ mã
data eius nõ custodit: mẽdax est. Cõfitent
ait aplus se nosse deũ: factis aũt negãt: q:
fides sine opibus mortua est. Non eni se
ita oi impuritate polluerẽt si dñm ventuꝝ
scirent vel formidarẽt: ⁊ vigilarent vtiq̃ȝ:
⁊ nõ sinerẽt tam grauiter ꝑfodi ꝯscientias
suas. Scientia aũt ista opat in ꝑmo gradu
penitudinẽ. i. dolorem: ne risum in luctuȝ:
canticũ in plãctũ: gaudiũ in merorẽ ꝯuer-
tatur: ⁊ incipiãt tibi displicere que vehe-
menter ante placuerãt: ⁊ illa specialit hor
reas q̃ specialit appetebas. Sic. n. scptuȝ ẽ
q: q addit scientiã: addit ⁊ dolorem vt ve
racis ⁊ scẽ sciẽtie sit dolor subsequẽs argu

mentũ. In scd̕o vero gradu opat correcti
onem: vt iam non exhibeas membra tua
arma iniqtatis peccato: sed coherceas gu
lam: iugules luxuriã: supbiam depmas: ⁊
facias seruire scitati corpus qd̕ iniquitati
ante seruierat. Penitudo eni sine corru-
ptione nõ ꝓderit: q: iuxta sapientẽ: vnus
edificans ⁊ vnus destruens: quid ꝓdest
eis nisi labor? Qui eni baptizat a mortuo
⁊ iterũ tangit eũ: nihil ꝓficit lauatio eius
sed iuxta saluatoris sententiã videndũ ne
ei aliqd deterius ꝯtingat. Sed q: hic diu
tius haberi non possũt nisi circa se multa
circũspectiõe mens indefessa iugulet ⁊ at
tendat: in tertio gradu opat solicitudinẽ
vt iam incipiat solicitus ambulare cũ deo
suo ⁊ ex omni parte scrutetur se ne vl' in le
uissima re tremẽda illius maiestatis offen
dat aspectum. In penitudine accendit: in
correctione ardet: in solicitudine lucet: vt
iam interius ⁊ exterius renouet. Hic iam
respirare icipit a tribulatiõe maloꝝ ⁊ do-
lore: ⁊ timoris magnitudinẽ spũali letitia
tẽperare: ne suoꝝ enormitate sceleꝝ habũ-
dãtiori tristitia absorbeat. hinc etsi timet
a iudice: sperat a soluatore: cũ iã in aĩo ei⁹
timor ⁊ leticia obequitent ⁊ obuient sibi:
vt plerũq̃ȝ timor leticiaȝ superet: leticia se
pius timorem excludat: ⁊ infra sui gaudij
concludat archanum. Felix conscientia ĩ
qua luctamen huiusmodi indefinẽter cõ-
ficitur: donec quod mortale est absorbea-
tur a vita: donec euacuetur timor qui ex
parte ẽ: ⁊ succedat leticia quod perfectuȝ
ẽ: quia non timor sempiternus: sed leticia
sempiterna erit ei. Iam v̕o sic ardens ⁊ lu
cens mundũ se esse in domo confidat: vbi
sine omni timore ventorum accensa cãde-
la soleat deportari: sed meminerit se esse
sub diuo ⁊ vtraq̃ȝ manu studeat opire qd̕
portat: nec credat aeri etiaȝ si viderit esse
tranquillum. Repẽte enim ⁊ hora qua nõ
putauerit mutabitur: ⁊ si vel ad modicuȝ
remiserit manus lumen extinguet. Qd̕ si
etiaȝ ardor portantis manus: vt quãdoq̃ȝ
solet adusserit: eligat potius pati q̃ȝ retra
here manus suas: quia in momẽto in ictu
oculi poterit exufflari. Si essem⁹ in domo

illa non manufacta eterna in celis: vbi nul
lus inimicus intrat: nullus amicus exit: ni
hil esset timendum. Nunc vero tribus ma
lignissimis et validissimis ventis expositi
sumus: carni diabolo et mundo: qui con-
scientiam illuminatam moliuntur extin-
guere: insufflantes in corda nostra deside
ria mala: motus illicitos: et ita te repente
turbantes: vt vix prenoscere valeas vnde
venias: aut quo vadas. Ex quibus et si
duo sepius intermittunt: a tertio tamen
nemo vnq̄ꝫ sufflandi inducias extorsit.
Ideo vtrisqꝫ manibus ⁊ cordis et corpo-
ris anima regenda est: ne forte que iam il-
luminata fuerit extinguatur: nec ceden-
dum vel recedendū etiam si grauis tētati
onū feruor vtriusqꝫ hominis statum vehe-
menter afflixerit: sed dicendū cum sancto
Anima mea in manibus meis semper. Eli
gamus potius ardere q̄ꝫ cedere. Et sicut
q̄d in manibus nostris tenemus nō facile
obliuiscimur: sic nunq̄ꝫ obliuiscamur ne-
gociū animaꝝ nostraꝝ: ⁊ illa cura ꝓncipali
ter vigeat in cordibus nostris. Cū ergo sic
lumbi nostri accincti fuerint ⁊ lucerne ar-
dentes: custodiende sunt vigilie noctis su
pra gregem cogitationū ⁊ actionū nostra-
rū: vt si in ꝓma vigilia vel secunda vel ter
tia dn̄s venerit paratos nos īueniat. Pri-
ma vigilia ē rectitudo operis: vt ad hanc
quam iurasti regulam: omnem vitam exe
quare coneris: nec transgrediaris termi-
nos quos posuerūt patres tui: in omnib⁹
vie ⁊ vite huius exercitijs nō declinās ad
dexteram vel sinistram. Secunda puritas
intentiōis: vt simplex oculus totū corpus
lucidū faciat: quatenus quicquid feceris
facias ꝓpter deū: ⁊ ad locum vnde exeunt
gratie reuertant̄ vt iterum fluant. Tertia
est custodia vnitatis: vt ī cōgregatōe posi
tus volūtates alioꝝ tuis voluntatibus an
teponas: vt nō solū sicut querela: sed ⁊ cū
gratia maneas īter fratres portās omnes
orās ꝓ oībus: vt ⁊ de te quoqꝫ dicat̄: Hic
ē fratꝝ amator ⁊ populi israel: hic ē q mul
tū orat ꝓ populo ⁊ ꝓ ciuitate sancta hieru
alem. Ita ergo in hac die aduētus vnige
niti nobis veram scientiam accēdit: scien-
tiam inquā illā que nos doceat quia veni
et dn̄s: que sit moꝝ nostroꝝ perpetuum et
stabile fundamentum. Et mane inquit vi-
debitis gloriam eius. O mane: o dies que
melior es in atrijs dn̄i sup millia: quando
erit mensis ex mense ⁊ sabbatum ex sabba
to: cum splendor lucis ⁊ feruor charitatis
vsqꝫ in altissima illa magnalia terraꝝ inco
las illustrabit: quis de te cogitare nedum
aliquid recitare ꝑsumat? Interim tamen
fratres edificemus fidem nostraꝫ: vt si mi
rabilia illa que nobis reseruantur videre
nō possumus: saltem mirabilia que ꝓpter
nos in terris facta sunt aliquantulum cō-
templemur. Tria opera tres mixturas fe-
cit omnipotēs illa maiestas in assumptiōe
nostre carnis: ita mirabiliter singularia ⁊
singulariť mirabilia: vt talia nec facta sint
nec facienda sint amplius super terrā. Cō
iuncta quippe sunt adinuicem deus ⁊ ho-
mo: mater ⁊ virgo: fides ⁊ cor humanum.
Admirabiles iste mixture ⁊ miraculuꝫ oī
miraculo mirabilius: quomodo taꝫ diuer
sa tamqꝫ diuisa ab inuicem: inuicē potuere
coniūgi? Et primo quidem intuere creati-
onem positionem ⁊ dispositionem rerum:
quanta videlicet sit in creatione potentia
quanta in positione sapientia: in composi-
tione benignitas quanta. In creatione vi
de q̄ꝫ multa ⁊ q̄ꝫ magna potēter creata sūt
ī positiōe q̄ꝫ sapienter cuncta locata sunt:
in bonitate q̄ꝫ benigne suprema et infima
cōnexa sunt tā amabili q̄ꝫ admirabili cha-
ritate. Huic enim limo terreno vim vita-
lem miscuit: vt in arboribus vnde surgit
venustas in folijs: in floribus pulchritu-
do: sapor in fructib⁹ ⁊ medicina. Nec hoc
cōtentus adiecit etiam vim sensibilem li
mo nostro: vt in pecoribus que non solum
vitam habeant sed ⁊ sentiant quinqꝫpar-
tita sensificatiōe vigentes: addidit adhuc
honorare limum nostrum: ⁊ ei vim ratio-
nalem imisit: vt in hominibus qui iam nō
solum viuunt sentiunt sed ⁊ discernunt in
ter cōmodum ⁊ incōmodum: inter bonū
et malum: inter verum et falsum. Volut

quoqȝ infirmiora nostra habūdātiori glo-
ria sublimari? ⁊ contraxit se maiestas vt ꝙ
melius habebat videlicet seipsuȝ limo no
stro coniungeret: ⁊ in persona vna sibi in-
uicem vnirent᷑ deus et limus: maiestas et
infirmitas: tanta vilitas ⁊ sublimitas tan-
ta. Nihil enim deo sublimius: nil vilius li
mo. Et tamen tanta dignatione deus de-
scendit in limum tantaqȝ dignitate limus
ascendit in deum? vt quicquid in eo deus
fecit: limus fecisse credatur: quicquid li-
mus pertulit: deus in illo pertulisse dicat᷑:
tam ineffabili q̄ȝ incomprehensibili sacra-
mento. Et attende quia sicut in illa singu-
lari diuinitate trinitas est in personis: vni
tas in substantia: sic est in ista speciali com
mixtione: trinitas est in substātijs: vnitas
in persona. Et sicut ibi persone non scin-
dunt vnitatem: vnitas non minuit trinita
tem? sic ⁊ hic persona non confundit sub-
stantias: nec substantie ipse persone dissi-
pant vnitatem. Summa illa trinitas hanc
nobis exhibuit trinitatem: opus mirabile
opꝰ singulare: inter omnia: ⁊ super omnia
opera sua. Verbum enim ⁊ anima ⁊ caro
in vnam conuenere personam? et hec tria
vnum: ⁊ hoc vnū tria: non confusione sub
stantie sed vnitate persone. Hec est prima
⁊ superexcellens mixtura: ⁊ hec prima in-
ter tres. Aduerte homo quia limus es: et
non sis superbus: quia deo iunctus es: et
non sis ingratus. Secunda est virgo ⁊ ma
ter: ⁊ admirabilis ⁊ singularis. A seculo
non est auditum: ꝙ virgo esset que pepe-
rit: ꝙ mater esset que virgo permāsit. Nū
q̄ȝ iuxta rerum ordinem virginitas est vbi
fecunditas predicatur: nec fecunditas vbi
virginitas conseruatur. Sed sola hec ē in
qua virginitas ⁊ fecunditas obuiauerunt
sibi. Ibi semel factum est quod factum nō
fuerat nec fiet in eternum: quia nec primā
similem visa est: nec habere sequentem.
Tertia est fides ⁊ cor humanum. Et qui-
dem prima ⁊ secunda inferior: sed non mi
nus forsitan fortis. Mirum est enim quo-
modo cor humanum his duobus fideȝ ac

cōmodauit? quomodo credi potuit ꝙ de-
us homo esset: ꝙ virgo fuerit q̄ peperisset
Sicut ferrum ⁊ testa iungi non possunt: sic
⁊ hec duo nequeunt cōmisceri si nō misce-
at glutinum spiritus dei. Ergo ne creden-
dum est ꝙ ille deus sit qui ponitur in pre-
sepio: qui vagit et cunis: qui omnium in-
fantilium necessitatum iniurias patitur?
qui flagellatur: qui conspuitur: qui cruci-
figitur: qui ponitur in sepulchro: ⁊ inter
duos lapides concluditur excelsus et im-
mensus. Illa ne virgo erit que lactat pue
rum? cui maritus continuus comes est in
conuiuio in thalamo: qui ducit illam in
egyptum: reducit ab egypto: et solus cuȝ
sola tam longinquam: tam secretam confi
cit viam? Quomodo potuit hoc persua-
deri generi humano? vniuerso orbi terra-
rum? Et tamen tam facile: tam potenter
persuasum est: vt mihi id credibile faciat
credentium multitudo. Iuuenes ⁊ virgi-
nes senes cum iunioribus elegerunt mil-
le mortibus mori q̄ȝ vel ad momentum ab
ista fide deficere. Et hec quidem mixtu-
ra excellens? sed excellentior est secunda:
tertia vero excellentissima est. Primaȝ au
ris audiuit: sed oculus non vidit? quia au
ditum est et creditum: vsqȝ in fines terre
magnum illud pietatis sacramentuȝ: sed
tamen oculus non vidit absqȝ te quomo-
do te intra virginei vētris angustias hu-
mano corpori coniunxisti. Secundaȝ ocu-
lus vidit? quia se fecundam ⁊ virginem il
la singularis regina conspexit que conser
uabat omnia hec conferens in corde suo:
cognouit et ioseph nō minus testis q̄ȝ cu-
stos tante virginitatis. Tertia in cor ho-
minis ascendit? cuȝ qd̄ factum est sicut fa-
ctum est: creditum est: cum magis oraculo
q̄ȝ oculo credimus: cum que dicta vel fa-
cta sunt tenemus firmissime nullatenus
dubitantes. In prima vide quid: in secun-
da per quid: in tertia propter quid deus
dederit tibi. Dedit tibi christum per mari
am propter sanitatem. In prima remedi-
um ē: quia ex deo et homine cathaplasma

odij quo oderant patrē: exercent illud in fi
lium. Unde ⁊ ipē ait: quia oderunt ⁊ me ⁊
patrem meū. Quid ergo fecerunt impij?
quibus grauis erat etiam ad videndum?
Hic est inquiūt heres: venite ⁊ occidamꝰ
eum. Sic ergo occiderūt agnū dei in suaꝫ
quidē perniciem: sed in nostrā salutē. Illi
enī sanguinē agni fuderūt: nos accessimꝰ ⁊
bibimus illum. Accepimꝰ calicē salutaris:
⁊ calix inebrians q̄ꝫ preclarꝰ est. Ecce vnde
gr̄as agamus: nam ante paucos dies cele-
brauimꝰ aduentū eius in carcere huiꝰ mun
di. i. diem natalis: hodie vō celebramus qꝑ
cathenas ⁊ vincula nostra suscepit. Hodie
enī qui peccatū non fecerat vt reos absol-
ueret: innoxias manus eoꝝ cathenis inse-
ruit. Hodie sub lege factus est: qui legem
dedit. Sed dicendum est iam: quid in hac
circūcisione nobis spūaliter indicet agen-
dū. Neqꝫ enī sine causa sane preceptū in le
ge: nec sine causa completuꝫ est in dn̄o: vt
octaua die fieret circūcisio. Sed quis cog̃-
uit sensum dn̄i: aut qs cōsiliariꝰ eius fuit?
Adsit nūc nostris desiderijs aduocatꝰ spi-
ritus: q scrutat alta dei: ⁊ edisserat nob̄ sa-
cramētū istud octaue diei. Nō ignoramꝰ
iam oportere hominē nasci denuo: nam et
ꝓpter h̄ secūdo natus est filiꝰ dei. In pctō
siqdē nascim̄ oēs: ⁊ necesse habemꝰ renasci
in gr̄a: qđ in baptismate qdē ꝑcepimꝰ: sed
heu totū perijt in seculari vita. Nūc ꝑmū
miserāte deo virtꝰ gr̄e in nob̄ opat: vt ī no
uitate vite ambulemꝰ. Ergo nascit hō qn̄
sol iustitie ortus in aīo pctoꝝ illuminat te-
nebras: horrēdūqꝫ dei iudiciū internis ob
tutibꝰ offert: addēs ad terroris cumulum
breuē dierū numerū: ⁊ finem incertū. Hec
plane vespa est: ad quā demorabit fletꝰ: et
necesse est addi matutini letitiā: vt auditā
nob̄ faciat miāꝫ suā. Sic enī fit vespe ⁊ ma
ne dies vnus. Est aūt dies ista iustitie: red
dens cuiqꝫ qđ suū est: nob̄ miseriā: miam
deo. In hac die puer nascit: qn̄ ex his que
diximꝰ ad amorē penitētie ⁊ odiū pcti ani-
mus excitat. Sꝫ ꝑiculosuꝫ est: si forte velit
inter seculi turbas agere penitētiā: vbi ni-
mirū alij venenatis ꝑsuasiōibꝰ: alij vndiqꝫ
exēplis peioribꝰ ad pctm̄ alliciant: alij adu-
lationibꝰ in vanā gloriā: alij detractionibꝰ
ī impatiētiā animū eiꝰ deijciāt. Procedat
iā necesse ē prudētie radiꝰ: ostēdat quātas
⁊ q̄ꝫ importunas ꝑserti in hac generatiōe
oportunitates ⁊ occasiōes pcti offerat mū
dus ⁊ ingerat: q̄ꝫ debilis sit ad illas huma-
nus animus: maxime qui in pcti ꝯsuetudi
ne sit nutritus. In hac ergo die prudentie
eligat de presenti seculo nequā fugere: di-
cens cum propheta: Odiui ecclesiam ma-
lignantium: ⁊ cum impijs nō sedebo. Sed
nondū sufficit hoc: forte enim vult eligere
solitudinē: non satis attendens propriā in-
firmitatem: ⁊ periculosam diaboli luctam.
Quid enī periculosius q̄ꝫ solum luctari cō
tra antiqui hostis versutias: a quo videa-
tur: ⁊ quem videre non possit? Itaqꝫ iam
habet necessariā fortitudinis diem: vt no-
uerit custodiendam ad dn̄m fortitudinē: ⁊
in acie multoꝝ pariter pugnantiū esse que
rendam: vbi sunt tot auxiliatorij quot so-
cij: ⁊ tales qui dicere possint cum apostolo
Quia nō ignoramus astutias inimici. Cō
gregatio enim pro fortitudine sua terribi-
lis est vt castrorū acies ordinata. Ue auteꝫ
soli: quia si ceciderit: non habet subleuan-
tem. Or si cuiquam ex antiquis patribus
gratiā hāc cōcessam audiuimꝰ: nō expedit
temere cōmittere se illi ꝑiculo: nec oportet
tētare deū: sicut ⁊ mgr̄ nr̄ de anacoritis lo-
quēs Qui nō cōuersionis inquit feruore

nouitio ⁊c̄. Itaqȝ in hac die fortitudinis
ad id qđ iam repat id est odiui ecclesiam
malignantiū: etiā addit qđ sequit᷑. Laua-
bo inter inocentes manus meas. Uerum
cum elegit esse in cōgregatione multorū:
nunqd elegit esse magister q̄ nondū disci-
pulus fuit: ⁊ docere qđ didicit, nunq̄ȝ? Et
quō aut in se aut in alijs motus irrationa-
biles poterit tēperare? Nemo carnē suaȝ
odio habuit. Quō ergo putatis si iam ma
gister suus fuerit iste: qui facile sibi aliq̄n
eo amplius q̄ familiari⁹ ꝯdescendat? Illu
cescat igit᷑ dies tēperantie vt querat quō
tēpari ⁊ refrenari possint incōtinētes mo-
tus voluptatis: bestiales motus curiosita-
tis: ceruicose motus elationis sue. Eligat
abiectus esse in domo dei sui: ⁊ subiectus
esse magistro: sub quo frangat᷑ eius volun
tas: ⁊ obedientie freno cōcupiscētia repri-
mat᷑: sitqȝ qđ ait ꝓpheta Imposuisti homi
nes sup̱ capita nr̄a. Nec dedignandū ser-
uo qđ p̱cessit in dño: siquidē non est seru⁹
maior dño suo. Ille enim cum iam creuis-
set etate, ⁊ sapiā ⁊ grā apud deū ⁊ hoies:
cū iam duodeci annoꝝ esset ⁊ remansisset
ī hierusalē īuent⁹ a btā virgine ⁊ a ioseph
cuius filius putabat᷑ in medio doctorum
audiens illos ⁊ interrogās: tamē descēdit
cum illis ⁊ erat inquit subditus illis. Et tu
ergo subditus esto ꝓpter illum. Sed iam ti
bi ī ip̄a obediētie via aliq̄ fortassis dura ⁊
aspera occurrere possūt: vt accipias inter
dum precepta nonnulla: que licet salubria
sint: minus tamen suauia videantur. Hec
si moleste ceperis sustinere: si diiudicare p̄
latuȝ: si murmurare in corde: etiam si exte-
rius impleas qđ iubetur: non est hec virt⁹
patientie: sed velamentū malitie. Necesse
est ergo vt illucescat dies patientie: p̱ quā
oīa dura ⁊ aspera tacita amplectaris con-
scientia: te magis dijudicans ⁊ durius ar-
guens cui nimirū displicent que ad salutē
sunt: ⁊ in cogitatiōe tua semp̱ partem ma-
gistri quoad potes aduersum temetipsuȝ
iuuans: ⁊ te quidē in oībus accusare: ipsuȝ
v̊o magis excusare laborās. Porro iam in
hoc loco canendū esse tibi arbitror a sup-
bia. Magnū est eni omnino sic vincere se
metipsum. Melior est ait salomon patiēs
viro forti: ⁊ qui dñatur animo suo expu-
gnatore vrbium. Considera deniqȝ q̄ȝ ma-
nifeste propheta docet necessariaȝ esse hu
militatem post patientiam dicens: Uerū
tamen deo subiecta esto anima mea: q̄m
ab ipso patientia mea. Nonne videt᷑ hic
occasione patiētie: tentationē sensisse sup̱-
bie? Necesse est ergo vt iluminet cor tuū
radius humilitatis: ⁊ declararet quid a te
sit: quid a deo: vt nō altum sapias: quoniā
deus supbis resistit humilib⁹ dat gratiā.
Iam v̊o cū in his diutius fueris exercita-
tus: roga dari tibi lumen deuotionis: dieȝ
serenissimū ⁊ sabbatum mentis: in quo tā-
q̄ȝ emeritus miles in laboribus vniuersis
viuas absqȝ labore: dilato nimiꝝ corde cur
rens viam mandatoꝝ dei: vt qđ p̄us cum
amaritudine ⁊ coactione tui sp̄ūs faciebas
decetero iam cuȝ sūma dulcedine pagas ⁊
delectatione. Hanc ni fallor gratiam pete
bat: qui ait: Remittere mihi vt refrigerer
Ac si dicat: Quoadusqȝ in sudore ⁊ dolore
isto crucior: ⁊ morte afficior tota die: emit-
te mihi vt refrigerer. Uerum ad hanc qui
dem p̱fectionem: pauci quidem nisi fallor
p̱uenīūt in hac vita. Neqȝ enim si quis ali
quando videtur hanc habere ꝯtinuo cre-
dat sibi necesse ē: maxime si nouitius est: ⁊
nec dum per eos ascendit gradus quos p̄
dixi. Pius enim dñs pusillos corde blādi
tijs huiuscemodi solet allicere: sed noue-
rint q̄ huiusmodi sunt gratiam hanc p̄sti-
tam esse sibi non datam: vt in die bonoruȝ
memores sint maloꝝ: ⁊ in die maloꝝ non ī
memores sint bonoꝝ. Lōge aliter q̄ exerci
tatos habent sensus: deuotionis huius fe-
lici iocunditate fruuntur. Sed multi tota
vita sua ad hoc tendunt ⁊ nunq̄ȝ p̱tendūt.
quibus tamen si pie ⁊ p̱seueranter conati
sunt statim vt de corpore exeunt: redditur
qđ in hac vita dispensatorie ē negatum: il
luc perducente eos sola gratia quo p̄us tē
debant ipsi cum gratia: vt cōsūmati in bre
ui expleant tempora multa. Illis v̊o q̄ ad
hāc deuotiōis gratiam p̱uenīūt: vnū vide
tur restare p̱iculū: ⁊ oīno timēduȝ eis a de
monio meridiano. Ipe eniȝ sathanas trās

figurat se in angelũ lucis. Hoc ergo timẽduz ei q tanta delectatiõe omnia facit: nedum sequitur affectionez corpus destruat p imoderatã exercitationez: ac deinde necesse habeat nõ sine magno spũalis exercitii detrimento circa debilitatẽ cura corporis occupari. Ergo ne incurrat q curritᵗ sil luminari necesse ẽ lumine discretiõis: que mater virtutũ ẽ & ɔsumatio pfectõis. Hec nimirũ docet ne qd nimis atqꝫ hec est octaua dies in qua circũciditur puerᵗ q: discretione circuncidit: vt nõ plus nec minus fiat. Nam & qui nimius est fructũ boni operis abscidit non circuncidit: sicut qui & tepidus ẽ & minus facit. In hac ergo die nomen imponitur & nomẽ salutis: nec de eo qui sic conuersatur: dubitem dicere q suã ipsius salutem operetur. Usqꝫ ad hũc eniz diem dicere possunt angeli qui norũt secreta celestia: sed ego nunc primum ei fiducialiter nomen salutis impono. At võ quia omnino rara ista auis ẽ in terris: huius discretionis locuz suppleat in vobis fratres virtus obediẽtie: vt nihil plus: nihil minᵘ nihil aliter q̃ꝫ iperatũ sit faciatis.

¶ In epiphania dñi De verbis apostoli: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei: & tribᵘ apparitionibus. Sermo pmus.

xxix Pparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Gratias deo p quem sic abũdat cõsolatio nostra in hac peregrinatiõe: in hoc exilio: in hac miseria. Sup his nãqꝫ sepius vos admonere curamus: vt nunq̃ꝫ mẽte excidat peregrinos nos eẽ longe factos a ppria patria pulsos ab hereditate. Quisqꝫ eni desolationẽ nõ nouit: nec ɔsolationẽ agnoscere potest. Quisqꝫ enim ɔsolationem ignorat eẽ necessariaz: superest ei vt nõ habeat grãz. Inde ẽ q hoĩes seculi negotijs & flagitijs implicati dũ miseriã nõ sentiũt: non attẽdũt misericordiã. Uos qbᵘ nõ frustra dictũ ẽ: Uacate & videte qm̃ suauis ẽ dñs: & de qbus idẽ ppheta: Uirtutẽ inqnit operũ suoꝝ annunciabit populo suo: vos inq̃ꝫ quos nõ detinet occupatio secularis attẽdite que nã sit ɔsolatio spũalis. Uos q nõ ignoratis exilium: audite q: de celo venit auxiliũ. Apparuit enim benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Prius q̃ꝫ appareret humanitas: latebat benignitas: siqdẽ & prius erat: nam misericordia dñi ab eterno: sed vnde tanta cognosci poterat? Promittebaᵗ sed nõ sentiebatur: vnde & a multis non credebaᵗ. Multipharie qppe multisqꝫ modis: loquebaᵗ dñs in pphetis Ego inqt cogito cogitatiões pacis: & non afflictõis. Sed qd rñdebat hõ: afflictionẽ sentiẽs pacẽ nesciẽs? Quousqꝫ dicitis pax pax & nõ ẽ pax. Propt h̃ angeli pacis amare flebãt: dicẽtes: Dñe quis credidit auditui nr̃o? sꝫ nũc credãt hoĩes vel visui suo: q: testimonia dei credibilia fcã sũt nimis: qñ vt nec turbatũ lateat oculũ: In sole posuit tabernaculũ suũ. Ecce pax nõ pmissa sed missa: nõ dilata sꝫ data: nõ pphetata sꝫ pñtata. Ecce q̃si sacculũ pleuũ mĩa sua: deᵘ pr̃ misit in terra: saccũ inquã in passiõe ɔcidẽdũ vt effundaᵗ qd in eo latet pretiũ nostrum: saccũ vtiqꝫ & si paruũ sed plenũ. Paruulᵘ siqdem datus ẽ nobis: sed in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Postq̃ꝫ eniz venit plenitudo temporis: venit & plenitudo diuinitatis. Uenit i carne: vt vel sic carnalibus exhiberetur: & apparente humanitate benignitas agnosceretur. Ubi eni dei innotescit humanitas: iam benignitas latere non potest. In quo eni magis commẽdare poterat deus benignitatẽ suã: q̃ꝫ suscipiẽdo carnẽ meã? Meã inquã nõ carnẽ ade. i. nõ qualẽ ille habuit ante culpã. Quid tãtope declaret eius misericordiã: q̃ꝫ q ipsam suscepit miseriã? Quid ita pietate plenũ: q̃ꝫ q dei verbũ propter nos factum est fenum? Domine quid est homo quia reputas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Hinc attendat homo quãta eius cura sit deo: hin. sciat quid de cogitet: aut quid sentiat. non interroges o homo ea que pateris: sed que passus est ille. Quanti te fecit ex his que pro te factus est agnosce: vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quãto enim minorẽ

se fecit in humanitate? tanto se maiorez ex
hibuit in bonitate: ⁊ quanto ꝓpter me vi-
lior tãto mihi carior ē. Apparuit inqt apo-
stolus: benignitas ⁊ humanitas saluatoris
nostri dei. Magna quidē plane ⁊ manife-
sta benignitas dei humanitas: ⁊ magnum
benignitatis indiciuz declarauit q huma-
nitati addere nomē dei curauit. Et quidē
ad mariã missus gabriel angelus: filiũ dei
loquit: sed nõ nominat deũ. Benedictus
deus q talem nobis de nobisipsis angeluz
dedit: vt noster iste suppleret qđ ille nõ di
xit: Nã ⁊ ipe spm̃ dei habuit: ⁊ eiꝰ spũ locu
tus ē: qđ nob valde necessariuz fuit. Quid
enim sic instruit fidez: spem roborat: chari
tatem accēdit? quomodo humanitas dei?
Sed angelo nostro id reseruatũ est: qđ alij
tacuerũt. Neqꝫ enim omnes omnia dare
ꝯgruũ erat? vt a diuersis diuersa colligere
gratulemur: ⁊ debitas singulis gratias re
feramus. Attamē vnuz ē in quo ꝯueniunt
apl's ⁊ angeli q de xp̄i natiuitate loquunt
idest in nomine saluatoris. Ad mariam q-
dem tanq̃ꝫ plenius edoctã ꝑ spiritũ gabri
elē loquens indicat nomen solum: ⁊ voca-
bis inqens nomen eius iesum. Ad iosep h
veniēs angelus nõ solũ nomen ꝓtulit: sed
⁊ causam eius interꝑtatus edocuit dicēs:
Et vocabis nomē eius iesum. Ipe enī sal-
uum faciet populũ suũ a peccatis eoꝝ. Sꝫ
⁊ pastoribus quoqꝫ annũciatur gaudium
magnũ: natũ illis saluatorē xp̄m dñm. Si-
mile aliquid paulus loquit: Apparuit be-
nignitas et humanitas saluatoris nr̃i dei.
Bene dulce nomen nullus ex ip̄is tacuit:
qꝛ hoc mihi maxime necessarium fuit. Ali
oqn qd agerem audiēs dñm venientem?
Nunqd nõ fugerem: sicut adam q a facie
eius fugit: sed nõ effugit? Nonne despera
rem? audiens qd venit ille cuius legem sic
p̄uaricatus sum: cuiꝰ patientia sic abusus
sum: cuius beneficio tam ingratus inuen-
tus sum? Que v̄o maior poterat esse conso
latio q̃ꝫ in dulci vocabulo? in nomine cõso
latoris? Propterea ⁊ ipe dicit: Quia non
venit vt iudicet mundum: sed vt saluetur
mũdus ꝑ ip̄m. Jam cõfidenter accedo: ⁊
iaz supplico fiducialiter. Quid enim time
am quando saluator venit in domũ meaz?
Ei soli peccaui: donatũ erit qcqd indulse-
rit ille. Utiqꝫ enim licet ei qđ vult facere.
Deus q iustificat? qs ē q cõdēnet? Aut qs
accusabit aduersus electos dei? Propte-
rea gaudere nos oportet qđ in nostra ve-
nerit: nũc enim facilis ad indulgētiã erit.
Deniqꝫ paruulus ē leuiter placari potest.
Quis enim nesciat: qꝛ puer facile donat?
Ecce si non fuerit nobis ꝓ minimo: possu-
mus reconciliari ꝓ minimo. Pro minimo
inquã? nõ sine penitētia: sed qꝛ minimũ qd
dã sit ipa nostra penitentia. Pauperes su-
mus? parũ dare possumus: attamē recõcili
ari possumus ꝑ paruo illo si nolumus. To
tum qđ dare possum miseruz corpus istud
ē: illud si dedero satis ē. Si quominus: ad-
do corpus ip̄ius. Nam ⁊ illud de meo ē: ⁊
meũ ē. Paruulus enim natus ē nobis: ⁊ fi
lius datus ē nobis. De te dñe suppleo: qđ
minus habeo in me. O dulcissima recõcili
atio: o satisfactio suauissima. O vere recõ-
ciliatio facilis: sꝫ ꝓutilis: satisfactio parua
sed nõ ꝑuipendēda. Etenim q̃ꝫ facilis mo
do tam deficilis erit postea? ⁊ sicut nemo
modo ē qui recõciliari non possit? ita post
paululũ nemo q possit: quoniam sicut beni
gnitas apparuit vltra omnem spem: vltra
omnem estimationem similem expectare
possumus iudicij discretionez. Noli ergo
ꝯtēnere dei misericordiam: si nõ vis senti-
re iusticiam: sed iram: sed indignationem:
sed emulationem: sed furorem. Dñe ne in
furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corri
pias me. Ut enim scires quanta districtio
venit: tanta illum mansuetudo p̄uenit. Ex
magnitudine indulgētie: ⁊ magnitudine
vltionis attende. Immēsus est enim deus
⁊ infinitus in iusticia: sicut ⁊ in misericor-
dia. Multus ad ignoscēdũ: multus ad vl-
ciscendum. Sed misericordia qdē p̄ora si-
bi vendicat: vt si noluerimus districtio in-
uenire nõ possit i quē seuiat. Propter hoc
enim benignitatē p̄rogauit: vt ꝑ eã recõci-
liati seueritatez videamus securi. Propte
rea voluit nõ solum ad terras descendere
sed etiam inotescere: nõ solum nasci: sed ⁊
agnosci. Deniqꝫ ꝓpter hãc agnitionē dies

ista celebris habetur ⁊ insignis dies appa-
ritionis. Hodie enim magi ab oriente ve-
nerũt: ortum solem iustitie regrentens eũ
de quo legitur. Ecce vir oriens nomen illi
Hodie adorauerũt nomẽ virginis partũ
sequẽtes noui sideris ductũ. Nonne ⁊ hic
nobis est magna cõsolatio? sicut in illo de
quo locuti sumus apl̃i verbo? Ille dixit
deum isti nõ voce sed opere dicunt. Quid
facitis o magi? quid facitis? Lactentẽ pue
rum adoratis in tugurio vili? in vilibꝰ pã-
nis? Ergo ne deus est iste? Deus certe in
tẽplo scõ suo dñs in celo sedes eius? ⁊ vos
eum queritis in vili stabulo in matris gre
mio? Quid facitis? ꝙ et aurum offertis?
Ergo rex est ipse? Et vbi aula regia: vbi
thronus? vbi curie regalis frequẽtia? Nũ
quid aula est stabulũ? thronus ꝓsepiũ: cu-
rie frequẽtia ioseph ⁊ maria. Quõ ita insi
pientes facti sunt viri sapiẽtes? vt adorẽt
puulũ despicabilẽ tam sua etate q̃ paup-
tate suoꝝ? Insipientes facti sunt vt fierẽt
sapiẽtes? ⁊ ꝓdocuit eos spũs qđ postea pre
dicauit apl̃s Qui vult esse sapiẽs fiat stul
tus vt sapiẽs fit. Quia enĩ per sapientiam
mũdus in sapiẽtia sua deũ cognoscere nõ
poterat: placuit deo ꝑ stultitiã ꝓdicatiõis
saluos facere credentes. Nonne timendũ
erat frẽs ne scandalizarent viri isti: ⁊ illu-
sos se crederẽt? cũ tanta indigna viderẽt?
A regia ciuitate vbi regẽ querẽdum cõie-
ctabant: ad betheleem villã puulã dirigũ
tur. Ingrediunt in stabulũ: inueniũt inuo
lutũ pannis infantulũ. Nõ illis sordet sta-
bulũ? non pannis offendunt: nõ scãdalizã
tur lactentis infantia? ꝓcidũt: venerant vt
regẽ: adorant vt deum. Sed ꝑfecto q illos
adduxit: ipse ⁊ instruxit: ⁊ q per stellam fo-
ris admonuit ipse in occulto cordis edo-
cuit. Nec igit dñi declaratio clarificauit
hanc diem: ⁊ magoꝝ deuota veneratio de
uotam fecit ⁊ venerabilẽ. Nec sola hec ap
paritio: sed altera quedã sicut a nr̃is pa-
trib9 accepimus hodie celebrat: q̃ etsi lõ
go post tp̃e facta credit hoc ipso die. Cum
enĩ iam xp̃s trigĩta annos exigisset in car-
ne: qui sm̃ diuinitatẽ idemipse est: ⁊ anni
eius non deficiẽt: inter populares turbas
ad baptismũ iohãnis aduẽit. Uenit tanq̃
vnus e ppl̃o: q solꝰ erat sine pctõ Quis enĩ
eũ tunc crederet filiũ dei? qs putaret dñm
maiestatis? Ualde quidẽ humiliaris dñe?
in imis abscõderis: sz iohannem latere nõ
poteris. Nõne ipse est qui per maternum
vterum te nondum natum? nondum na-
tus agnouit? Nonne ipse est qui per vtri-
usq3 materni vteri parietes te agnouit? et
qui turbis clamare non potuit: sa tem ma-
trem suã motu exultationis edocuit. Nũc
autẽ quid? Uidit enim iohãnes ait euãge
lista iesum veniẽtẽ ad se: ⁊ ait: Ecce agnus
dei: ecce q tollit pctã mũdi. Uere agnꝰ: ve
re humil ⁊ mansuetus. Ecce inquit agnus
dei: ecce qui tollit peccata mundi. En ipse
qui purgationem faciat delictorũ: ecce sen
tinam nostram purgaturus aduenit: ⁊ ta-
mẽ post hoc testimoniũ baptisari vult a io-
hãne. Tremuit ille. Quid mirum? Quid
inquã mirũ si tremuit hõ: nec audet attin-
gere scm̃ dei ṽticẽ? caput adorãdũ ãgel: re-
uerẽdũ põtibꝰ: tremẽdũ ꝓncipatibꝰ? Ba-
ptisari vis dñe iesu? Ut quid enĩ? aut qđ
opus tibi fuit baptismate? Nunquid sano
opꝰ ẽ medicina? aut mũdatiõe mũdo? Un
de tibi peccatũ? vt baptisma sit necessariũ
Nunquid a patre? At patrem quidem ha
bes deũ ⁊ equalis es illi: Deus de deo lu
men de lumine. Nam in deum peccatũ ca
dere non posse? quis nesciat? An ṽo de ma
tre? Nam ⁊ matrem habes: sed virgo est.
Qđ ergo peccatum ex ea trahere potuisti
que te sine iniquitate concepit: ⁊ salua in-
tegritate peperit? Quã maculam habere
potest? agnus sine macula. Ego inquit io-
hãnes a te debeo baptizari? ⁊ tu venis ad
me? Magna vtriusq3 humilitas: sed nulla ẽ
cõparatio. Quomodo enim nõ humiliare
tur homo? coram humili deo? Sine mo-
do inquit dñs: Sic enim decet nos imple-
re omnem iusticiam. Acquieuit iohannes
⁊ obediuit: baptizauit agnuz dei: ⁊ aqnas
lauit. Nos abluti sumus non ille: quia no-
bis lauandis aque cognoscuntur ablute.
Sed fortassis minus credis iohãnis testi-
monio: q2 ⁊ ip̃e hõ ẽ: ⁊ potes hr̃e suspectũ:
quia cognatus eius est cui peribet testimo

nium. Ecce testimonium maius ioanne: te
stimonium aduenientis columbe. Nec in
congrue ad indicandum agnum dei venit
columba: quia nihil melius agno cōuenit
q̃ȝ columba. Qđ agn⁹ in animalibus: hoc
columba in auibus est. Sūma ȝ vtriusqȝ ino
centia: summa mansuetudo: summa simpli
citas. Quid enim sit alienum ab omni ma
litia: sicut agnus ⁊ colūba? Nocere cuiq̃ȝ
nesciūt: ledere non norūt. Sed ne fortuito
cāu id euenisse causeris: ecce testimoniū đi
patris. Ecce deus maiestatis intonuit dñs
sup aq̃s multas: ⁊ vox p̄ris audita ē: hic est
filius me⁹ dilect⁹ in quo mihi bñ cōplacui.
Vere enī hic est in quo nō est qđ p̄ri displi
ceat: qđ oculos maiestatis offendat. Unde
⁊ ip̄e ait: Qm̄ que placita sūt ei facio semp.
Ipm ingt audite. Ecce dñe iesu: vel iā nūc
loq̄re. Quousqȝ siles? quousqȝ dissimulas?
Diu tacuisti ⁊ valde diu: vel iā nūc loquen
di licentiā hēs a p̄re. Quā diu dei v̄t⁹ ⁊ dei
sapia: quasi infirmus aliq̄s ⁊ insipiēs lates
in pplo: q̃ȝ diu nobilis rex ⁊ rex celi fabri fi-
lium te pateris appellari pariter ⁊ putari?
Etenī lucas euāgelista testat: qm̄ adhuc fi-
lius ioseph putabat. O humilitas v̄tus xp̄i
o sublimitas humilitatis quātū ꝯfundis su
pbiam nr̄e vanitatis. Parū aliqd scio vel
magis scire mihi videor: ⁊ iam silere nō pos
sum. Impudēter me ⁊ imprudēter igerēs
⁊ ostentās pmptulus ad loquēdū velox ad
docendū tardus ad audiendū. Et xp̄s cuȝ
tanto tp̄e silebat cū seipsum abscondebat?
nūqd inanē gl'iam metuebat? Quid time-
ret ab inani gl'ia: qui est vera gl'ia patris?
Utiqȝ timebat: sed nō sibi. Nobis timebat
ab illa q̄bus nouerat eē timēdū. Nobis ca
uebat: nos istruebat. Tacebat ore: sȝ istrue-
bat ope. Et qđ postea docuit v̄bo: iam cla
mabat exēplo. Discite a me q: mitis sum
⁊ humilis corde. Nā de infantia dñi parū
aliqd audio: ex tūc iā vsqȝ ad hūc trigesi-
mū ānū nihil iuenio. Nūc v̄o iā latere nō
pōt: q tā manifeste demōstrat a p̄re. Nā in
pma quoqȝ apparitiōe cū virgine mr̄e vo-
luit apparere: q verecūdia quedā in virgi
ne signaret. Tertia quoqȝ apparitio ei⁹ in
euāgelio inenit: ⁊ hec nihilomin⁹ hodie ce
lebrat. Inuitat⁹ enī ad nuptias dñs vino
deficiente cōpassus eoꝝ verecundie: aquā
mutauit in vinū. Hoc etiā sicut ait euāgeli
sta: signoꝝ eius fuit initiū. Itaqȝ in prima
ap paritōe hō verus inotuit: vbi inter vbe
ra mr̄is infans apparuit. In scđa v̄o veꝝ eē
dei filiū: p̄ris indicat testimoniū. In tertia
v̄o verus eē de⁹ mōstrat: ad cui⁹ ipiū natu-
ra mutat. Tot testimonijs hodie cōfirmat
fides nr̄a: tot inditijs roborat spes nr̄a: tot
incentiuis inflamat charitas nr̄a.

¶ Item vñ sup. De magis vbi exponit il
lud de canticis: egredimini filie syon ⁊ vi-
dete regem. Sermo secundus.

TRes apparitio xxx
nes dñi legimus: vna qdē ī die
sed nō vno tēpore factas. Et
quidē mirabilis secunda: mi-
rabilis tertia: sed pma apparitio mirabili⁹
admirāda. Mirabilis aquaꝝ mutatio: mi
rabilis ioānis ⁊ colūbe pariter ac paterne
vocis attestatio: sed illđ mirabile magis q
agnitus est a magis. Nā q deū agnoscant
indicat adoratio: indicat thuris oblatio.
Nec solū deū sed ⁊ regē agnoscunt: qđ de-
signat in auro. Et in his non latet eos ma-
gnū pietatis sacramentū: vñ ⁊ in myrrha i
dicāt moritu ꝝ. Adorāt magi ⁊ offerūt mu
nera: adhuc suggēti mr̄is vbera. Sȝ vbi ē
o magi: vbi ē purpura mr̄is hui⁹? Nunqd
viles pāni isti qb⁹ est inuolut⁹. Si ē rex dia-
dema eius vbi ē? Sȝ vos eū vere videtis i
diademate quo coronauit eū mr̄ sua in sac-
co mortalitatis de quo resurgēs ait: q: con
scidisti saccū meū ⁊ circūdedisti me letitia.
Egredimī filie syō ⁊ videte regē salomonē
in diademate quo coronauit eū mr̄ sua ⁊c̄.
Egredimini virtutes angelice: incole ciui-
tatis supne. Ecce rex vester sȝ ī corona nr̄a
in diademate quo coronauit eū mr̄ sua. Si
qdem his delitijs vsqȝ mō caruistis: hanc
hacten⁹ dulcedinē nō gustastis. Hētis sub
limitatē eius: sed humilitatē antea non vi-
distis. Egredimini igitur ⁊ videte regem
salōmonem: in diademate quo coronauit
eum mater sua. Verūtamen nō est opus il-
lis nostra exhortatiōe: vt illum intueantur

qm̄ ipsi sunt q desiderant in illũ ꝓspicere. Illis enī q̄nata sublimitas notior tāto humilitas p̄ciosior ⁊ amabilior ē. Unde licet nobis maior sit causa leticie: nobis enī natus est ⁊ nobis datus: tñ ipsi nos p̄ueniūt ipsi nos exhortāt. Probat hoc angelus q gaudiū magnū euangelizat pastoribus: et q cum eo facta est multitudo celestis exercitus. Uobis igit̄ dicit̄ filie syon aīe seculares debiles delicate filie ⁊ non filij: in quibus nihil est fortitudinis nihil virilis animi. Egredimini filie syon. Egredimini de sensu carnis ad intellectū mentis: de ſuitute carnalis ↄcupiscentie ad libertatez spūalis intelligentie. Egredimini de terra vr̄a: ⁊ de cognatiōe vr̄a ⁊ de domo patris vestri: ⁊ videte regem salomonē. Alioqn nō erit vobis tutū videre eū ecclesiastem. Idem enī qui salomon idem pacificus in exilio est ecclīastes idē ↄcionator erit in iudicio ididia idest dilectus dñi in regno. In exilio mansuetus ⁊ amabilis: in iudicio iustus ⁊ terribilis in regno gloriosus ⁊ admirabilis. Egredimini igit̄ ⁊ videte regē salomonem nam vbiq͡ʒ rex est. Licet regnum non sit de hoc mundo: tñ rex est etiam in hoc mūdo. Interrogat⁹ siquidē ergo rex es tu: ego inqt in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mundū. Hic ergo rector est morū: in iudicio discretor meritorū: in regno distributor p̄miorꝝ. Egredimini ꝓide ⁊ videte euʒ filie syon in diademate quo coronauit eum mater sua: in corona pauꝑtatis nostre ⁊ in corona miserie. Siqdē coronatus est ⁊ a nouerca sua corona spinea: corona miſie coronandus a familia sua corona iustitie: qñ exibūt angeli ⁊ colligēt de regno eius oīa scandala: qñ venit ad iudiciū cuʒ senioribus populi sui: cū pugnabit ꝓ eo orbis terre aduersus insensatos. Coronat eum ⁊ pr̄ corona glorie sicut ait psalmista: Gloria et honore coronasti eū. Uidete eū filie syō: in diademate quo coronauit eū mater sua Suscipite coronam paruuli ꝓpter vos regis vestri ⁊ vna cū magis humilitatē ipsi⁹ adorate: quorū fidei deuotio nobis hodie ꝓponitur in exemplum. Cui enim cōpabimus ⁊ cui similes estimabim⁹ viros iustos

Si latronis fidē: si cēturionis ↄfessionē cōsidero: ī eo supexcellere vident̄ isti: ꝙ iam tunc miracula multa fecerat: iā tunc a multis predicatus: a multis fuerat ⁊ adoratus Attñ ↄsiderem⁹ quid dixerūt etiā illi: Clamabat latro de cruce Dñe memēto mei cū veneris in regnū tuū. Ergo ne ꝑ suppliciū ille vadit ad regnum? Quis indicauit tibi qm̄ oporteat pati christū: ⁊ sic intrare gloriā suā? Tu q͡ʒ cēturio vñ eū nosti? Uidēs ꝙ sic clamās expirasset: Uere inqt hō h̄ filius dei erat. Mira res: ⁊ oī admiratione digna. Propterea rogo vos intueamini ⁊ videte q͡ʒ occulta sit fides: q͡ʒ linceos oculos habeat diligēti⁹ ↄsiderate. Cogn̊scit dei filiū latentē: cognoscit in ligno pēdentē: cognoscit moriētē. Siqdē latro in patibulo: magi ī stabulo agnoscūt. Ille clauis infixū isti pānis īuolutū. Cēturio v̊o vitam agnouit in morte: isti dei virtutē ī teneri corꝑis infirmitate. Ille summuʒ spiritum in expiratione: isti dei verbum in infantia cognouere. Siquideʒ quicquid illi sermonibus isti muneribus confitentur. Latro regem esse: centurio dei filium simul ⁊ hominem pronunciat. Et hec tria ipa magorum indicant munera: nisi ꝙ in thure nontam dei filiū mōstrauē q͡ʒ deū. Obsecrem⁹ ḡ charissimi: prosit vob̄ tāta charitas quā nob̄ de⁹ maiestatis exhibuit: tanta hūilitas quā suscepit tāta benignitas q̄ nobis ꝑ christi humilitatem apparuit. Agamus gratias redemptori ⁊ mediatori nostro: per queʒ nobis innotuit tam bona erga nos voluntas dei patris. Siquideʒ talem iam nouimus eius animum: vt non immerito dicamus: Sic currim⁹ nō q̄si incertū. Profecto enī tale ē cor dei patris erga nos: q̄le exp̄ssit q de eius corde ꝓcessit.

¶ Item vide supra. Sermo tertius.

Necessariuʒ nobis videtur fratres f̄m certarum solēnitatuʒ consuetudinem etiaʒ solēnitatis hodierne nobis exponē rōnē. Interdū.n. ↄ vitia loqmur ⁊ gen⁹ illō s̄mōis putile: sʒ diebus ceteris videt̄ oportuni⁹ ↄuenire. Festiuis āt xx xj

⁊ maxime in ꝑcipuis solēnitatibus magis
circa ea que solēnitatis sunt imorandū vi
det: vt pariter ⁊ erudiatur animus: ⁊ exci
tet affectus. Quomodo enī celebrabitis
qđ nescitis? aut quomodo scietis nisi ānū
ciet nobis? Propterea nō sit molestū his
q sunt in lege periti: si pař indoctis more
gerim⁹: vt exigit rō charitatis. Credo enī
ne ipos qdē suis epulis eē fraudandos: si
minus eruditis tanq̄ꝫ popularibus turbis
grossiores ꝑus apposuerint cibos. Ita vo
apponēt si fraterne charitatis intuitu pla-
cuerint eis que necessaria sunt nō satis in-
telligētibus: ⁊ si fortassis sibi min⁹ necessa
ria videant. Sic fragmenta postmodū re-
colligēt sibiipis: si diligētius recogitantes
subtiliora queq̄ꝫ tanq̄ꝫ munda aīalia rumi
nauerint: que pař intelligibiles animos ꝑ
subtilitate effugerint Solēnitas igit hodi
erne diei ab apparitiōe nomē accepit. Epi
phania qppe apparitio est. Hodie ergo ap
paritio dñi celebrat? nō tm̄ vna sed trina:
sicut a patrib⁹ nostris accepimus. Hodie
enim paruulus rex noster paucis a natiui
tate diebus trāsactis: stella declarāte ꝑmi
tijs gētiū apparuit. Hodie quoq̄ꝫ cū iā tri-
ginta ferme in dispensatiōe carnis egisset
annos: q sm diuinitatē idē ipe ē ⁊ anni ei⁹
nō deficiūt? inter populares turbas abscō
ditus ad iordanē baptizādus aduenit: sed
testimonio dei patris innotuit. Hodie ni-
hilominus cū discipulis suis vocatus ad
nuptias: deficiente vino signo admirabili
sue potentie aquas in vina mutauit. Sed
delectat eā que in infantia saluatoris fcā ē
apparitionē diligentius intueri: qm̄ ⁊ dul
cissima ē ⁊ spāli⁹ hodie noscitur celebrari.
Hodie ergo sicut audiuimus in euāgelica
lectiōe: magi hierosolymā venerūt ab oriē
te. Merito sane ab oriente veniunt: qui so
lis iusticie nouū nobis ortū annūciāt: qui
letis rumoribus totū mūdū illumināt: q se
culū illustrāt. Nisi q infelix iudea que lu
cē oderat ad fulgorē noue claritatis obte-
nebrat: ⁊ caligātes oculi eius corruscāte ra
dio solis eterni: multo magis excecantur.
Veniētes ergo ab oriēte magi: qd dixerit
audiamus: Ubi est q natus ē rex iudeoꝝ?
q̄ꝫ certa fides: ⁊ nihil penitus hesitās. Nō
querūt vtrum natus sit: sed fiducialiter lo
quunt: ⁊ interrogāt sine dubitatione: vbi
sit q natus ē rex iudeoꝝ. Porro audito no
mine regis: rex herodes successorem suspi
catus expauit. Nec mirū si turbatur hero
des? sed q hierusalem ciuitas dei: q visio
pacis cū herode turbat quis nō miretur?
Videte fratres quātum noceat iniqua po
testas: quomodo caput impium subiectos
quosq̄ꝫ sue ꝯformat impietati. Misera ꝑ la
ne ciuitas in qua regnat herodes? qm̄ he-
rodiane sine dubio particeps erit malitie:
⁊ ad noue salutis ortum herodiana moue
bitur turbatione. Cōfido ego in dño: quo
niam inter nos minime regnabit: etiam si
adesse contingat: qđ ⁊ ipm deus auertat.
Nam herodiana malitia ⁊ babilonica cru
delitas est nascentem velle extinguere reli
gionē: ⁊ allidere paruulos israelis. Si qd
enim ad salutem pertinens: si quid religi-
onis oritur? quicuq̄ꝫ resistit: quicūq̄ꝫ repu-
gnat plane cum egyptijs paruuols israeli-
tici germinis necare conatur: imo cum he
rode nascentem: persequitur saluatorem.
Sed iam inchoatam prosequamur hysto-
riam. Credo si quis sibi conscius est huius
rei studiosius: cauebit de cetero ⁊ herodi-
anum execrabitur animum: ne similē exi-
tum sortiatur. Ergo querētibus magis re
gem iudeorum ⁊ sciscitante a scribis hero
de dominice natiuitatis locū? illi iuxta ꝓ-
phetam nomen ciuitatis edicunt. Cumq̄ꝫ
recessissent magi ⁊ deliquissent iudeos: ec
ce stellam quā viderant in oriente antece-
debat eos. Hinc manifeste datur intelligi
quoniam humanum flagitantes consili-
um diuinum amisere ducatum: ⁊ conuer-
sos ad terrenum documentum signum ce-
leste deseruit. Unde ⁊ relicto herode con-
tinuo gauisi sunt gaudio magno valde.
Stella enim antecedebat eos: vsq̄ꝫ dū ve
niens staret supra domum vbi erat puer.
Et intrantes domum inuenerunt puerū
cum Maria matre eius: et procidentes
adorauerunt eum. Unde hoc nobis o ali-
enigene? Neq̄ꝫ enim inuenimus tantam
fidem in israel. Si non vos offendit vilis

habitatio stabuli? non pauperes cune presepij? Nō vos pauperis matris presentia? nō lactentis infantia scandalizat? Deniq3 apertis thesauris suis ait euāgelista obtulerunt ei magi aurū thus ꝛ myrrhā. Si solum obtulissent aurū: fortasse poterāt paupertati matris voluisse ꝯsulere: vt haberet nimirū vnde paruulū posset filiū educare. Nūc autē offerētes pariter aurum thus ꝛ myrrham sine dubio spiritualis oblatiōis genus insinuāt. Aurum enī inter diuitias seculi videt excellere: quod ꝑ dei gratiam omnes nos deuote obtulimꝰ saluatori: cuz pro eius nomine ex integro dereliquimus substantiam huius mūdi. Jam vo necesse est: vt qui ꝑfecte terrena ꝯtēpsimꝰ: flagrāti desiderio celestia requiramꝰ. Sic enī offerimus ꝛ thuris odoramētū: quo nimirū vt ī Apocalipsi beati Johānis legis: significant orationes sanctoꝝ. Unde ꝛ propheta in psalmo Dirigat inquit oratio mea sicē incensum in ꝯspectu tuo. Sic ꝛ in alio loco legis: quia celos penetrat oratio iusti. Oratio inquā nō cuiuslibet: sed iusti. Nam qui auertit aurem suam ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. Porro si iustus eē volueris: ꝛ nō auertere aurem tuam a mādatis dñi: ne auertat ꝛ ipse suam a precibus tuis: necesse est: vt non solū presens seculū ꝯtemnas: sed ꝛ carnē ipsaz castiges ꝛ subijcias seruituti. Nam qui dixit: Nisi abrenūciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus: ꝛ alibi: Si vis perfectus esse: vade vende omnia que habes et da pauperibus: ꝛ veni sequere me. Idem ipse alio in loco ait: Qui vult venire post me: abneget semetipsum: ꝛ tollat crucē suā ꝛ sequat me. Quod exponens Apl's Quicūq3 inquit sunt christi: carnē suam crucifixerūt cum vitijs ꝛ concupiscētijs. Duas igit alas habet oratio nostra: ꝯtemptū mūdi: ꝛ afflictionē carnis. Nec dubium quin celos penetret: ꝛ dirigat sicut incensum in ꝯspectu dei. Erit enī gratū sacrificiū: ꝛ acceptabilis oratio nostra: in qua cum auro ꝛ thure fuerit etiaz myrrha: que licz amara sit: tñ perutilis est: ꝛ ꝯseruat corpus qđ mortuū est ꝑpter peccatū: ne defluens in vitium putrefiat. ¶ Hec breuiter pro īmitanda magorum oblatione sint dicta. Ceterum quoniam apparitionem hanc eē diximus: quid in ea appareat: dignum est vt queramus. Utiq3 ꝯm verba Apostoli apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei. Ecce enī in euangelica lectione audiuimus: quoniam intrantes domū magi: inuenerunt puerum cum maria matre eius. In infantili corpore: quod virgineo mater fouebat ī gremio: quid nisi veritas suscepte carnis apparuit? Quid in eo ꝙ paruulus cuz matre inuenitur: nisi verus homo ꝛ verus filius hominis declaratur? Iā vo ꝛ in secunda apparitione vide si nō manifeste vocis paterne testimonio dei filius declaratur. Celi nāq3 aperti sūt super eum: ꝛ descendit spiritussanctus corporali specie sicut columba in illum: ꝛ vox patris audita est Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Satis equidez manifestum est ex hoc ipso: satis euidens ꝛ indubitabile: quoniam dei filium necesse est deum esse. Nam ꝛ filios hominū homines: ꝛ ipsorum quoq3 fetus animalium ex eodem cum eis genere esse nemo dubitet. Uerūtamen vt nullus facilior errori remaneat locus: qui in prima apparitiōe verus homo ꝛ filius hominis est declaratus: ꝛ in secunda verus nihilominus dei filius: in tertia iam verus deus ꝛ auctor nature probatur: ad cuius nutum natura mutatur. Nos ergo dilectissimi iesum christum diligamus vt verum hominem ꝛ fratrem nostrum: honoremus vt dei filium: adoremꝰ vt deum: secure credamus in eum. Secure ei credamus nosmetipsos fratres mei: cui nec potestas deest saluādi nos: cum sit verus deus ꝛ dei filius: nec bona volūtas cum sit tanq3 vnus ex nobis verus homo ꝛ hominis filius. Quomodo nāq3 nobis erit inexorabilis: propter quos similis factus est nobis passibilis? Jam si desideratis super his apparitionibꝰ aliquid ad edificationem morum audire: illud attendite ꝙ primo omnīū christus appareat puer cū virgine matre: vt simplicitatem ꝛ verecūdiam ante omnia querendā nobis esse do

ceat. Nā ⁊ pueris simplicitas nālˀ: ⁊ cognata v̄ginibꝰ verecūdia ē. Oibꝰ ḡ nob̄ i ꝯuersiōis initio nulla magis v̄tꝰ ē necessaria: q̄ꝫ simplicitas hūilˀ ⁊ ḡuitas verecūda. In secūda v̄o appitiōe venit saluator ad aq̄s baptismi: nō q̄dē lauād ꝰ: sꝫ magis a p̄r̄e testimoniū acceptur ꝰ. Hę sunt lachryme deuotiōis: i qbꝰ nō īdulgētia pctōꝝ: sꝫ bn̄placitū q̄rit dei p̄r̄is: cum descēdit ad nos spūs adoptiōis filioꝝ: testimoniū phibens spūi nr̄o ꝙ simꝰ filij dei: vt mellifluā nob̄ d̄ celo vocē videam̄ audire: q: vere deꝰ p̄r̄ i nob̄ complacet. Nec paꝝ distat int̄ has lachrymas deuotiōis ⁊ etatis: vtiꝗ iā virilˀ: atq̄ꝫ eas q̄s p̄mcua eras int̄ īfātie vagitꝰ emisit lachrymas vtiꝗ pnīe ⁊ ꝯfessiōis. Uerūtn̄ lōge āpliꝰ vtrisq̄ꝫ p̄cellūt alie q̄dem lachryme: qbꝰ ⁊ īfundit̄ sapor vini. Illas enim lachrymas vere in vinū mutari dixeri: q̄ fraterne cōpassiōis affectu in feruore pdcunt charitatis: p q̄ etiā ad horā tui ipius īmemor eē sobria q̄dā ebrietate videris.

¶ In oct. ep̄hie d̄ circūcisiōe ⁊ baptismo ⁊ de v̄bo dn̄i ad iohannē: Sic decet nos īplere omnē iusticiā. Sermo p̄mus.

xx xij 

Populo dure ceruicis: cultellꝰ erat necessariꝰ: ⁊ lapideis cordibꝰ merito cultri lapidei debebāt̄: q̄libꝰ ⁊ a iesu naue fcā circuncisio memorat̄. Nr̄ aūt ih̄s tanq̄ꝫ agnꝰ māsuetꝰ oēꝫ abstulit austeritatē. Dn̄e agnꝰ es cū lana ⁊ lacte veuiens: aufer a me obsecro cultellū istū. Duꝝ enī videt̄ ⁊ crudele puulo recēter nato cultrū lapideū adhibere. Sic agit misericors duritiā duris bn̄ cōgruā p̄uis: filijs cōmutauit ī māsuetudīnē: vt rubiginē originalˀ pcti quā vix cultellꝰ eradē poterat: ex h̄ iā cū vnctiōe gr̄e facile lanet aq̄. Nihil ḡ mirū si p diuersitate tēpoꝝ mutata sint sacr̄a vt daret̄ vtrisq̄ꝫ q̄d eis ꝯgruū erat. Ip̄e v̄o xp̄s vtrūq̄ꝫ suscepit: vt tanq̄ꝫ lapis angularis vtriq̄ꝫ parieti cohereret: ac si duarū capita corrigiaꝝ ꝯsuēdo ꝯnecteret: sicut ⁊ pascha figuratū ip̄e cōpleuit: ⁊ veꝝ ptinꝰ inchoauit. Sꝫ ⁊ ppterea voluit circūcidi: vt ostēderet auctorēꝫ se eē veteris legis sicut ⁊ euāgelij: qm̄ q p seip̄m ait: Nisi qs renatus fuerit ex aq̄ ⁊ spū scō: nō poterit introire i regnū dei. Idē ip̄e p seruū suū p̄us dixerat: Ois aīa cuiꝰ p̄putij caro circūcisa n̄ fuerit pibit de pp̄lo suo. Q̄d si solū baptismā suscepisset videri poterat refugisse circūcisionē tanq̄ꝫ nihil ad se ptinentē. Si v̄o circūcideret̄ ⁊ nō baptizaret̄: qn̄ mihi posset suaderi baptizari circūcisione relicta: nūc itaq̄ꝫ post circūcisionē baptisma suscēpiēs: illd̄ m̄ tenēduꝫ tradidit q̄d vltio loco suscepit. Deniq̄ꝫ cōitatis amator ⁊ cōmendator: q hitare fac̄ vniꝰ moris i domo: quō cōitatē desereret ⁊ alios scādalizaret? Sic n. scādalizaret̄ vidētes eū nō circūcidi: sic hodie scādalizaret̄ eccl'ia: si ifantē videret nō baptizari. Nec solū cōitatis ⁊ vnitatis bonū cōmēdare: sꝫ hūilitatē voluit exhibē vt ligaturā vulneratoꝝ suscipet q solꝰ erat absq̄ꝫ vulnē. Hinc. n. dic̄ apl's: Misit deꝰ filiū suū i mūdū: natū ex muliere: factū sub lege. Uerū ne qs forte blasphemꝰ dicēt ꝙ circūcisus ē: parētes fecerūt: puulꝰ. n. erat iā trigita ānoꝝ ad baptismū ip̄e p̄rexit. Inclinat̄ sub baptiste māibꝰ caput tremendū ptātibꝰ: p̄ncipatibꝰ adorādū. Quid miꝝ si baptista ꝯtēnit? Quis vl' ip̄a cogitatiōe n̄ ꝯtremiscit? O q̄ꝫ altū erit in iudicio caput q̄d mō sic inclinat̄: ⁊ vertex q mō tā hūilis videt̄ q̄ꝫ sublimis ⁊ erectꝰ tūc appebit. Sine inqt mō: Sic. n. decet nos iplē oēꝫ iusticiā: Siq̄dē i plenitudīe tpis venit: ⁊ i quo hitat plenitudo diuinitatis: nihil nouit nisi plenū: nā ⁊ legē n̄ venit soluē sꝫ iplē. Est āt iusticia q̄dā stricta ⁊ āgusta valde: ita vt q̄ꝫ cito pedē v̄teris i pcti foueā cadas: nec p̄ponē se eq̄li nec eq̄re p̄posito. Huiꝰ diffinitio ē: reddē cuiq̄ꝫ q̄d suū ē. Est altera latior ⁊ āplior iusticia: nec eq̄re se pari: nec iferiori p̄ponē: Sic. n. grādis ⁊ ḡuis supbia ē p̄ferre se eq̄li aut eq̄re p̄lato: ita magne hūilitatis ē iferioiē se exhibē eq̄li ⁊ eq̄lē iferiori. Maxia ⁊ plena iusticia ē iferiorē se exhibē etiā ip̄i inferiori. Sicut eni sūma ⁊ intolerabilis supbia ē supiori se p̄ponē: ita iferiori se subdere sūma est ⁊ plena iusticia. Q̄d iohānes ait: Ego a te debeo baptizari: de p̄ma fuit q̄ supiori se subdidit: q̄d au

rẽ xp̃s fecit: de plena iusticia fecit: siquidẽ ille puuli sui se manib⁹ inclinauit. Videat nũc qsq3 quẽ imitat: hũc an eũ qui extollit sup oẽ qḋ credit de⁹ aut colit. Studeam⁹ ꝛ nos obsecro frẽs adiplẽ oẽz iustitiã. Ipsa eni ẽ via p quã ad letitiã venit. Nã letitia pmiũ ẽ: iustitia ṽo meritũ ꝛ mã̃ll nã de ipa iustitia erit letitia nr̃a: qñ xp̃s appebit vita nr̃a: ꝛ nos cũ ipso appebim⁹ in glia: qm̃ ipse est q fact⁹ ẽ nob a deo p̃ꝛe iustitia. Bti ṽo q etiã nũc letãt de iustitia: ꝛ exhilarãt i ɔsciẽtijs suis: sugẽtes mel de petra: oleũ de saxo durissimo. Nũc eni videt laboriosa iustitia: sz veniet qñ i suauitate ꝛ iocũditate sine oi labore desidẽt ꝛ hẽat: amet ꝛ pcipiatur: qñ fruem̃ ipa iustitia. Ve ãt his q ṗtergrediũt viã: q relicta iustitia vanã ꝛ trãsitoriã letiiã q̃rũt. Cũ eni det rãsitorijs q̃rũt letitiã: nõ potit nõ trãsire: trãseũtib⁹ his de gb⁹ erit illa. Sic eni lignis deficiẽtib⁹ deficit ignis: sic mũd⁹ trãsit ꝛ cõcupiscẽtia ei⁹: haud dubiũ quin ꝛ letitia quoq3.

¶ Dñica ifra oct. epi. Sermo vnicus.

xxx iij  Etis a me charissime: q̈ ten⁹ ex lectiõe euãgelica: q̈ duodẽnis pueri iesu pia gesta narrãt: aliq̈ pie meditatõis ꝛ sci amoꝝ eliciã semina: ꝛ sportule lr̃aꝝ cõmẽdãs tibi colligẽda trãsmittã. Adhuc nũci⁹ ista loqbat: ꝛ ecce sẽsi i ipis medull cordis mei: ex q̃nto: ex q̃li: ex q̈3 ardẽti: ex q̈3 dulci tua id fratnitas petebat affcũ: cũ subito m̃ vẽit i mẽtẽ: vbi aliqñ fueri: qd senseri: qd i meipo euãgelica ṽba nõnunq̈3 egerit: vl cũ legẽnt: vl cũ cãtarẽt. Respexi respexi miser: respexi ꝛ vidi q̈3 lõge post tergũ illa suauia ac iocũda reliq̃ri: q̈3 lõge ab his ḋlicijs occupationũ ꝛ sollicitudinũ: me funes extraxerũt: adeo vt q̃ tũc tãgẽ nolebat aĩa mea: nũc pre ãgustia cibi mei sint. Hec recordat⁹ sũ: ꝛ effudi i me aĩaz meã: cũ emissa ad me man⁹ dñi tetigit cor meũ: ꝛ vnxit illḋ vnctiõe mĩe sue: cernẽs illḋ i ipo inq̃sitiõis tue mõ: qd luis qd splẽdoris tuus m̃ istillabat affect⁹: cũ isinuari flagitares puer ih̃s triduo illo q̃ q̃rebat a mr̃e: vbi fuerit: q̃ sit vsus hospitio: qbus cib alit⁹: q̃rũ delectat⁹ ɔsortio: qb⁹ negocijs occupat⁹. Sẽtio fili mi sẽtio eã ipa q̈3 familiarit: q3 affectuose: cũ qb⁹ lachrymis i orõnib⁹ tuis scis ab ipo iesu soleas sciscitari: cũ añ ocl'os cordis tui illa puer iesu dulcis ṽsat imago: cũ illũ speciosissimũ vultuz spũali q̈dã imaginatiõe depigis: cũ oculos illos suauissimos sil' ac mitissimos i te iocũdi⁹ radiare psentis. Tũc vt videt m̃: itimo clamas affectu: O dulcis puer: vbi eras? Vbi iacebas? Quo vtebari hospitiõ? Quorũ fruebaris ɔsortio? Vtrũ i celo? Vtrũ in tra? An i domo aliq̈ iterim morabaris: vel certe cũ aliqb⁹ tue tũc etatis puerul secreto loco ɔsisteres: eis secretoꝝ mysteria pfũdebas: sm tuã i euã⁰ vocẽ: Sinite puulos ad me venire: ꝛ nolite phibẽ eos? Felices siq fuerit illi: quib⁹ tot dieb⁹ tã familiarit tuã pñtiã idulsisti. Sz qd ẽ mi dulcj dñe: q scisime mr̃i tue q̃rẽti: dolẽti: suspirãti nõ cõpatiebarj? Deniq3 ipa ꝛ pꝛ tuus dolẽtes q̃rebant te. Immo tu dña mea dulcissima cur dñz q̃rebas: quẽ deũ eẽ nõ igrabas. An sicne cruciaret fame: ne frigore vexaret: ne ab alio q̃liz sue etatis puero iniuriaret formidabas? Nõne ipe ẽ q pascit oĩa: oĩa nutrit: q fenũ agri: qḋ hodie ẽ: ꝛ cras in clibanũ mittit glĩosi⁹ a salomone vestit ꝛ ornat? Quinpoti⁹ dña mea: pace tua dico: dulcisimũ filiũ tuũ cur tã facile amisisti: tã incuriose custodisti: tã sero q deerat aĩaduertisti? Vtinã ꝛ m̃ inspirare digret ipe ih̃s: qḋ tibi sic q̃rẽti: sic flagrãti: sic estuãti iterno ꝛ spũali smõe rñderit: vt vota tibi scriberẽ: ac gustata eructuare sufficerẽ. Videam⁹ tñ si placet: qd nã sit q dñs iesus i bethleẽ nascit: latet in egypto: nutrit i nazareth: ꝛ ide duodẽnis ad tẽplũ ꝛ metropoliz ciuitatẽ ascẽdit: nec solus tñ: sed sub parentũ disciplia. Vt qd ista oĩa? Quia pfecto dux ẽ dñs ih̃s: qꝛ medic⁹ qꝛ doctor. Quia dux exultauit vt gigas ad currẽdã viã: qꝛ a sũmo celo egressio ei⁹: ꝛ vsq3 ad bethleẽ descẽsul ei⁹ ibi plena celestiũ sacroꝝ ꝛ odoramẽtoꝝ relinquẽs vestigia. Posuit tenebras .i. egyptũ latibulũ suũ. Et cũ sedẽtib⁹ i tenebrl, ꝛ vmbra mortj lucẽ supne gr̃e ifudisset: etiã nazareth sua scã pñtia nobilitauit: sicq3 nazaren⁹ effect⁹ tẽplũ itroducit: vt qꝛ puer di

ſcens nõ docens audiens ⁊ interrogans:⁊
in his oĩbus a parentum diſciplinis nõ re-
cedens. Sic domini ſic precedis miſeros?
ſic ſanas egrotos: hanc viam errantibꝰ hãc
aſcendentibus ſcalam: hunc exulibꝰ reditũ
demõſtras. Quis dabit me bone ieſu tuis
inherere veſtigijs? ⁊ ſic currere poſt te: vt
quãdoq; apprehendam te? Ego ꝓdigꝰ ille
filius qui accepi ad me ſubſtantiam meam
nelens cuſtodire ad te fortitudinem meã.
Profectus ſum in regionem longinquam
regionem diſſimilitudinis? Comparatꝰ iu-
mentis inſipientibus ⁊ ſimilis redditꝰ illis
ibi diſſipaui omnia bona mea viuendo lu-
xurioſe: ⁊ ſic cepi egere. Infelix egeſtas?
cui ⁊ panis defuit: ⁊ porcoꝝ cibus non pro
fuit: ſequens quedam animalia ĩmundiſſi-
ma errani in ſolitudine: inaquoſo viam ci-
uitatis habitaculi non inueni eſuriens ⁊ ſi-
tiens. Anima mea in malis contabuit ⁊ di-
xi. Quanti mercenarij in domo patris mei
abundãt panibꝰ: ego aũt hic fame pereo?
Dum ſic clamarem ad deũ exaudiuit me:
deducens me in viam rectam vt irem in ci
uitatem habitationis. In quã niſi in illam
que abundans panibus domus dicitur pa
nis. i. bethleem? Confiteãt tibi domine mi
ſericordie tue: quia ſatiaſti animã inanem:
⁊ animam eſurientem ſaciaſti bonis. Pau-
per vtiq; ille qui de celo deſcendit ⁊ poſitꝰ
in preſepio: ſperitualium cibus effectus eſt
iumentoꝝ. Et hec quidẽ conuerſionis qua
ſi ſpiritualis cuiuſdaʒ natiuitatis initia: vt
cõformemur paruulo: paupertatis ſuſcipia
mus inſignia ⁊ facti vt iumentum apud te
domine: preſentie tue delitijs perfruamur
Sed quia ſcriptum eſt fili acceſſiſti ad ſer-
uitutem dei: ſta fortiter ⁊ prepara animam
tuam ad tentationem: abſcondit modicum
faciem ſuam a nobis dominus ieſus: nõ vt
diſcedat: ſed lateat. Et ecce egyptus? ecce
tenebre: ecce turbatio. Sedentes quippe ĩ
tenebris ⁊ in vmbra mortis: laborantes ex
perte iocunditatis inopia? vincti ⁊ compe
diti ferro ꝓprij videlicet duritia cordis ne
ceſſe eſt vt clamemus ad dñm deũ cum tri-
bulamur: ⁊ ipſe de neceſſitatibꝰ nr̃is eruet
nos. Luce enim conſolationis ſue diſſipãs
tenebras huius tentationis ⁊ gratia com-
punctionis interius rumpens vincula in-
terioris duritie ſereniori vultu nos ꝓcedit
in nazareth: vt ibi inter flores ſcripturarũ
⁊ virtutum fructus: ſenioꝝ diſciplina nu-
triti: duodecim annis delitias ſortiamur.
Sic enim in nobis dñs ieſus naſcit̃ ⁊ conci
pitur? ita ⁊ ꝑfecto creſcit ⁊ nutrit̃ in nobis
donec occurremus omnes in viꝝ ꝑfectum
in menſuram etatis plenitudinis chriſti.
Cum ergo factus eſſet ieſus annoꝝ duode
cim aſcendentibus illis in hierl'm ſm ꝯſue
tudinem diei feſti cum redirent: remanſit
puer ieſus in hieruſalem. Primũ itaq; ne
nos pretereat mira huius hiſtorie ſuauitas
ſciendum id moris iudeis fuiſſe? vt aſcen-
dentes ad diem feſtum ſeorſum viri: ſeor-
ſum mulieres incederẽt: ne forte aliqd co-
inquinationis ſurrepe ꝓſcribente lege di-
uina: vt mundi tantũ ſacris ſolẽnijs inter-
eſſent. Unde credibile eſt pueꝝ ieſum in il
lo tempore nunc patri ⁊ viris adherentibꝰ
ei: nunc matri ⁊ mulieribus comitantibus
eam ſue preſentie dulcedinem indulſiſſe.
Cogitemꝰ rogo quãta fuerit eoꝝ felicitas?
qui tot diebꝰ viderunt faciem eius? ⁊ melli
fluos eius ſermones audierunt ⁊ ꝯſidera-
uerũt ĩ hoĩe ⁊ puero: quedã ſigna celeſtis
radiare virtutis: ⁊ eũ inter ꝯfabulationes
mutuas myſteriũ ſapiẽtie ſalutaris inſere-
re. Stupẽt ſenes? admirant̃ iuuenes: ⁊ ſue
tunc etatis pueri: moꝝ grauitate: ⁊ ſermo-
nũ pondere deterrent̃. Credo enim in illo
ſpecioſiſſimo vultu tantã gratie celeſtis ele
gantiã refulſiſſe vt oĩum in ſe conuerteret
aſpectũ? auditũ erigeret: excitaret affectuʒ
Cerne queſo quomodo a ſingulis rapit̃: ⁊
quẽadmodũ a ſingulis trahit̃. Senes oſcu
lant̃? amplectunt̃ iuuenes: pueri obſequũt̃
Et que lachryme a pueris dũ diutiꝰ a viris
teneret̃? Que a ſanctis mulieribꝰ querimo
nie? dũ paulo poſt cũ pr̃e ⁊ eiꝰ ſocijs mora-
ret̃? Credo ſingulos intimo ꝓclamare affe
ctu. Oſculet̃ me oſculo oris ſui. Et pueris
eiꝰ ꝑñtiam ſuſpirantibꝰ ⁊ ſenũ ꝯtubernis ſe
ie inſerere nõ audiẽtibꝰ illõ facile coaptat̃.
Quis mihi det te frẽm meũ ſugẽtẽ vbera
mr̃is mee? vt inueniã te foris ⁊ deoſcules?

Cum hac ergo iocunditate ingredientibꝰ
cunctis ſanctã ciuitatẽ: contemplare rogo
inter ſingulas familias q̃ꝫ pia fuerit ac ſctã
conuentio: cũctos deſiderantibꝰ eius ſibi p̄
ſentiã indulgeri dulciſſimã. Hec felix que
vicit. Ob hanc foꝛte cãm: conſummatis oibꝰ
cum rediret remãſit puer ieſus in hierl̃m.
Et nõ cognouerũt parẽtes eius ꝙ abeſſet:
donec itinere diei expleto ꝑ ſingulas fami
lias que ſimul aſcenderãt queſierũt eũ iter
cognatos ⁊ notos. Et non inuenientes: re
greſſi ſunt in hierl̃m. Poſt triduũ aũt ĩue-
nerunt eũ in tẽplo. Per illud ita ꝙ triduũ
vbi eras bone ieſu? Quis cibũ miniſtrauit
ac potũ? Quis detraxit calciamẽta? Quis
mẽbꝛa puerilia vnguentis fouit ⁊ balneis?
Scio certe q: ſicut volũtate noſtrã ſuſcepi-
ſti infirmitatẽ ita cum velles ꝓpam ṽtutez
oſtendiſti: ⁊ ita cũ velles his obſequijs nõ
eguiſti. Ubi ergo eras dñe? De his oibus
extimare vel conijcere vel opinari libet ali
qd: affirmare aũt temere nihil licet. Quid
dicam deus meus? An vt per oĩa te noſtre
cõfoꝛmares paupertati ⁊ in te humane na
ture calamitates ſuſcipes quaſi vnus e tur
ba pauperuz ſtipem ꝑ hoſtia mendicabas?
Quis dabit me buccellaꝝ illaꝝ mẽdicata-
rum participem fieri? vel ſaltem illius di-
uini edulij reliquijs ſaginari? Sꝫ vt ad ſub
limioꝛis opinionis ſecreta veniamus: ꝑma
foꝛte die paternis ſe vultibus pꝛeſentauit:
non vt cõſederet: ſed vt ꝑ oꝛdinez ſuſcepte
diſpenſatiõis paternã vocem ꝯſuleret. Nõ
abſurda videt̃ talis opinio ſi eſtimet̃ dei fi-
lius de his que in diuina natura ſimul ipe
cũ patre ⁊ ſpũ ſancto coequalis ⁊ cõſubſtã
tialis vtriqꝫ diſpoſuerat: in foꝛma ſui quã
ſuſceperat homo paruus deũ magnũ con-
ſuluerit: non vt diſceret qđ ipſe cũ patre in
foꝛma dei eternaliter nouerat: ſed vt patri
per oĩa deferret: obedientiã offerret: ꝑfer-
ret humilitatẽ. Ibi igit̃ in illo ſecreto cubi-
culo patris de baptiſmate ſuſcitãdo: de eli
gendis diſcipulis: de condendo euãgelio:
de miraculis faciendis: poſtremo de tole-
rantia paſſionis ⁊ reſurrectionis glia cun-
ctis diuino modo diſpoſitis: altera iam die
angelicis et archangelicis choꝛis ſuauita-
tem ſui vultus indulſit: referenſqꝫ antiquã
ſupnoꝝ ciuiũ ruinam poſt modicũ reparã
dam. Uniuerſam letificauit ciuitatem dei.
Jam tertia die ſe cuneis patriarchaꝝ ⁊ ꝓ-
phetaꝝ immiſcens: ea que a ſcõ ſymeone du
dum audierant ꝓpꝛij vultus manifeſtatõe
appꝛobauit ⁊ ſibi appꝛopꝛiauit. Sicqꝫ expe
ctatiõis illoꝝ moꝛas inſtantis iã redẽptõis
pꝛomiſſione conſolans: aie egoꝛes atqꝫ ala-
crioꝛes reddidit vniuerſos. Merito igit̃
poſt triduũ inuenit̃ in templo in medio do
ctoꝝ ⁊ ſenioꝝ vt paterne pietatis de hoĩuz
reparatiõe conſiliũ ſicut angelis ⁊ ſanctis
carne exutis quãtũ videbat̃ ꝓpalauerat ĩ
oium tẽploꝝ ſacratiſſimo ⁊ locoꝝ ꝑmo tẽ-
plo hieroſolymitico: his ꝑmo qui precioſiſ
ſimũ huius ꝓmiſſionis theſauꝝ ĩ ſacris lit-
teris reſeruabãt paulatim incipet reſerua-
re: pꝛimũ audiens ⁊ interrogans: deinde
ſacratiſſima myſteria ꝓdens. Deniqꝫ mi-
rabant̃ oẽs ſup pꝛudentia reſponſionũ eiꝰ.
Data eſt pueris ⁊ adoleſcentibꝰ humilita-
tis ⁊ reuerentie foꝛma: vt in medio ſenioꝝ
taceant: vt audiant: vt interrogẽt: vt diſcãt
Indica mihi o dulciſſima dña mea mater
dñi mei: qd tibi tũc fuerit animi: qd ſtupo
ris: qd gaudij: cũ dulciſſimũ filiũ tuũ dñm
ieſum inuenires non inter pueros ſꝫ inter
doctoꝛes: cũ oium oculos intentos in ipm:
o certioꝛes aures erectas ad ipm: cum de
pꝛudentia eius ⁊ reſponſis puſilli ⁊ magni
docti pariter ⁊ indocti loquerent̃? Inueni
inqt quẽ diligit aĩa mea. Tenebo eum: nec
dimittam. Tene o dulcis dña: tene quẽ di-
ligis: ⁊ triduanã eius abſentiã multiplica-
tis delicijs recõpenſa. Fili qd eſt ꝙ feciſti
nobis ſic? Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes
q̃rebamꝰ te. Iteꝝ dña mea dico tibi: Quẽ
dolebis? Credo non famem: nõ ſitim. non
inediam timebas puero: qm̃ deũ noueras
ſed tantũ ſubtractas tibi: vel ad modicum
ineffabiles pꝛeſentie eius delicias querebã
ris. Tam enim dulcis eſt dñs ieſus guſtan-
tibus eum: tam ſpecioſus ad videndum: tã
ſuauis ad amplectandũ: vt bꝛeuis eius ab-
ſentia maxima doloꝛis materia ſit. Quid ẽ
ꝙ me querebatis? Neſciebatis quia i his
que patris mei ſunt opoꝛtet me eſſe? Jam

hic celestium mysteriorum in quibus per triduū fuerat obseratū incipit reserare secretū. Ut humilitatis et obediētie simulq3 proprie voluntatis deserende seniorum preceptis etiam vtilibus pretermissis obtemperandi expressius et excellentius cōmendaret exemplum: cum his sublimibus tam vtilibus: tam deniq3 necessarijs pretermissis seniorum se subdidit voluntati: vt ait euāgelista. Et descendit cum eis: et erat subditus illis. Sed qd est qd ait euāgelista? q.s. ipsi non intellexerūt verbū qd locutus fuerat. Nō hoc de maria dictum arbitror. Ex quo spūs sanctus venit in eam: et ei virtus altissimi obumbrauit: nullum filij consilium potuit nescire. Sed ceteris nescientibus vel non intelligētibus qd dixerit: ipsa vt sciēs et intelligens cōseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Memoria conseruabat: meditatione ruminabat: et hoc cū ceteris que de eo audierat et viderat cōferebat Ita et beatissima virgo tunc misericorditer prouidebat nobis: ne tam dulcia tam salubria tam necessaria aliqua negligentia laberent: et propterea nec scriberent nec predicarent: et sic sequentes plurimi huius spiritualis māne delitijs fraudarent. Oīa ergo hec virgo prudētissima fideliter conseruauit verecunde tacuit: opportune prodidit: et sanctis discipulis et apostolis predicanda cōmisit. De his que sequunt iesus proficiebat etate et sapientia et gratia apud deum et homines: multi multa dixerunt et diuersi diuersa sentiunt. De quorum sententijs nō est nostrum iudicare. Alij animā christi ex quo creata est et assumpta in deum equalem cū deo sapientiam habuisse putarūt: alij quasi creaturam creatori adequare timentes: sicut etate ita eum sapientia profecisse dixerūt euangeliste imitentes auctoritati que ait. Jesus autem proficiebat etate et sapientia et gratia. Nec mirum inquiunt si minor dicatur fuisse sapientia: cum mortalis atq3 passibilis: atq3 per hoc beatitudine minor tunc fuisse veracissime predicet. De horum sententijs iudicet quisq3 vt velit. Mihi sufficit scire et credere dominum iesum: ex quo cu3 deo in vnam assumptus est personam perfectū fuisse deum: ac per hoc perfectam sapientiam: perfectam iustitiam: perfectam beatitudinem: perfectam fuisse virtutem et esse: et quicquid de eo sm̄ substantiam dici pōt: et de eo potuisse dici: et cum in vtero fuisset matris non ambigo. Nec ideo aut resurrectionem: aut mortalitatem aut passibilitatem abrogamus: cum eum non fantastice: sed vere hominem esse confiteamur et veram hominis in eo fuisse naturam: in qua potuit proficere. Utrum etate aut sapiētia ipsi videant: qui de huiusmodi contendere norunt. Tu autem fili non questiones q̄ris: sed deuotionem: nec vnde lingua acuatur: sed vnde animus excitetur. Et propterea que ad historiam pertinent pretermissis: ad spiritualem intelligentiam enucleandā sicut ipse de quo loquimur inspirare dignabitur transeamus. Nunc redeundum mihi est ad te fili carissime: cuius animus est cōformari christo et vestigijs iesu artius inherere: si forte sufficiam de euangelica lectione: tuum tibi explicare profectum: vt hoc ipsum legas in his cedulis: quod in temetipso suauius expiris. Credo enī te de bethlemitica paupertate ad nazarenas transisse diuitias: et iam duodēnem effectum de floribus nazarenis ad fructus hierosolimiticos ascendisse: vbi non tam in codicibus: q3 in proprijs moribus hec mistica valeas lectitare. Sicut enim bethleem vbi christus paruus et pauper nascitur bone vite est incohatio: ita nazareth vbi nutritur virtutum ē exercitatio: et ita hierusalem ad quā ascendit est celestium secretorum contemplatio. In bethleem anima paupere scit: quippe perfecta mundi abrenunciatione: in nazareth ditescit: in hierusalem affluit delitijs. Pauperescit quippe perfecta mūdi abrenunciatione: delitijs affluit spiritualium saporum dulcedine: et ditescit virtutum perfectione. Ascendendum quippe est a conualle plorationis inter aspera tentationis: per plana exercitij spiritualis ad altare contemplationis luminose. In bethleem noue conuersationis dedicatur

infantia⁊ q̄ rōnis impotēs neminē ledit:ne
minē fallit:libera cupiditatis:sue volunta
tis inscia:neminē iudicat ⁊ nulli detrahit:
nihil cupit:nec de p̄ntibꝰ anxia:nec de fu-
turis sollicita:alieno tm̄ sustentaꝶ iudicio.
Hāc nobis infantiā vas electionis cōmen
dans Siqs ait voluerit inter vos sapiens
fieri:stultꝰ fiat:vt sit sapiēs. Et dn̄s in euā-
gelio: Nisi ꝯuersi fueritis ⁊ efficiamini vt
paruuli: nō intrabitis i regnū celoꝝ. Hac
itaqꝫ quelibet aīa initiata infantia⁊ post he
rodianas p̄secutiones:si ceperit in ea q̄si i
agro fertilissimo virtutū flores vbiqꝫ pul-
ulare:non imerito nazareth: que flos in-
terpretaꝶ:quasi septēnis inhabitans:duo-
decimū annū feliciter expectabit. Primo
quidē necesse est:vt ager cordis nostri pec
catorum nostrorum recordatione: ⁊ infir-
mitatis nostre consideratione instercoreꝶ⁊
deinde tentationū vomere multiplici fati-
getur. Et sic virtutuꝫ semina flores pariāt
spiritualium exercitioꝝ. Ergo illum a quo
spiritus timoris vitia antiqua ⁊ inolitas cu
piditates reserauerit:vniꝰ anni prioris pue
rum estimato. Si deinde mitem euꝫ ⁊ obe
dientem spiritus pietatis effecerit: bimuꝫ
eum spiritualiter iudicato Jam si spiritus
scientie sue infirmitatis cognitionē:⁊ auxi
lij diuini desideriuꝫ infudit:tertium annū
non dubites accessisse. Quem si contra tē-
tationes ⁊ carnales cupiditates:que mili-
tant aduersus animam:⁊ delectationes spi
ritus fortitudinis immobilē reddiderit ac
robustum:annorum quattuor puerum ad-
mirare. Accedat spiritus consilij:⁊ virtute
eum discretionis quinquennē faciet. Cui
si spiritus intelligētie meditationem sacre
legis indulserit:ad sexti anni etatem felici
progressu peruenit. Septimum annum spi
ritus sapientie aduehit:que de legis diui-
ne meditatione procedit. Quattuor virtu
tes quasi quattuor annorum lucem anime
inuehent proficienti:quibus nihil est vti-
lius in vita hoībꝰ:sicut de ipsis scriptū est:
Sobrietatē docet:⁊ iustitiā: ⁊ prudentiā:⁊
virtutē:quibꝰ nihil est vtilius. He sunt pre
cedentiū virtutum moderatrices:sine qui
bus cetere nec honeste haberi: nec perse-
ueranter possunt seruari. Agit enim sobri-
etas:que alio nomine dicitur temperātia:
ne sit ipsarum virtutum immoderata pro-
gressio⁊ prudentia ne sit earum indistincta
confusio:iustitia ne sit virtutum vsus īmo-
deratus⁊ virtus que ⁊ fortitudo dicitur:vt
perseuerāter earum teneatur affectus. Se
quitur annus duodecimus: isqꝫ contem-
plationis:que ad ipsam hierusalem celestē
animam subleuat estuantem⁊ que celum re
serat:que portas aperit paradisi:que ipsuꝫ
sponsuꝫ speciosum pre filijs hominū quasi
per cancellos prospicientem puris mentis
oculis exhibet cōtemplandum: vt vocem
illam suauissimam mereatur audire. Tota
pulchra es amica mea:⁊ macula non est in
te. Jmmaculata sordibus peccatorum vel
passionum ⁊ euolans a retibus occupatio-
num:oblita merorum preteritorum:euane
scentibus imaginibus exteriorum creato-
rum⁊ cordis sui faciem ad cernendum quē
diligit summa auiditate sustollit:⁊ ideo au
dit: Tota pulchra es amica mea:⁊ macula
la non est in te. Fauus distillans labia tua.
Hiems inquit transijt: himber abijt ⁊ re-
cessit: flores apparuerunt in terra nostra.
Hi flores sunt odoriferi nimiū⁊ licꝫ adhuc
in quadam nouitate virtutes que post hie
mem persecutionum: ⁊ himbres tentatio-
num in agro pectoris bene proficientis fe-
liciter oriuntur: quorum christus decore
simul ⁊ odore delectatus ab inferiorib̄ eā
ad supiora īuitās Hiems inqt trāsijt: him
ber abijt ⁊ recessit:flores apparuerūt i ter-
ra nr̄a. Et qm̄ p gemitū ꝯpūctiōis apiꝶ via
ꝯtēplatiōis:adiecit i ꝯsequētibꝰ: Vox tur-
turis audita ē i t̄ra nr̄a. recole fili qd soleas
i āguꝶ susurrare:cū.s.ad istar turturis q̄ a-
uis castissima ē ⁊ soliuaga ⁊ gemebūda: la-
tebras q̄ris. Et lꝫ inꝶ multos ꝯstitutꝰ solitu
dinē tibi edificas quottidianā:qm̄ gemis
qm̄ estuas:qm̄ queris quē diligit aīa tua
⁊ amoris vim nō patiēs iam optas videre
quē amas⁊ quomō nunc blandiris ⁊ nūc
ad amoris ⁊ desiderij intensionē suauiter
indignaris? Nunc moras accusas nunc te

causaris ɔtéptū! nunc te visitatione ɔfiteris indignū ⁊ iterū de eius totiés experta bonitate pſumis: nunc quasi vlterius nō sustineas spirituali quodā litigio vel luctamine euincere retardanté conaris. Que tunc lachryme? Qui gemitus? Que suspiria? Que voces? Nunc oculi fletu graues cum intimis singultib⁹ erigunt̃ ad celum nunc manus expandūtur ⁊ brachia: nunc pectoris tunsione aīe tarditas accusat̃. Proferūt̃ interim verba sine principio sine fine: quoꝝ nec snīe coherēt sibi nec ratiōes similes sunt: nec alicuius lingue sensus vl̃ idioma seruat̃: qm̄ vox aliquādo respondet affectui: ⁊ iterū vocem affectus intercipit. Gaudet certe pius ille iesus tali certamine superari: ⁊ talis aīe tali instantia delectatus ad circūstantes angelos gloriat̃ Vox turturis audita est in terra nostra. In terra viuentium vox talis aīe sic estuantis audit̃: cum talis desiderij odor suauissimus vniuersam demulcet ciuitatem dei. Sic tibi in angulo quasi helie in spelūca. Primo transit spiritus generalis subuertens montes ⁊ conterens petras. Non in spū dominus. Et post spm̄ cōmotio. Sꝫ non in cōmotione domus. Et post cōmotionem ignis. Sed non in igne domus. Et ibi dom⁹. post ignem spūs aure tenuis. Et ibi dom⁹. Ubi sunt quidā gradus p quos in orōne mens cōpuncta cōscēdit quasi virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris: ⁊ vniuersi generis pulueris pigmentarij. Sed hec tibi ipsi non tam inuestiganda qꝫ ipsa tua oratione animaduertēda cōmitto. Diligēter ergo attēdas: cum qua primū difficultate nōnunqꝫ ingredieris cubiculū pectoris tui: vt inuenias ibi speluncā: in qua quodāmodo sepeliaris ab omnibus q̄ mūdi sunt: ⁊ ores patrem tuū in abscondito. Uidetur aliquando cor in modum silicis durissimi. Uidetur quasi mons aliquis interiacens interiorem aspectum ab omnib⁹ spiritualib⁹ exclusisse: donec spiritus grandis pertransiens subuertat montes ⁊ conterat̃ petras ante dnm̄. Quem nimirū spiritum sequitur cōmotio: qn̄ mens quadā compunctione resoluit̃: ⁊ fluentib⁹ lachrymis quicqd in se sordidū est vel aduersum cōmota interiori ɔtritiōe detergit. Unde orta spe igne ineffabil' desiderij exardescit ⁊ spūale quoddā certamē init cū deo: donec sibilus aure tenuis illapsus pcordijs leni tactu perstringit affectum cunctis motibus: cunctis dissensionibus: cunctis verbis: cūctis cogitatiōib⁹ imponēs silentiū: vsqꝫ ad ipsas hierl'm celestis delicias aīaꝫ subleuet contemplanté. Tunc illi totiens quesit⁹: totiés rogat⁹: tā ardēt̃ desiderat⁹: speciosus forma p̄ filijs hominū: quasi per cācellos pspiciēs iuitat ad oscula eā. Surge inquiēs amica mea ppera ⁊ veni. Tūc amplexus: tūc oscula: tūc inueni inqt quē diligit aīa mea. Tenui illuꝫ nec dimittam. Tūc in hierl'm affluit delicijs ⁊ fruitur bonis: ⁊ diem festū cū exultatiōe colit. Obsecro itaqꝫ fili charissime: memēto mei cū becro tibi fuerit: vt suggeras dilecto tuo: regi tuo: q é in sancto: vt educat me feliciter de isto carcere: de his tenebris: de his vinculis: vt tādē aliqn̄ respirē in poris gaudij libertaté. Sentiam ⁊ ego qꝫ magna multitudo dulcedinis illius quā abscōdit timentibus se. Sed heu heu rara hora ⁊ pua mora. Felix q triduo in his poterit cōmorari delicijs. In his tribus diebus ɔtēplatiōis lucē nō incōueniēter intelligo: qm̄ qcqd d̄ deo poterit mens illuminata sentire: aut ad potentiā eius: aut ad sapientiaꝫ: aut ad bonitaté credimus ptinere. Cernit̃ igitur dn̄s iesus aliqn̄ fortis ⁊ potēs: aliqn̄ cernitur potens in plio: vt scias te forté si dilexeris eū: ɔtra mūdū: ɔtra diabolū: ɔtra oēm pncipatū ⁊ potestatē eius dextera ptegēte cui resistere nemo potest: sub quo curuant̃ q portāt orbē: q si tenuerit aquas oīa sicca bunt̃: si emiserit eas euertent terrā. Si ergo potestatem habes ascēderit sup te. si stimulos inuidie exagitauerit: si aculeos diuersaꝝ passionū accēderit: si aduersum te cōmouerit mūdū: si inflāmauerit psecutiones: si times: si trepidas: si per singula momenta vinci formidas: ⁊ ita ad iesum tuuꝫ anxius curris: ploras: exponis picula: opē flagitas: aderit tibi quem diligis in specie regis potentissimi: ⁊ sm̄ oratioņē sancti da

uid apprehendet arma ⁊ scutū ⁊ exurget i
adiutoriū. Audies ab eo. Ne timeas a fa-
cie eorꝝ: q: ego tecū sum. At si secretorꝝ co-
gnitionē vel cuiusuis dubij solutionez tibi
desideras reuelari: si mūdane ꝯfusiōis cās
⁊ rōnes anxius admiraris: si mouēt pedes
q: pacē peccatorꝝ vides q in labore hoīum
nō sunt ⁊ cū hoībus non flagellant̄ queris
diuersoriū vbi cū iesu solus cū solo fabule-
ris: clamas cuz ieremia: Iust⁹ qdem tu es
dn̄e si disputē tecū: verūtn̄ iusta loquar ad
te. Quare via impiorꝝ ꝓsperat̄: Sic itaqꝫ q̄
renti aderit ille mgr̄ q solus docet hominē
scientiā: q reuelat oculos meos vt ꝯsiderē
mirabilia de lege eius: q hꝫ clauē sapīe qui
apit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo apit:
aderit in spē doctoris suauissimi in cuius
dextera ignea lex: vt te legis cognitōe illu-
minet ⁊ charitate que ex legis meditatiōe
procedit inflāmet. Porro in sinistra ei⁹ vir
ga ⁊ eqtatis virga. Uirga regni vt ⁊ querē
tis presumptiōem arguat: ⁊ curiositatē cō-
pescat. Postremo si hec oīa etsi magna ⁊
splendida: ⁊si subtilia vnius tm̄ osculi desi
derio ac suauissimorꝝ labiorꝝ illius vno tm̄
tactu nō fastidias: incipiasqꝫ querulis voci
bus clamare cū ꝓpheta: quesiui vultū tuū
vultū tuū dn̄e reqrā: qs mihi det te fratrez
meū sugentē vbera mr̄is mee vt inueniam
te foris ⁊ deosculer te: veniet certe tibi in
odorē vnguētorꝝ ⁊ aromatū: sicqꝫ diuinuz
qddā tremēti imprimēs osculū: oīa viscera
tua ineffabili iocunditate ꝑfundet: vt cla-
mare delectet: Diffusa est gr̄a i labijs tuis
Cū legē ⁊ ꝓphetas legeris: aīaduerte dili-
genter ⁊ inuenies ip̄as aptōes ⁊ ꝯtēplatio
nes multotiēs in figuris ⁊ enigmatib⁹ qui
busdā designatas. Sunt enī multa genera
ꝯtēplationis ac spūaliū visionū: que tn̄ oīa
vel ad dei potētiā vel ad sapīam vel ad be-
nignitatē ꝑtinere noscunt̄. Nā si cogitetur
deus respcū oīum vt cā quarūlibet vt sint
quarūdā aūt vt rōnales: ⁊ ꝑ hoc sapīe capa
ces sint multorꝝ quoqꝫ vt bn̄ sint: ꝓmū po-
tentie alterꝝ sapīe: vltimū ascribit̄ bonitati.
Potentie qdē est q sine ipso nulla creatu-
ra subsistit: sapīe q sine ipso nulla doctrina
instruit̄: bonitatis q sine ipso nullus vsus
expedit. Apd̄ ip̄m secura sunt oīa cū nihil
sit quo eius turbari possit potentia: in ipso
creata sunt oīa: cuius nō pōt falli sapīa: ex
ipso recta sunt oīa: cuius natura nulla pōt
deprauari malitia. Ergo in creatura contē
plamur eius potentiā: in forma sapīam: bo
nitatem in vsu. Sane si in his que in carne
gessit eū ꝯtēplari malueris: ip̄m triduane
lucis splendorē facile intueberis. Si nascē
tem in presepio: si in brachijs vagientem: si
pendentē ad vbera: si iter vlnas symeonis
ꝑuulum oculis illuminate mētis aspexeris
bonitatis illius opa admirabere. Si vultū
eius igneū flagellū quoqꝫ de resticulis vo-
cēqꝫ terribilem qb⁹ euertit cathedras nū-
mulariorꝝ ⁊ effudit es qbus insup colūba-
rum venditores vicit: cōsiderare delectat
tante virtutis potentiā expauescere. At si
iocūdū ducis insidias scribarꝝ ⁊ phariseorꝝ
totiens deprehēsas: callidas eorꝝ obiectio-
nes responsionū illius prudentia ꝯfutatas
occulta mente ꝑspicere: sapīe illius lucem
clari⁹ emicare ꝑspicies. Ita quoqꝫ fuit po
tentie q fugauit demones: q turbas pauit
q calcauit maria: q lazarꝝ vocauit de mo-
numento: ⁊ tn̄ non minoris fuit potētie q
vt mūdi ꝓnceps falleret̄ iter diuina mira-
cula a diabolo se tentari permisit: q velut
egens esurierit: q in naui dormierit: q cru
cem moriturus ascenderit. Uerꝝ q: in boni
tatis illius meditatiōe libentius īmoraris
ingredere queso domū simonis pharisei:
⁊ intuere attentius q̄ꝫ pio q̄ꝫ suaui q̄ꝫ iocū-
do q̄ꝫ dementi vultu humi ꝓstratā respicit
peccatricē: q̄ꝫ cōpatienti ꝓcessu illos pedes
pn̄ie lachrymis ꝑbeat irrigandos: ⁊ capill'
q̄s sibi hacten⁹ sup̄bia ⁊ lascuia vēdicaue
rat detergendos: labijs tot scelerꝝ feditate
pollutis diligent̄ osculēdos. Osculare oscu
lare o beata peccatrix pedes dulcissimos:
suauissimos speciosissimos: qb⁹ caput serpē
tis ꝯterit̄: ante quos antiquus hostis egre
dit̄: qb⁹ calcant̄ vitia: qb⁹ mūdi huius oīs
sternit̄ gloria: qb⁹ sup̄borꝝ ⁊ sublimiū colla
mira v̄tute premunt̄. Osculare in q̄ꝫ ⁊ felici
b⁹ ablambe labijs vestigia que nullus pec
cator post te exhorreat: nullus quātūcūqꝫ
criminosus refugiat: nullus expauescat in

dignus. Osculare cõplectere stringe ⁊ angelis ⁊ hoibus adorãda vestigia: pnie ⁊ cõfessionis vnguẽto pfunde: vt tota domus impleat odore vnguentorum. Ue tibi o pharisee cui est odor mortis in mortem: q times alienis maculari peccatis: cũ te timor ppri⁹ deterius fediusq₃ commaculet. Nescis q₃ suaue redoleat misericordie hui⁹ peccatricis miseria: q₃ dulce sapiat pietati cõfessio pura peccati: q₃ gratũ sit illi sacrificiũ cordis ↄtritio: qm̃ cõsũmat pctm̃ ardens dilectio. Deniq₃ dimissa sunt ei peccata multa qm̃ dilexit multum. Gratia tibi o btissima peccatrix. Ostendisti mundo tutũ sinis peccatorib⁹ locũ pedes sc₃ iesu qui neminẽ spnunt: neminẽ pijciunt: neminẽ repellũt: suscipiũt oẽs: oẽs admittũt. Ibi certe ethiopissa mutat pellem suã: ibi pardus deponit varietatẽ suã: vbi solus pharise⁹ nõ expurgat supbiã suã. Quid agis o aĩa mea: o misera mea: o peccatrix mea? Habes certe in te tuas lachrymas: habes vbi feda tua oblectamenta sacris oculis purges: ⁊ totum tue affectionis vnguẽtũ secure siue aliquo metu vitij ĩfundas. Quid dissimilas? Erũpite o dulces lachryme: erũpite cursum vestrum nullus ĩpediat. Rigate sanctissimas plantas dñi mei: saluatoris mei: ⁊ susceptoris mei. Nã siqs phariseus sumurmuret: si me a suis aspectib⁹ arcẽdũ censeat: a fimbrie sue tactu indignũ iudicet: subsãnet: rideat: irrideat auertat oc'los: ↄtineat aures nihilomin⁹ tuis inherebo vestigijs iesu: in eis strigã manib⁹: pmã labijs: nec a lachrymis cessabo: vl' osculis donec audiã. Dimissa sunt ei pctã multa qm̃ dilexit multũ. Est ergo dies pma q̃ aĩa sciẽs deũ ĩspeculat ⁊ amenitatib⁹ q̃si in hierlm cõmorat potẽtie diuine tẽplo: scda sapie illi⁹ admiratio: tertia bonitatis ⁊ dulcedinis plibatio. Ad pmã ptinet iustitia: ad scdaz scia: ad tertiaz mĩa. Justitia terret: scia docet: mĩa fouet. Introibo inqt in potẽtias dñi: dñe memorabor iustitie tue soli⁹: ecce iustitia. Incerta ⁊ occulta sapie tue mãifestasti mihi: ecce scia. Qm̃ melior est mĩa tua sup vitas: ecce mĩa. Et in pma die timor: q ex iustitie cõsideratiõe pcedit aiaz purgat: sapia illũinat illuminataz bonitatis sue dulcedine remunerat. Cernis: ni fallor: q₃ necessarium sit ⁊ vtile inter bonorum operum exercitia: p triduũ hoc hierosolimiticas frequẽtare delitias: i qb⁹ timor administrat panẽ doloris: sciẽtia vinũ exultationis: bonitas lac ↄsolationis. Scio te nũc mirari q delitias dixerim qb⁹ dolorẽ non deesse cõmemoraui: cũ exptus sim sepius q dolorẽ illũ q de timore casto pcedit oib⁹ huius mũdi delitijs mens cõpuncta pponit. Et hec dcã p modulo experientie nr̃e. Ceterum viri excellentioris meriti et capacioris ingenij aieq₃ purgatioris in tribus his subtiliora ac pfundiora rimantur. In potentia dei s. pfunda dei iudicia: i sapientia secreta ↄsilia: in bonitate eius misericordie bona ineffabilia. Deniq₃ paulus ĩgressus potentias ⁊ abyssum iudiciorum eius expauescens: o homo inqt tu quis es vt respondeas deo? Nunqd dicit figmentũ ei q se finxit: cur me fecisti sic? Sed ⁊ thesauros sapie eius admirãs. O altitudo diuitiarum sapie ⁊ scientie dei q₃ incõprehensibilia sũt iudicia eius ⁊ inuestigabiles vie eius ⁊c. Diuitias quoq₃ bonitatis ei⁹ cõmemorãs an diuitias inqt bonitatis ei⁹ ↄtẽnis. Post triduũ igit inuenerũt eũ in templo. Haud dubiũ qn maria ⁊ ioseph. Altera mater: alter nutriti⁹. Inuenit itaq₃ spũalis spũaliu₃ cõtemplator nõ in quolibet loco: sed in templo. Habet eni hierlm atriũ: h₃ portas: hẽt templũ. Et atriũ qdẽ aliqñ patet inimicis: porte aũt patefiunt iam solus amicis: ĩgressus vo templi non indulget nisi perfectis. Igitur qui in temporalibus eterna: in terrenis celestia: in humanis diuina: in creaturis creatorem valet inspicere: quasi in atria hierusalem ĩtroductus exultet. Hucusq₃ philosophi quasi inimici in atria intelligentie sue vim poterant ostendere: sicut dicit apostolus: Quod enim notum est dei manifestum est in illis. Inuisibilia eni dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Qui vo in scripturis sanctis ablato velamine: reuelata facie gloriam dei poterit contemplari: de ingressu portarum hierusalem glorietur? At si pinguedinem intime dilectionis et tue adipema: ffectionis

in cordis ara celeſtis deſiderij flamma ſuc
cenderit: ⁊ aſcendit fumus aromatum de
fragrãtia oratiõis: ſicq; oculus mẽtis ĩ ipa
celi ſecreta radiũ porrexerit vt cordis quo
q; palato illi⁹ diuine dilectiõis felix tract⁹
ſapuerit: cũ holocauſto gratiſſimo templũ
hieruſalẽ frequẽtaſti. Sed aĩa ſcã in his d
litijs cõmorãte dolet mater: ⁊ nutricius cõ
queruntur ⁊ querũt. Inuẽtũ tandẽ leui ĩcre
patione caſtigãt: ⁊ reducunt ad nazareth.
Hec maxime viris ſpũalibus ꝯgruũt: qui
bus diſpẽſatio verbi dei: vel aĩaꝝ cura cõ
miſſa ẽ. Porro nutriciũ noſtrũ nil libẽtius
dixerim q̃ ſpm̃ ſanctũ: matrẽ vo nil recti⁹
q̃ charitatem. Hij nos fouẽt ⁊ ꝓmouent:
paſcũt ⁊ nutriũt: ⁊ gemine affectõis: dei vi
delicet ⁊ ꝓximi lacte reficiunt. Hij nos in
ſtudijs ſanctis: quaſi in nazareth tenent ⁊
ſuſtinẽt. Hij nos ꝯſolantur in triſtibus: hij in
dubijs ꝯſulũt. Hij feſſos roborãt: hij ſanãt
ꝯtritos corde: ⁊ alligãt ꝯtritiões eoꝝ. Ho
rũ auxilio de nazareth tranſimus in hieru
ſalem: de labore ad requiẽ: de fructu bone
actiõis ad ſecreta ꝯtẽplationis. Hij nobis
eterna lege ꝑſcribũt: vt pro cura proximis
non negligamus ex toto cõtemplationem
dei: nec rurſus ꝓ delitijs ꝯtẽplatiõis curã
ꝓximi negligam⁹. Unde nõ ĩmerito ſi qe
ti plus q̃ oportet ĩdulgeam⁹: q̃ſi de nobis
charitas fraterna cõqueritur: nec gratiã ha
bet nimiã in hieruſalẽ cõmemorationẽ: ſi
alijs quos nr̃a ſolicitudo ꝓſpicit. ſenſerit ĩ
minere ex nimia qete ꝑnciẽ. Plerũq; enĩ
nobis: vel ſecretis meditationib⁹: vel ꝑua
tis oratiõib⁹ poſtpoſita actione intentis: ſi
plus q̃ ſubditis expedit ĩmoremur: in me
dijs delitijs ſpũ nimiꝝ operante ⁊ charita
te ſuggerẽte: ſubito venit in mẽtem memo
ria infirmoꝝ: vt illũ cogitem⁹ ꝯtriſtatũ ex
pectare a p̃imis viſcerib⁹ ꝯſolatiõẽ: alterũ
tẽtatũ explorare qñ ꝓcedẽs ĩ publicũ pr̃ ei
afferat ſuo ſmõe ſolamẽ. Illũ recte ſtimul'
agitatũ: q2 nõ habeat vbi ꝯceptũ virus cõ
feſſiõe ſalubri euaporet aduerſus patrem
ſubmurmurare: alteꝝ ſpũ accidie victũ: vt
ĩueniat cui loquatur quẽ ꝯſulat huc: illucq;
diſcurrere. Tali itaq; ſuggeſtu ꝓgreſſo ex
fraternis cordib⁹: q̃ſi ĩcrepãtem audimus
matrẽ charitatẽ: Fili qd feciſti nobis ſic?
Ego ⁊ pr̃ tu⁹ dolẽtes q̃rebam⁹ te. Nõ enĩ
cũ iniuria dicim⁹ ſpm̃ ſcm̃: vel charitatẽ in
ſcis: etſi adhuc min⁹ ꝑfectis: aut dolẽ: aut
ꝯq̃ri: cũ ipe ſpũs gemitib⁹ ĩ enarrabilib⁹ ĩ
terpellet ꝓ nob: q ⁊ loq ⁊ ꝯtriſtari et talia ĩ
ſcis agẽ ꝯſuenit. Or ſi ꝯ huiuſmodi neceſ
ſitates amator qetis in ipis aĩe affectibus
murmuraret dicẽs: Nõne in his q̃ patris
mei ſũt oportet me eẽ: nihilomin⁹ ꝯſiderãs
ſpũs rõnalr: q ideo mortu⁹ ẽ xp̃s: vt q viuit
nõ ſibi viuat: deſcẽdit cũ illis ⁊ erat ſubdi
tus illis. Si certe deſcẽdit cũ tali nutricio:
⁊ cũ tali mr̃e: feliciter deſcẽdit. Deſcẽdit
q ſpũs dei act⁹ charitate ĩferiorib⁹ ꝯſulens
ꝯdeſcẽdit eiſ. Deſcẽdã libẽs cũ his ducib⁹
ĩ egyptũ. Etiã ſi ſecũ ducũt reluctãtẽ: ſi co
gãt dſcẽdere: ⁊ recõdeſcẽdere faciũt. Libẽ
ter ſubdar tali mr̃i: libens ſupponã hume
ros huic oneri qd ĩpoſuerint: libẽter ſuſci
piã iugũ cui me ſubdũt: ſciẽs q iugũ eorũ
ſuaue eſt: ⁊ onus eorum leue. Sed etſi te fi
li mi a talibus curis liberũ adhuc ſub alis
ſuis chriſtus abſcondat: quod prelatis ĩcũ
bit facere ne ſubditi piclitentur: hoc ipſũ ex
pedit ꝓuidere: ne ſubditi ſcandalizentur. Il
li neceſſitates quandoq; preponũt cõtem
plationis delitijs: tu eas ne preponas vni
tati ⁊ paci congregationis. Precipue hec
ipſa ſpiritualium viciſſitudinum tempora:
quando videlicet vel deſcendas ad naza
reth vel aſcendas in hieruſalem: nunq̃ ſo
lus: ideſt proprie volũtatis arbitrio: ſ; ſem
per ſenioruz diſtingue cõſilio. Ecce habes
chariſſime: qd petiſti: l; tuo affectui: tue
expectationi nihil dignum: voluntatis ta
men mee: ⁊ qualiſcunq; conatus aliquod
ni fallor iudicium. Scias q non tam euan
gelicam lectionem exponere: quaz ex ea
aliquam meditationẽ: ſicut rogaſti elice
re curauimus: et legentibus incitamenta
deuotionis: ex huius ſerie lectionis euan
gelice compoſuimus. Adiuuante gratia
dei: de cuius loquimur infantia: qui ple
nus eſt virtute: ⁊ ſapiẽtia: ⁊ gratia: Jeſus
chriſtus dominus noſter. Qui cum patre
⁊ ſpiritui ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſe
culorum. Amen.

¶ Dñica pma post oct. epiphanie De
euãgelica lectiõe q dñs vocat⁹ fuit ad nu
ptias. et pus d eo qd dñs ait: Uos similes
xxxiiij hominibus expectãtibus dñm suũ quãdo
reuertat a nuptijs. Sermo pmus.



N lectione san
cti euãgelij hodie frẽs audi
uim⁹: q dñs noster venit ad
nuptias. Faciamus ergo qd
alibi monet: ꝛ studeamus similes fieri ho
minib⁹ expectãtibus dñm suũ qñ reuertat
a nuptijs. Nã tenente carrucã in agro aut
vẽdẽti aliqd vel emẽti in foro nõ dicimus
qd expectas. Neqꝫ enim similes sunt expe
ctãtibus. Ei vo quem videmus stare ante
ianuã: pulsare crebrius: sepi⁹ ad fenestras
suspicere: nihil mirꝫ si dicit quid expectas
Illi ergo sunt similes expectãtibus: q non
surda aure audierũt: Uacate ꝛ videte qm̃
ego sum dñs. Ueniet dñs expectantib⁹ eũ
in veritate: qualis erat q dixit: Expectãs
expectaui dñm. Ueniet tanqꝫ reuertens a
nuptijs: inebriatus vino: charitatis ime
mor: iniqtatũ nostrarꝫ. Ueniet nõ expectã
tibus tanqꝫ reuertens a nuptijs: tanqꝫ po
tens crapulatus a vino: vere ebrius ꝛ ime
mor miserationũ suarꝫ. Tũc enim quãtum
ad illos obliuiscet misereri deus. Ueniet i
ira ꝛ indignatiõe tanqꝫ furibundus. Dñe
ne in furore tuo arguas me. Nec mõ non
tã de psñtibus nuptijs: qꝫ earꝫ occasiõe sint
dicta. Iã vo sequamur vna cuꝫ discipulis
ad nuptias euntẽ dñm: vt videntes qd fa
cturus ẽ pariter credamus cũ illis. Defi
ciẽte vino: dixit mater iesu ad eũ: Uinum
nõ habẽt. Cõpassa ẽ eni eorꝫ verecũdie: si
cut misericors: sicut benignissima. Quid
de fonte pietatis procederet? nisi pietas?
Quid inquã mirꝫ? si pietatẽ exhibet visce
ra pietatis? Nõne q pomũ in manu sua te
nuerit aliquot horis? reliqua diei pte po
mi seruabit odorẽ? Quãtũ ergo viscera il
la virtus pietatis affecit? in qbus nouẽ mẽ
sibus requieuit? Nã ꝛ ante mẽtẽ repleuit qꝫ
ventrẽ: ꝛ cũ pcessit ab vno: ab animo non
recessit. Durior fortasse ꝛ austerior videri
posset rñsio dñi: sed nouerat ille cui loque
ret: ꝛ qs loqueret illa nõ ignorabat. Deni
qꝫ vt scias quõ respõsũ ipm acceperit: aut
quãtũ de filij benignitate psumpserit: ait
ministris. Quicqd pceperit vobis serua
te: ꝛ facite. Erãt eni ibi lapidee hydrie sex
posite. Has nũc hydrias purificationis ve
ris iudeis nõ littera: sed spũ necesse habe
mus apponere: vl' magis appositas demõ
strare. Quia enim nõdum puenit ecclesia
ad pfectã purificationẽ: qñ sibi eã xps ex
hibebit gloriosam nõ habentẽ maculã aut
rugã vel aliqd huiusmodi? multis interiꝫ
purificationibus opus habet: quatenus si
cut abũdãt peccata abũdet ꝛ indulgentia
sicut multiplicat miseria sic ꝛ misericordia
nisi q nõ sicut delictũ: ita ꝛ donum. Gr͡a
enim nõ solum peccata lauat: sed ꝛ merita
donat. Sex igit hydrie posite sunt: his q
post baptismuꝫ in peccata labunt. De his
enim loqmur: q de his sumus. Exuimus
tunicã veterẽ: sed heu peius reinduim⁹ eã
Lauimus pedes nostros: sed peius inqna
uimus eos. Sicut ergo qd alius inqnaue
rat: lauit alius: sic inqnatos a nobis lauari
opus ẽ ꝛ a nobis. Aliena lauit aqua: quos
culpa inquinauerat aliena. Nec tñ sic alie
nã dixerim vt negẽ nostrã: alioqn nec inq
naret. Sed aliena ẽ: q in adã oẽs nescien
tes peccauimus: nr͡a q etsi in alio: nos tñ
peccauimus ꝛ nobis iusto dei iudicio ipu
tabat: lꝫ occulto. Uerũtñ vt iã nõ sit quod
causeris o hõ? ꝯtra inobediẽtiã ade dat ti
bi obediẽtia xpi: vt si gratis venũdat⁹ es
gratis etiã redimaris. Si nesciẽs in adam
peristi: nesciẽs viuificaris in xpo. Nescisti
qñ ad lignũ vetitũ vetus adã tetendit ma
nus noxias: nescisti nihilominus qñ in li
gno salutifero inoxias manus xps extẽdit
A pmo hoie in te manauit macula qua in
qnatus es: a xpi latere aqua qua mundat⁹
es. Nũc iã inqnatus culpa ppria: ppria ni
hilominus aqua mũdaberis: ab illo tñ ꝛ p
illũ q solus ẽ purgationẽ faciẽs peccatorũ.
Prima igit hydria ꝛ pma purgatio in cõ
punctiõe ẽ: de q legim⁹: q in quacũqꝫ hora
pctor igemuerit omniũ inqnatũ ei⁹ non re
cordabor. Secũda vo ꝯfessio ẽ: Oia siqdẽ i
cõfessiõe lauant. Tertia elemosynarꝫ largi

tio. Hinc enim hẽs in euangelio: Date ele
mosynã: ꝛ oĩa munda sunt vobis. Quarta
remissio iniuriaꝝ: ſm ꝙ orantes dicim⁹ di-
mitte nobis ꝺbita nostra sicut ꝛ nos dimit
timus debitoribus nr̃is. Quinta ẽ afflictio
corporis: vñ ꝛ oram⁹: vt mũdi ꝑ abstinẽtiã
deo canamus gl'iam. Sexta est obedientia
p̃ceptoꝝ: sicut audierũt discipuli qꝺ vtinã
audire mereamur ꝛ nos: vos mũdi estis ꝑ
pter sermonẽ quẽ locutus sum vobis. Mi.
miꝝ qꝛ non erant sicut hi qbus dicit̃ ſmo
meus non capit in vobis: sed in auditu ꝺbi
obaudierant ei. He sunt sex idrie posite in
purificationẽ nostrã que vacue sunt ꝛ ple-
ne vento: si pro inani gloria obseruant̃. Aq̃
replent̃ si timore dei custodiant̃: qm̃ timor
dñi fons vite. Aqua inqꝫ timor dñi est: ꝛ si
minus sapida est: sed optime refrigerans
aĩam noxijs desiderijs estuãtẽ. Aqua ẽ q̃
iacula inimici ignita possit extinguere. Nã
nec illud dissonat ꝙ aqua semꝑ ima petit: ꝛ
timor ad ima cogitationẽ deducit ꝛ in infe
riorib⁹ imoratur atqꝫ horrẽda loca pauida
mente collustrat: iuxta illud: Uadã ad por-
tas inferi. sed diuina virtute aq̃ mutatur ĩ
vinũ: qñ ꝑfecta charitas foras mittit timo
rem. Dicunt̃ aũt lapidee idrie: nõ tã ꝑpter
duritiã qꝫ ꝑpter stabilitatẽ. Capientes sin-
gule metretas binas vel ternas. Due me-
trete duplex timor: ne forte trudi in gehẽ-
nam ne forte ab eterna vita ꝯtingat exclu-
di. Sed qꝛ de cõtingenti futuro sunt ista ꝛ
blandiri sibi aĩa põt dicẽs: postqꝫ in volup
tatibus tuis aliquãdiu vixeris ages pñiaꝫ
nec ista iã vita cariturus nec ꝑiturus ĩ illa
bonũ est adhiberi ꝛ tertiũ q̇ vtiqꝫ spũalib⁹
notus est eo vtilior quo de pñti est. Timẽt
enim q nouerũt spũalem cibũ neqñ forte
fraudentur eo. Cibo siqdẽ forti egẽt: q ma-
nũ miserĩt ad fortia. Uiuãt ꝺ paleis egypti
q deseruiũt ĩ oꝑib⁹ luti ꝛ lateris: nobis for
tior cibus est necessari⁹: qm̃ nobis grãdis
restat via vt ambulemus in fortitudine ci-
bi illius. Ipse ẽ panis angeloꝝ: panis viu⁹
panis quotidianus. Hic est de quo nobis
promissum est: qꝛ centupluꝫ accipiemus in
hoc seculo. Sicut enĩ mercenarijs ꝛ cibus
quotidianus dat̃ in oꝑe ꝛ merces seruat̃ ĩ
fine: sic dñs vitã eternã in fine reddet: ꝛ in
terĩ cẽtuplũ repromittit ꝛ exhibet. Quid
ergo miꝝ si timet ne ꝑdat hãc grãm: q iam
ꝯsecutus est eã: Hec est metreta tertia quã
sub disiũctiõe signãter posuit eo ꝙ nõ oĩuꝫ
sit: qꝛ nec oĩb⁹ dñs centuplũ repromittit.
¶ Item vnde supra. De mutatõe aque
in vinum. Sermo secundus.



N operibus xxx
dñi frẽs ꝛ min⁹ capaces aĩos v
exterior ꝯsideratio pascit: ꝛ q
magis exercicatos hñt sensus
solidiorem intus cibũ inueniũt ꝛ suauiorẽ:
ꝛ tanqꝫ adipem medullamqꝫ frumẽti. Sũt
enim ꝛ exteriori spẽ delectabilia ꝛ interiori
virtute multo delectabiliora: queadmodũ
ꝛ ipse exterius qdẽ erat speciosus forma p̃
filijs hoĩum: interius aũt tanqꝫ candor lu-
cis eterne etiam ipsis suꝑeminẽs vultibus
angeloꝝ. Apparebat enĩ foris hõ sine cul-
pa: caro sine peccato: agnus sine macula.
Qꝫ speciosi pedes ãnũciantis pacẽ: annũ-
ciantis bona: ſꝫ multo p̃ciosius ꝛ speciosi⁹
caput eius: qm̃ caput xp̃i deus. Delectabi
lis aspectus hoĩs in quẽ pctm̃ nõ cadit et
beati oculi q viderũt: sed multo magis btĩ
mũdo corde: qm̃ ipsi deũ videbũt. Deniqꝫ
cũ ꝑuenisset ad nucleũ: testam iam licet de
coram valde nõ reputabat apostolus dicẽs
ꝛ si cognouimus aliqñ xp̃m ſm carnem: ſꝫ
nunc iã nõ nouimus. Mimiꝝ qꝛ dñs ipe p̃-
dixerat caro nõ ꝑdest qcqꝫ: spũs est q viui-
ficat. Sed hec est sapĩa quã loquit̃ paulus
inter ꝑfectos: non inter eos qb⁹ legim⁹ ab
eodẽ dcm̃ nihil arbitratus sum me scire int̃
vos nisi xp̃m ꝛ hunc crucifixũ. Totus sua-
uis est: totus salubris ẽ: totus delectabilis:
totus deniqꝫ ſm sponse vocem desiderabi
lis. Sicut aũt in eo ostensum est: sic ꝛ ĩ opi-
bus eius reꝑies. Nã ꝛ si suꝑficies ipa taqꝫ
a foris ꝯsiderata decora est valde: siquis tñ
fregerit nucem intus inueniet qꝺ iocundũ
sit: ꝛ mlt̃o amplius delectabile. Nõ sic apꝺ
patres veteris testamẽti reperies. Nam in
oꝑibus eoꝝ decora ꝛ delectabilis est signi-
ficatio mystica: ipsa tñ si ꝑ se cõsiderent̃ in-
uenient̃ aliqñ minus digna: vt sunt facta

iacob adulteriũ Dauid ⁊ multa ſilia. Pre-
cioſa qdem ſunt fercula: ſed vaſa non adeo
ſpecioſa. Et forte ꝓpterea dciũ eſt tenebro-
ſa aqua in nubilus aeris: qm̃ tenebroſe nu-
bes ille fuerũt: ⁊ ſubiunctũ de domo ꝑful
gore in ꝯſpectu eius nubes tranſierũt. Cre
do iam aduertiſtis ad qd hec dicere velim
Audiſtis enĩ hodie miraculũ fcm̃ ĩ nuptijſ
initiũ vtiqꝫ ſignoꝝ dñi: cuius ⁊ hiſtoria ſa-
tis eſt admirabilis ⁊ ſignificatio ampliꝰ de
lectabilis. Magnũ ⁊ diuine maieſtatis in-
ditiũ fuit: ad nutũ dñi aquã in vinũ ꝯuerti
ſed eſt illa mlťo melior mutatio dextere ex
celſi quã in iſta prefigurauit. Oẽs enĩ nos
ad ſpũales nuptias vocati ſumus: in qbus
vtiqꝫ ſponſus eſt xp̃s dñs. Uñ canimus in
pſalmo: Et ipſe tanqꝫ ſponſus ꝓcedens de
thalamo ſuo. Sponſa v̊o noſipſi ſumꝰ: ſi nõ
vobis videtur incredibile ⁊ oẽs ſimul vna
ſponſa ⁊ aĩe ſinguloꝝ quaſi ſingule ſponſe.
Sꝫ qñ hoc ſentire poterit fragilitas nr̃a de
deo ſuo? ꝙ eo affectu ſe diligat quo diligiť
ſponſa a ſpõſo? Multũ enĩ hec ſponſa ſpõ-
ſo ſuo inferior genere: inferior ſpẽ: inferior
dignitate. Attñ ꝓpter ethiopiſſam iſtaꝫ de
longinquo filius eterni regis aduenit: ⁊ vt
ſibi deſponſaret illã etiã mori ꝓ ea nõ timu
it. Moyſes qppe ethiopiſſam duxit vxorẽ:
ſꝫ nõ potuit ethiopiſſe mutare colorẽ. Chri-
ſtus vero quã adamauit ignobilẽ adhuc et
fedã: glĩoſam ſibi exhibebit eccl'am nõ ha-
bentẽ maculã neqꝫ rugam. Murmuraret
aaron: murmuret ⁊ maria: nõ noua ſꝫ vetꝰ
non mater dñi ſed ſoror moyſi. Non noſtra
inqꝫ maria: illa enim ſollicita eſt ſi qd forte
deeſt in nuptijs. Uos aũt vt dignũ eſt: mur
murantibus ſacerdotibꝰ murmurante ſy-
nagoga: toto affecto in gr̃aꝝ actione ꝯuer-
ſamini. Unde enĩ tibi o humana aĩa? vnde
tibi hoc? Unde tibi tam ineſtimabilis glĩa
vť eius ſponſa merearis eſſe: in quẽ deſide
rant angeli ipſi ꝓſpicere? Unde tibi hoc vt
ipſe ſit ſponſus tuus: cuius pulchritudineꝫ
ſol ⁊ luna miranť? ad cuius nutuꝫ vniuerſa
mutanť? Quid retribues dño ꝓ omnibus
que retribuit tibi: vt ſis ſocia menſe: ſocia
regni: ſocia deniqꝫ thalami? vt introducat
te rex in cubiculum ſuum? Uide iam quid
de deo tuo ſentias? vide quãtum de deo ꝓ-
ſumas: vide qbus brachijs vicarie charita
tis reamandus ⁊ amplectendus ſit q tanti
te eſtimauit: imo qui tanti te fecit. De late-
re enim ſuo te formauit qñ pro te obdormi
uit in cruce? ⁊ ob hoc ſomnum mortis ex-
cepit: ꝓpter te a deo patre exiuit: ⁊ matrem
ſynagogam reliquit vt adherens ei vnus
cum eo ſpiritus efficiaris. Et tu ergo audi
filia ⁊ vide: conſidera quanta ſit erga te di-
gnatio dei tui ⁊ obliuiſcere populum tuũ.
Deſere carnales affectus? ſeculares mores
dediſſe abſtinere a prioribus vitijs: conſue
tudines noxias obliuiſcere. Quid eniꝫ pu-
tas? nõne ſtat angelus dñi qui ſecet te me-
diam ſi forte ꝗ auertat ipſe alterum ad mi-
ſeris amatorem? Jam enim deſponſata es
illi? iam nuptiarum prandium celebrať: iam
cena quidem in celo ⁊ in aula eterna parať
Uerumtamẽ nunquid ibi vinum deficiet?
Abſit: inebriabimur ibi ab vbertate domꝰ
dei: ⁊ torrente voluptatis eius potabimur
Paratum eſt profecto illis nuptijs flumen
vini: vini inqꝫ quod letificat cor: ſiquidem
fluminis impetus letificat ciuitatem dei.
Nunc autem quoniam grandis nobis re-
ſtat via? prandium quidem accepimus hic
ſed non in tanta copia: quod plenitudo et
ſacietas cene reſeruetur eterne. Hic ergo
non nunqꝫ vinum deficit gratia: ſcilicet de
uotionis: et feruor charitatis. Quotiens
mihi neceſſe eſt fratres poſt lachrymoſas
querimonias noſtras exorare matrem mi-
ſericordie: vt ſuggerat ſuo benigniſſimo fi
lio: qm̃ vinum non habeatis. Et ipſa dico
vobis cariſſimi ſi pie a nobis pulſata fuerit
nõ deerit neceſſitati nr̃e: qm̃ miſericors eſt
⁊ mr̃ mie. Nã ſi cõpaſſa eſt verecũdie illoꝝ
a qbus fuerat inuitata: multo magis cõpa-
tieť nobis ſi pie fuerit inuocata. Placẽt enĩ
illi nuptie nr̃e? ⁊ ꝑtinẽt ad eã multo ãplius
illis: nimiꝝ de cuius vtero tãqꝫ de thalamo
ſuo celeſtis ſpõſus ꝓceſſit. Sꝫ quẽ nõ moue
at ꝙ ĩ nuptijs illis rñdit dñs benigniſſime
ac ſciſſime mr̃i ſue dicẽs? qd mihi ⁊ tibi eſt
mlĩer? Quid tibi ⁊ illi dñe? Nõne qꝺ filio
⁊ mr̃i? Quid ad illã ꝑtines q̃ris? cuꝫ tui ſis
benedictus fructꝰ ventris eius ĩmaculati?

Nōne ipa ē que saluo pudore cōcepit: ⁊ si-
ne corruptiōe te peperit? Nōne ipsa est in
cuius vtero nouem mensibus moratus es
cuius virgineis vberibus es lactatus: cuꝫ
qua iaꝫ duodecim annoꝝ factus de hieru
salem descēdisti ⁊ eras subditus illi? Nūc
ergo dn̄e quid molestus es illi dicens: qd
mihi ⁊ tibi? Multum per omnem moduꝫ
Sed manifeste iam video ꝙ nō velut idi-
gnans aut confundere volēs virginis ma
tris tenerā verecundiam dixeris quid mi
hi ⁊ tibi: cum venientibus ad te iuxta ma-
tris ꝑcepta mistris nihil cunctatus facias
qđ illa suggessit: vt quid ergo frēs vt quid
sic rn̄derat ꝓus? Utiqꝫ ꝓpter nos: vt con-
uersos ad dn̄m iā nō solicitet carnaliuꝫ cu
ra parentum ⁊ necessitudines ille non im-
pediant exercitiuꝫ spūale. Qꝫdiu enim de
mūdo sumus debitores nos constat eē pa-
rētibꝰ. At postqꝫ reliquimus nosmetipos:
multo magis ab eorum solicitudine liberi
sumus. Unde ⁊ legimus fratrem quendā
in heremo cōuersantem: cum ad eū carna
lis frater auxiliꝫ gratia aduentasset respon
disse: vt audiret alterum fratrem eoꝝ: cuꝫ
vtiqꝫ ille iaꝫ obisset. Cūqꝫ admiratus q ve-
nerat rn̄deret ꝙ ille obijt: heremita se quo
qꝫ filiū obisse respondit. Optime ergo nos
docuit dn̄s ne soliciti simus sup ꝓpinquis
carnis nr̄e plusqꝫ religio postulet: quādo
ipi matri: ⁊ tali matri rn̄dit: Quid mihi ⁊
tibi ē mulier. Sic ⁊ in alio loco cū suggere
ret ei qdā: qm̄ foris staret cū fratribꝰ dn̄i q̄
rēs ei loq: rn̄dit: Que ē mr̄ mea: ⁊ fratres
mei? Ubi mō sūt q tam carnaliter ⁊ inani-
ter sup carnalibꝰ ꝓpinqs suis solent eē soli
citi: ac si adhuc viuerēt ⁊ ipi cū eis? Sꝫ vi
deamꝰ iā qd sequit. Erāt ait euāgelista hy
drie sex posite ſm purificationē iudeoꝝ.
Uel ex h potes māifestiꝰ aduertē nō pleni
tudinē: sꝫ ꝑ ꝑpationē nuptiaꝝ eē vbi nimiꝝ
adhuc opꝰ ē purificatōe desp̄ōsatōis ḡ nu
ptie iste sūt: nō copulatiōis. Absit. n. vt cre
damꝰ illi i nuptijs fore vasa puricatiōis: qm̄
gliosaꝫ exhibebit sibi xp̄s eccliaꝫ nō habē
tem maculā neqꝫ rugā aut aliqd eiusmodi
vbi enim erit macula: que purificatio erit
necessaria? Nūc vtiqꝫ lauandi tempus est
nūc purificationē patet eē necessariam: qm̄
nemo mūdus a sorde: nec infans cuiꝰ vniꝰ
diei vita est super terrā. Nūc abluit spon-
sa: nūc purificatur: vt in celestibus illis nu
ptijs sponso suo sine omni macula ꝑsentet
Queramꝰ ergo sex hydrias: in quibꝰ hec
ablutio iudeoꝝ idest cōfitentium purifica
tio fiat. Nam si dixerimus: quia peccatum
non habemus: nosipos seducimus ⁊ veri-
tas in nobis nō est: que sola liberat: sola sal
uat: sola lauat. Qꝫ si cōfiteamur pctā nr̄a:
nō deerūt veris iudeis purificationis hy-
drie: quoniā fidelis est deus qui dimittat
nobis peccata ⁊ emūdet nos ab omni iniq
tate. Ego quidēꝫ sex hydrias: sex obseruā-
tias arbitror esse: quas ad purificāda con-
fitentium corda sancti patres instituere: ⁊
omnes illas ni fallor hic poterimꝰ inueni-
re. Prima siquidem hydria continentia ē
castitatis: qua diluit quicqd ante luxuria
inqnauit. Secūda vō ieiuniū est: vt qđ ma
culauerat crapula: nūc abstinentia mūdet
Per segnitiē quoqꝫ ⁊ ociositatē que inimi
ca est anime multas ꝯtraximus sordes: cō-
tra dei sententiā i sudore vultus alieni: nō
nostro pane vescētes. Propter hoc tertia
hydria nobis apponitur: vt sordes ille i la
bore manuū diluant. Sic ⁊ per somnolen-
tiam ceteraqꝫ noctium ⁊ tenebrarum ope
ra multa deliquimus: ideo quoqꝫ quarta
hydria vigiliarū obseruantia ponitur: vt
nocte surgētes ad confitendum dn̄o: non
bonas noctes ꝑteriti temoris redimamꝰ.
Jam vō de lingua quis nesciat qꝫ multum
inqnauerit nos ꝑ vaniloquia et mēdacia:
ꝑ detractiōes ⁊ adulationes: ꝑ verba mali
cie ⁊ verba iactātie? Pro omnibus his ne
cessaria ē hydria qnta silētiū scilicꝫ custos
religionis: ⁊ in quo ē fortitudo nr̄a. Sexta
quoqꝫ hydria disciplina ē: q̄ non nr̄o arbi
trio: sed alieno viuimus vt deleat qcqd in
disciplinate viuēdo deliquimus. Lapidea
sunt hec: dura sunt: sed necesse habemꝰ in
his lauari: nisi forte volumus ꝓpter fedita
tes nr̄as accipe a dn̄o libellū repudij. At-
tn̄ in eo ꝙ dicunt lapidee non solū duricia
sed multo melius soliditas pōt itelligi: qm̄
n̄ lauāt hec nisi firma stabilitate ꝑmāserit.

Ait ergo dñs ad ministros: Implete hydrias aq̄. Quid sibi vult istud dñe? Ministri solicitissimi sũt de vini penuria: et tu dicis implete hydrias aq̄. Illi de pocul' cogitãt: et tu p̄cipis vt vasa purificatõis ipleãt. Sic oino sic suspirãti iacob et rachel ãplex⁹: lia a p̄re supponit. Nobis frẽs q ministri sumus et serui vestri p xp̄m nobis p̄cipit iplere hydrias aq̄: quotiẽs deest vinũ. Ac si dicatur: Illi deuotionẽ desiderãt vinũ reqrũt feruorẽ flagitãt: sz nõdũ venit hora mea: iplete hydrias aq̄. Que ẽ eni aq̄ sapientie salutaris: et si non adeo suauis: nisi fons vite et initiũ sapiẽtie timor dñi? Dicit ergo ministris: Incutite metũ: et spũ timoris nõ tam vasa q̃z corda replete: q: vt ad charitatẽ p̄ueniãt: initiãdi sũt a timore vt dicãt et ipsi. A timore tuo cõcepim⁹ dñe et parturium⁹ spm̄ salutis. Sed quõ iplebuntur hydrie? Predixerat eni euãgelista: Capientes singule metretas binas vl' ternas. Que sunt due metrete? queue tertia? Utiqz duplex timor cõis et not⁹ oib⁹: ac terti⁹ qd̄ minus cõis et min⁹ not⁹. Prim⁹ eni timor ẽ ne cruciemur i gehẽna: secũd⁹ ne exclusi a visione dei p̄uemur tã iestimabili glia: terti⁹ replet aĩaz oĩ solicitudine timidã ne forte deserat a gr̃a. Et qdez oĩs timor dñi: sicut aq̄ extinguit ignẽ: sic extinguit pctĩ cõcupiscẽtiã: sed his maxime: cũ ad oẽz tẽtationem statim occurrit ne forte cõtingat amittere [gr]aз vt sibi derelict⁹ hõ labat quottidie d malo in peius: de pctõ minori in graviorẽ culpã: qles vtiqz multos videm⁹ cũ in sordib⁹ sint sordescẽtes adhuc. Nã aduersus timorẽ istũ nõ ẽ vñ sibi blãdiat aĩa: siue de minore forte quãtitate pctĩ: siue de emẽdatiõe futura. Talib⁹ eni blãdimẽtis ipediũtur aliqñ ten⁹ duo p̄ma genera timoris. Precepit ergo nobis dñs vt hac aq̄ hydrias ipleam⁹. Sũt eni aliqñ vacue et plene vẽto siqs tñ adeo isan⁹ ẽ: vt i eo p vanitatis studiũ ille q̃s p̄diximus: obseruãtie mercede p petua vacuent: vt sũt fatue virgines: in q̃rũ vasis oleũ nõ habet. Interdum aũt qd̄ peius ẽ plene qdez sũt sz plene veneno: qd̄ est inuidia murmur: rancor animi et detractio. Propterea ne forte subintrẽt ista duz vinũ deest iubemur iplere hydrias aq̄: vt obseruent mãdata dñi i timore: q̃ tũc mutat in vinũ: cũ timor expellit a charitate et iplent oĩa feruore spũs et iocũda deuotõe.

¶ In ꝯuersiõe sci pauli apli. Sermo. j.



Merito quidem xxxvj dilectissimi ꝯuersio doctoris gẽtiũ: ab vniuersitate gẽtiũ: festiuis hodie gaudijs celebrat. Q: multos eniз ramos: ab hac radice p̄disse videm⁹. Cõuersus paulus: ꝯuersionis minister fact⁹ ẽ vniuerso mũdo. Et multos qdẽ olim in carne adhuc: sed non iã s̃m carnẽ ambulãs p̄dicatõis officio cõuertit ad deũ. Nũc quoqz in ipo felici⁹ viuẽs et apud ipm̄: ne adhuc qdem cessat ab hominũ ꝯuersione: dico aũt exẽplo orone doctrina. Propterea deniqz ꝯuersiõis ei⁹ memoria frequẽtat: q: et ipa q̃z memorãtib⁹ vtil' iuenia. In hac eni memoria: et peccator spez venie ꝯcipit vt p̄uocet ad pniaз et q: iã penitet pfecte ꝯuersiõis accipit formaз. Quis desperet vltra p magnitudine cuiuslibet criminis? qñqdez saulũ audiat adhuc spirãtẽ minaz et cedis i discipulos dñi: subito factum vas electiõis? Quis dicat iniqtatis põdere pssus assurgere iã ad studia meliora nõ valeo? qñ i ipo itinere q̃ sanguineз sitiens xp̄ianũ dix toto pectore virus efflabat psecutor crudelissim⁹: i fidelissimũ repẽte mutat⁹ ẽ p̄dicatorẽ? Magnifice siqdẽ i hac vna ꝯuersiõe et mie magnitudo et efficacie gr̃a cõmẽdat. Subito ait lucas Circũfulsit eũ lux de celo. O vere inestimabilis diuine dignatio pietatis. Illustrat celesti fulgore vel a foris: int⁹ adhuc luminis icapacẽ. Qui necdũ ifundi poterat: diuina saltẽ circunfundit claritate. Et vox facta est: Lucis et vocis testimonia facta sunt credebilia nimis: nec dubitare est de veritate: que sese ingerit p vtrasqz oculorum scilicet auriũqz fenestras. Sic nimirum sic in iordane quoqz supra caput domini et colũba apparuit et vox sonuit. Sic et in monte quando transfiguratus est coram discipulis: claritas visa est: et vox nihilomin⁹ p̄ris audita. Saule saule qd me

tia datum est fraudes deprehendere mali
gnorum. Obsecro vos nouelle plantationes
dei vos q nōdum exercitatos habetis sen
sus ad discretionē boni ⁊ mali: nolite seq
cordis vestri iudiciū: nolite habundare in
sensu vro: ne vos tanq̄ rudes adhuc ver-
sutus ille venator decipiat. Nā siluestrib⁹
illis ⁊ oino bestialib⁹ bestijs seculares ho-
mines loquor aptos satis expādit laqueos
vtpote quos facile capiendos eē nō dubi-
tat. Uobis aūt q tanq̄ prudentiores cerui
serpentes necatis ⁊ desideratis ad fontem
viuum: subtiliores occultat laqueos: ⁊ cali
diora fraudis sue argumēta cōgrit. Unde
obsecro vos humiliamini sub potenti ma-
nu dei pastoris nostri: ⁊ acqescite eorum cōsi
lijs q melius norūt venatoris illius versu-
tias: edocti diuturno lōgi tpis exercitio et
crebris expimentis tam in se q̄ in multis.
Sed ecce qr iam venatores ⁊ bestias noui
mus: quis nā sit laqueus iste: querēdū est.
Nolo ego adinuenire ex me: nec dubium
aliqd tradere vobis. Ostēdat nobis aplus
laqueū istum: ipe enim venator illorum non
ignorat cogitatiōes. Dic inq̄ nobis beate
paule qs sit laqueus iste diaboli: a quo se li
beratā fidelis anima gratulatur. Qui volūt
inqt diuites fieri in hoc seculo: incidūt in
tentationē ⁊ in laqueū diaboli. Ergone la
queus diaboli diuitie sūt huius scli? Heu
q̄ paucos inuenim⁹ q ab hoc laqueo libe-
rari exultēt: q̄ multos q dolēt ꝙ parū sibi
videntur irretiti: ⁊ adhuc quātū pnt se inuol-
uere ⁊ intricare laborant. Uos q reliqstis
omnia ⁊ secuti estis nō hñtē vbi suū caput
reclinaret filiū hois: exultate ⁊ dicite: qm
ipe liberauit me de laqueo venātiū. Confi
temini illi toto corde: tota aia: tota virtute
⁊ ex ipis medullis cordis grās agite ei di-
cētes: Qm ipe liberauit me de laqueo ve-
nātiū. Et vt noueritis q̄ magnū sit benefi
ciū hoc ⁊ sciatis q̄ a deo data sūt vobis: au
dite qd seqtur. Et a verbo aspero. O hō vel
magis bestia: laqueum nō timebas? Time
vel malleū. A verbo inqt aspero. Qd ē h
vbum: nisi illd isaciabil gehēne affer: affer:
percute: delacera: cito interfice: velociter
spolia detrahe? Qd ē verbū asperum: nisi
tollatur impius ne videat gloriā dei? Quō
exultant venatores capta bestia ⁊ clamant
tolle tolle: infige verub⁹ infer prunis: ⁊ ma
le bulliētibus ipone lebetis. Uerbū asperum
fuit qd ptulit dom⁹ exasperās ppls iudeo-
rū: tolle: tolle: crucifige eum. O horribile
verbū: q̄ asperum q̄ crudele. Uere dētes eo
rū arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eorum gladi⁹ acu-
tus. Hoc verbū asperum tu sustinuisti dñe.
Cur nisi vt nos liberares a verbo aspero?
Sit iā tue pietatis: vt nō sustineamus nos
qd tu dignat⁹ es sustinere p nobis. Respō
dēt hoies seculares cū eis suadem⁹ agere
penitētiā: ⁊ dicūt: Dur⁹ ē hic sermo. Nē-
pe hoc ē qd i euāgelio legim⁹: Loquebatur
dñs de pnia ipsa s3 i figura: tanq̄ his qb⁹
nō erat datū nosse mysteriū regni dei. Cū
q̄ audirēt dicētē: Nisi mādu caueritis car
nē filij hois: ⁊ biberitis ei⁹ sanguinē: dixe-
rūt: Dur⁹ ē hic smo: ⁊ abierunt retrorsum.
Quid aūt ē manducare ei⁹ carnē ⁊ bibere
sanguinē: nisi cōicare passionib⁹ ei⁹ ⁊ conuer
sationē imitari: quam gessit i carne? Uñ ⁊
hoc designat illibatum illud altaris sacrm
vbi dñicū corp⁹ accipim⁹: vt sicut videtur il-
la panis forma i nos itrare: sic nouerim⁹ p
eā quā i terris habuit conuersationē ipm i-
trare i nos ad habitādū p fidē i cordibus
nris. Cū .n. iusticia ingreditur: ille igreditur q
fact⁹ ē nobis a deo pre iusticia. S3 ⁊ q ma-
net i charitate i deo manet: ⁊ de⁹ i eo. Sed
adhuc tñ dicūt nob mlti: Durus ē h smo.
Ergone durum ē momētaneū h ⁊ leue tribu-
latiōis: qd sup modū i sublime etnū pōd⁹
glie opatur i nob? Durum ē breuissimo ⁊ leuissi
mo labore cruciat⁹ illos ⁊ tormēta redimē
q̄ null⁹ termin⁹ finiat: null⁹ anim⁹ sufficiat
cogitare? Durum nob videtur: cuz di agite pe
nitentiam? Erratis: s3 audituri estis aliqñ
asperum vbū: smonē durū: auditionē malā:

ite maledicti i ignē eternū. Ita dico vobis hoc timete: hoc durū reputate: et inuenietis quia iugū dn̄i suaue est: et onus eius leue. Si in seipo suaue illud credere necdum potestis: vel hoc nō ignoratis: quoniam huius cōparatione suauissimū est. Uos autem frēs mei vos pēnati an̄ quorum oculū frustra iacitur rete: vos qui diuitias huius seculi penitus reliquistis: quid timeatis a verbo aspero quā do iā liberati estis a laqueo. Felix iditbum pro quo psalmi quidā inscripti sunt: qui trāsilisti laqueū: vt oīno longe fieres a verbo aspero. Quibus enim dicetur: Ite maledicti in ignem eternū: esuriui enim et non dedistis mihi mādūcare: quibus inquam dicetur: Nisi his qui substantiam huius habuere? Numquid non valde exhilarantur ad verbum hoc corda nostra: et spirituali iocūditate replentur? Nūquid nō preciosiorē ducitis paupertatē nr̄am thesauris sctī. Siquidem ipsa est que liberat nos a verbo aspero. Quo modo nāque a vobis exigat deus: quod pro ipsius amore relictū est? Et tn̄ et hoc facitis: et de labore manuū vestrarum christus alitur et vestitur: vt nihil desit. Agite ergo gratias exultate et dicite: quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium et a verbo aspero. Exultate inquam: sed adhuc interim cum tremore. Letos vos esse volo: sed nōdum securos. Gaudentes in spiritu sancto: sed tamen pauentes adhuc et cauentes in recidiuo. Quid enim vobis vltra pauendum est? Unum vtique idque grauissimū peccatū inde peccatū apostasie. Bene enim factū est vt penas accipetis sicut colūbe: et volaretis ad requiescendū. Nam in terra non erat requies: sed labor et dolor: et afflictio spiritus. Quid ergo timendū est sic volanti: nisi illud ne forte cadauer aut simile aliquid in terra videat cuius desiderio tractus videatur a venatoribus illis pessimis et pparatis laqueis capiatur et sint nouissima eius peiora prioribus? Hoc inquam omnino timendum est: nequis aut corde solo aut etiā corpore ad vomitū reuertatur. Legimus enim de filijs israel: quia corde redierunt in egyptum Nam corpore reuerti: clausum post eorum talos rubrum mare phibeat. Hoc est quod vehemēter singulis quibusque timendū est ne forte catenus deū offendāt: vt manifeste abijciantur et euomantur ab eo: aut si pudor neget apostasiā corporis tepor ipse paulatim igerat apostasiā cordis: vt videlicet in hitu religiōis cor seculare gerāt et quicquid secularis consolatiōis inuenire potuerit amplectantur. Neque sumus nos aplo sanctiores qui tn̄ verebatur ne forte cū alijs predicasset ipse reprobus efficeretur. Sed id tamdiu timendū est donec laqueus cōtritus fit: donec corpus istud aio disposuerit. Nam et ipm corpus laqueus quidā est: et oculus legitur aiam depdari. Minime ergo decet eē securū hominē qui secū portat laqueū suum Immo vo bonū magis hitare in adiutorio altissimi: vt per enim possit laqueus euitari.

De quarto versu. Sermo quartus.



Capulis suis obumbrabit tibi. Confitenti humiliter et deuote grās referenti: non immerito ampliora beneficia promittuntur. liii Nam qui fidelis inuenitur in modico: iure cōstituitur sup multa: sicut ecōtrario accipiēdus indignus est qui fuerit de acceptis ingratus. Itaque deuote illi gratiarū actioni respōdet spūs: nō id solū inquiens faciet: sed et scapulis suis obumbrabit tibi. Credo in his scapulis geminam pmissionē dn̄i intelligendā: vite. s. eius que nūc est pariter et future. Si enim solū promitteret regnū: et in itinere deesset viaticū: oīno conquererentur hoies et respōderent. Magnū quidē est quod pmittitur: sed perueniendi illuc nulla facultas datur. Propterea qui post hoc seculū vitā pmisit eternā: ipse dandū etiā in hoc seculo cētuplū pro uidentissima pietate pmisit. Quid iam excusationis habes o ho? Profecto obstructum est os loquētiū iniqua. Quid plus afferet inimicus ad tētandū: nisi quia longa futura est via tua? Et si grandis tibi restat via: cur hoc timeas cui fortis cibus datur ne deficere possis i via? Heli e vtique cibus oblatus ē ab angelo: quo nullus in humana consuetudine vilior inuenitur scilicet panis et aqua tanta tamen in eo fortitudo collata est: vt

quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec esuriret. Uis tibi hunc cibū ab angelis ministrari? Mirū valde si nō vis. Q si cibum hunc desideras ⁊ angelica ministeria non supba sed humili magis ambitione requiris: audi quomō scriptū sit de dn̄o: quia tentante diabolo ⁊ suadente vt de lapidibus faceret panē restitit ⁊ dixit: nō in pane solo viuit homo sed in omni verbo qđ procedit de ore dei. Deinde tentationibus supatis ⁊ tentatore fugato: accesserunt angeli ⁊ ministrabant ei. Et tu ergo si uis habere ministeriū angelorū fuge ꝯsolationes seculi ⁊ tentationibus resiste diaboli. Renuat cōsolari anima tua in aliis: si vis in dei memoria delectari. Cum esuris currere suadet ad panem: at tu potius audi dicentē: non in solo pane viuit hō. Cur enim tanta varietate distraharis vt modo cibum: modo potū modo vestē aut lectum nisi p sola corporis sustentatiōe necessaria reqras? qui in vno verbo dei potes hec omnia inuenire? Manna est enim omnē saporē habens ⁊ odoris delectationem: requies est vera ⁊ sincera suauis ⁊ salubris iocunda ⁊ sancta. Hec est promissio vite presentis. Nam promissionē future quis explicet? Si expectatio iustorum leticia ⁊ tanta leticia vt omne qđ desideratur in seculo ei non valeat cōparari? ipsum ꝙ expectatur qd erit? Oculus non vidit deus absqꝫ te: que pparasti diligētibus te. Sub his itaqꝫ scapulis quattuor nobis beneficia cōferunt. Sub his enim abscondimur sub his ab incursu accipitrū ⁊ miluorꝝ protegimur: q̄ sunt aeree potestates: sub his vmbraculū salubre refrigerat nos ⁊ repellit nimiū solis feruorem: sub his quoqꝫ alimur ⁊ fouemur. Ait enim propheta in alio psalmo: Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo in die malorum idest dum adhuc dies mali sunt: ⁊ in terra aliena sumus que data est in manus impii in qua non est regnū pacis nec deus pacis regnat in ea Nam si regnat? quid est ꝙ orantes dicimus adueniat regnum tuum. Necesse igitur est interim abscondere siquid habemus boni quoniā thesaurum regni celorū qui inuenit hō abscōdit. Propter hoc etiā corplait i claustris ⁊ i siluis abscōdimur. Et si scire vultis quātū i hac absconsione lucramur: credo nullū hic eē q si qrtā ptē eorū q̄ facit i sclo actitaret nō adoraret vt scūs? n̄ reputaret vt angelus: nūc aūt quotidie tanqꝫ negligēs arguit ⁊ increpat. Paruūne hoc lucrū ducitis? ꝙ nō reputamini sci anteqꝫ sitis? An nō timetis ne forte hic vili mercede recepta: i futuro mercedē nō habeatis Necessaria igit ē hec abscōsio: nō solū an oculos aliorꝝ: sꝫ etiā multo magis an teipꝫ Hoc.n.hꝫ dn̄ica illa sn̄ia: cū feceritis oīa q̄ pcipiunt vob: dicite serui iutiles sumus q̄ debuim⁹ facē fecim⁹. Ue eni nob si nō fecissem⁹. Et hec ē vtiqꝫ magna vt⁹ ⁊ sūma securitas? qn̄ ⁊ pie viuis: ⁊ tn̄ plus attēdis q̄ desūt tibi qꝫ q̄ obtinuisse videris: oblit⁹ q̄ retro sūt ⁊ extendens te ad anteriora. Hec igit ē abscōsio quā sub scapulis dn̄i pstari dixeram⁹? qualis forsitā fuit obumbratio illa q̄ marie fcā ē a spū scō: ad celādū videlicet tam incōprensibile sacramētū. De ptectiōe quoqꝫ idē iste pph̄a ait: Obūbrasti sup caput meum in die belli. Sicut eni videns venientē accipitrem mater expandit alas suas: vt pulli subeant: ⁊ habeant tutū refugium? sic nobis parata ⁊ quodāmodo dilatato sinu extēsa est sūma illa ⁊ ineffabilis pietas dei nr̄i. vn̄ ⁊ sup dixit Qm̄ refugiū meū es tu. Jam vo sub ipsis qꝫ scapulis et vmbraculū salubre ⁊ ptectionē habemus. Sicut eni sol iste corporeus licꝫ bonus sit ⁊ valde necessari⁹? tn̄ ⁊ feruor ei⁹ si tēperat⁹ non fuerit infirmo capiti: ⁊ splendor infirmis oculis nocet: nec est solis culpa: sed infirmitatis: sic etiaꝫ sol iustitie est. Un̄ dicit Noli nimiū eē iustus. Nō ꝙ iustitia bona nō sit: sed qr dū adhuc infirmi sumus oportet ipsam nobis bonā gratiā temperari: ne forte elationis aut indiscretionis vitiū incurramus. Quid eni est ꝙ incessanter orātes ⁊ supplicantes? non possumus ad eam quam desideram⁹ abundantiam gr̄e peruenire? Putatis quia auarus aut inops factus sit deus? impotens aut inexorabilis? Absit hoc prorsus absit: sed ipse cognouit figmentū nostrū: ⁊ scapul' suis obumbrat

vobis. Non tñ ppterea a petitione cessandū ē: qꝛ etsi nō dat ad satietatē dat ad sustētationē: ꝛ si cauet nobis a feruore nimio tñ fouet nos tanq̄ mater calore suo. Hoc est enī quartū qd̄ diximus: sub scapulis ei⁹ nobis prestari vt tanq̄ pulli in calore materni corporis foueamur: ne foris vagātes moriamur refrigescēte nimirū charitate dī q̄ non diffundit in nobis nisi p spiritū sanctū qui datur nobis. Sub his igitur pēnis ei⁹ securus sperabis: vt videlicet de exhibitione presentiū nimirū firma sit expectatio futurorū Amen.

¶ De pma pte qnti versus eiusdē psalmi Scuto circūdabit te vitas ei⁹ Sermo qnt⁹

liiij  Scuto circūdabit te veritas eius. Uigilate ꝛ orate: vt non intretis in tentationē. Et qs hoc dixerit scitis: ꝛ tempus scitis. Dn̄i enim est verbum istud instante iam passione sua. Et attendite qm̄ ipse quidē erat passurus ꝛ nō discipuli: nec tamē pro se dicebat orandum sed pro illis. Unde ad petrū ait. Ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: et tu aliquando couersus cōfirma frēs tuos. Si tantuʒ illis oportebat timere in passione dn̄i: quātū nobis timēdū est frēs in passione nostra? Uigilate itaq̄ ꝛ orate vt non intretis in tentationē: quoniā vndiq̄ circūdati estis tentationibus: vnde ꝛ legitis quia tentatio est vita hominis sup terram. Itaq̄ si tot tentatiōibus plena est vita nostra vt non imerito tota ipsa tentatio debeat appellari: peruigili circūspectione opus est ꝛ oratione ne iducamur in eā Unde est ꝛ illud i orōne dn̄ica: ꝛ ne nos inducas in tentationē? Quia ergo sic circundatus es tentationibus scuto circundabit te veritas ei⁹: vt queādmodū vndiq̄ bella ita vndiq̄ sint ꝛ psidia In quo ꝛ oino illud manifestū est spiritale scutū esse oportere: qd̄ circūdare pōt. Ueritas autem circundat: quia verax qui promittit: ꝛ sic exhibet vt promittitur. Fidelis deus ait aplus qui non patietur nos tentari supra id qd̄ potestis. Nō incōgrue sane scuto cōparat grā diuine ptectiōis: qd̄ in supiori pte amplū ꝛ latū ē: vt caput humerosq̄ custodiat in inferiori vō stricti⁹ vt min⁹ oneret maxime q gratiliores sint tibie nec tā facile vulnerent: sed nec adeo periculosum sit illis i ptib⁹ vulnerari. Sic oino militib⁹ suis xp̄s ad inferiora tuenda. i. carnē magnā: vt ita dixerim strictitatē atq̄ penuriā rex tpaliū donat: nec vult eos illax multitudine pregrauari: sed vt victū ꝛ vestitū habētes quēadmodū ait apl's his ɔtēti simus: in supiorib⁹ vō ampliorē latitudinē: ꝛ abundātiaʒ grē spūalis. Sic enī habes. Primuʒ queri te regnū dei ꝛ iusticiā ei⁹: ꝛ oīa adijciētur vobis. De victu vtiq̄ ꝛ vestitu añ dixerat nō debere solicitos eē. Nam ꝛ hec ipa nobis pr̄ nr̄ celestis benignissima pietate ministrat ob duplicē. f. cāʒ: ne vel oino crederem⁹ infensum si ista negaret: ꝛ sic desperarem⁹ vel illorū nimia solicitudo spūalis exercitij fieret detrimētū. Siue his enī: neq̄ viuere neq̄ deo seruire est. Cetex quanto stricti⁹ tāto meli⁹. Itaq̄ scuto circūdabit te veritas ei⁹: nō timebis a timore nocturno: a sagitta volante in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incursu ꝛ demonio meridiano. He sunt quattuor tētationes: quibus vndiq̄ circūdati necesse habem⁹ circūdari etiaʒ scuto dn̄i: vt sit nobis a dextris ꝛ a finistris ante ꝛ retro. Hoc enī premonitos vos eē volo: neminē sup terrā absq̄ tētatione victurum: vt cui forte tollitur aliqua alterā securus expectet: aut forte non securus: sed pauidus magis: ꝛ sic petat ab ea liberari: vt nunq̄ sibi in corpore mortis hui⁹ libertatē pfectaʒ seu requiem audeat polliceri. Qua i re ɔsiderāda nob̄ ē tā benigna erga nos diuine dispēsatio pietatis: vt quibusdā nos tentationib⁹ patiat diutius occupari: ne forte piculosiores occurrāt: ab aliquib⁹ vō citius liberet vt possimus in alijs qs nob̄ vtiliores fore puidet exerceri. Uerū ɔsiderādū nob̄ est: sʒ nō mō q̄ sint q̄ttuor iste q̄s hic ponit. Credo enim q ꝛ h̄ ordine q̄ h̄ numerant ɔtra eos q coūertuntur insurgunt: ꝛ velut pncipes sunt omniū tētationū.

¶ De vltima parte eiusdē versus. Nō
timebis a timore nocturno. ⁊ sexto versu.
A sagitta volāte i die a negotio pambulan
te in tenebris: ab incursu ⁊ demonio meri-
diano. Sermo sextus.



lv Olet i diuinis
scripturis aduersitas ↄ̄signa
ri p noctē: ⁊ scimus q꞉ aduer
sus eos q ↄuertunt ꝑmū esse
certamē de molestijs corpis ↄ̄sueuit. Caro
enim hacten⁹ indomita castigari ⁊ in serui
tutē redigi nequaꝗ̄ equanimiter patit: sꝫ
adhuc memor recenter perdite libertatis
acrius ↄcupiscit aduersus spm̄: maximeqꝫ
in his penis in qb⁹ estis vos quottidie mo
riētes: imo v̄o morte affecti tota die: q̄ ⁊ su
pra vires sunt ⁊ vltra naturam ⁊ ↄtra ↄ̄sue
tudinē vestram. Quid igit mirꝫ si turbant
ista maxime eos q necdū ↄ̄sueuerūt necdū
satis in pmptu hn̄t recurrere ad orōnē: ad
meditationes scās refugere: vt sic releuet
pōdus diei ⁊ estus? Necessariū plane ē no
bis inter ipa nr̄e ↄuersiōis initia scutū dn̄i
vt non timeam⁹ a timore nocturno. Bene
aūt dicit nō timendū a timore nocturno: ⁊
nō dicit a nocte: q꞉ nō ipa afflictio tētatio
ē: sꝫ magis timor ipsius. Naꝫ ⁊ oēs labora
mus cū tn̄ nō oēs inde tētemur: ⁊ q tentāt
mlto magis a timore future pene qꝫ p̄ntis
dolore ledunt. Quia ergo timor ipe tenta
tio ē: ↄgrue dictū ē ei q circūdat scuto dn̄i
ꝙ a tētatiōe hac nō timebit. Forte ipugna
bit: forte tētabit: forte timebit noctē: sꝫ nō
ei timor iste nocebit. Magis aūt si nō fue-
rit dn̄atus: tūc imaculat⁹ erit: ⁊ emūdabit
sicut scriptū ē: q꞉ territi purgabunt. Cami
nus ē timor iste: sed vt examinet nō exurat
veritas facit. Nocturnus plane ⁊ tenebro
sus timor: sed facile hūc radi⁹ veritatis ex-
uperat. Ingerit eni oculis cordis nūc qdē
pctā q̄ fecim⁹: vt queādmoduꝫ de se pp̄ha
ait: Etiā nos in flagella pati sum⁹: anūciā
tes iniqtatē nostrā ⁊ cogitatōes p pctō no
stro: nūc v̄o eterna supplicia q̄ meruimus:
vt i coꝝ cōpatiōe q̄ euadim⁹ vniuersa q̄ pa
timur delitias cōputem⁹: nunc quoqꝫ cele
stia p̄mia ad q̄ tēdim⁹: crebro videlicet me
morās: qm̄ nō sunt ↄdigne passiōes huius
tpis ad futurā gloriā q̄ reuelabit i nobis:
nūc etiā ea q̄ p nob̄ ptulit xp̄s: vt crebro cō
siderātes quāta sustinuit illa maiestas p i-
utilib⁹ huis: erubescam⁹ nō sustinē vl̄ pua
p nob̄. Sꝫ forte p̄ualuit veritas p̄serti tam
mltiplex: ⁊ vsqꝫ q̄qꝫ circūdās nō repellere
mō: sed etiā expellē penit⁹ hꝫ timore. Nox
recessit: vt fili⁹ lucis ⁊ diei honeste ābulās
time sagittā. Leuit volat: leuit penetrat: sꝫ
dico tibi nō leue īfligit vuln⁹ cito īterficit.
Nimirꝫ sagitta hec: vana glīa ē. Nō ē vn̄ i-
pugnet hec pusillanimes ⁊ remissos q fer
uētiores eē videt: ipi sibi caueāt: ipi sibi pa
ueāt i hac pte: nihilomin⁹ adhuc soliciti n̄
deserere scutū iexpugābile veritatis. Quid
n. aliud tam ↄ̄riū vanitati? Nec sane huic
opponēda sagitte secreta illa ⁊ quodāmō i
tima veritatis exigim⁹: nam semetidaꝫ no
uerit aīa: de se teneat v̄itatē. Difficile pror
sus ni fallor hō v̄bis laudātiū hoieꝫ i vita
sua abduci poterit altum sape: si sese int⁹ ad
lucē veritatis solicita ↄ̄sideratiōe discutiat
Nōne. n. si ppriā cogitet ↄditionē: dictur⁹
ē sibi: qd supbis terra ⁊ cinis? Nonne si p
priā ↄ̄sideret corruptioneꝫ: fateat necesse ē
qm̄ nō ē i eo bonuꝫ: Sꝫ ⁊ si forte aliqd hr̄e
videt: nō inueniaꝫ puto qd̄ rn̄deat aplo di
cēti: Quid hēs qd̄ n̄ accepisti. ⁊ alibi: Qui
stat: videat ne cadat. Postremo si fideliter
cōputet: facile illi erit aduertē ꝙ nec cū de
cē milib⁹ venit ad se ⁊ oēs iusticias suas tā-
qꝫ pānū mēstruate reputari. Eadē qꝫ veri
tas: ⁊ eis nihilomin⁹ opponēda ē tētatōib⁹
q̄ sequunt. Neqꝫ. n. vel sic ↄ̄sistit hostis an-
tiqu⁹: sꝫ ad calidiora forte ↄuertit argumē
ta. Firmā pbauit vtroqꝫ latē turri: non est
ꝙ vl̄ a sinistris pusillanimitate timoris vel
a dextris eā humanis ↄcutē laudib⁹ i vtra
qꝫ iā molitiōe frustrat⁹ attētet. Sꝫ si virib⁹
inqt deijcē nequeo: forte decipe possū ali-
cui⁹ ingenio pditoris. Quis putas erit hic
pditor? Plane cupiditas radix iniqtatis:
ambitio subtile malū secretū vir⁹ pestis oc
culta: doli artifex: mr̄ hypocris: liuoris pa-
rēs: vitioꝝ origo: criminū fomes: virtutuꝫ
erugo: tinea scitatis: excecatrix cordiū: ex
remedijs morbos creās: generās ex medi

cina langorē. Cōtēpsit vanā gloriā ait qm̄
vana est: forte solidi⁹ aliqd affectaret: forte
honores: forte diuitias: quātos h̄ negociū
pābulās i tenebris trudi fec̄ i tenebras ex
teriores: veste spoliās nuptiali etiā virtutū
exercitia fructu pietatis euacuās: quātos
h̄ pestis neqter supplātatos turpit̄ q̄z deie
cit: vt ceteri qq̄z q̄s latuit occultus effossor
subitā expauescerēt ad ruinam. Quid v̄o
hūc vermē fouet aliud q̄z mētis alienatio:
z obliuio veritatis? Aut qd nisi veritas p
dēdū hūc inuestigat pditorē: z negociū ar
guit tenebrarū? Nimirū hec ē q̄ dic̄: Quid
pdest hoī si mūdū vniuersū lucret̄: se aūt
pdat z detrimētū sui faciat? Et itē potētes
ait poteter tormēta pacient̄. Hec ē q̄ sedu-
la suggestiōe reducit i mētē q̄z sit i ambitu
friuola ꝯsolatio: q̄ue iudiciū: vsus breuis:
finis ignot⁹. Huc vsq̄z tētatiōes dn̄i: q̄rtaz
inimic⁹ non p̄sumpsit afferre. Illa enim de
ignorantia est: nec dubitabat sapiētissimū
qui sic moderabat̄ responsiones suas: vt i
nullo vnq̄z posset dephēdere quod que-
rebat. Prima siquidem tentatiōe esuriēti
suadebat de lapidib⁹ panē facere: sz ille nec
posse nec nō posse r̄ndēs cibū aliū pretēdit
dicēs Nō i solo pane viuit hō: sz in oī v̄bo
qd̄ pcedit de ore dei. Secūda v̄o tētatione
precipitiū suadebat: pmittēs q̄ nō lederet̄
si filius dei esset: z sic vidēs omnis ciuitas
laudaret eum z magnificaret: z non esse se
nec non esse respondit. Tertia de ambitio-
ne fuit: qn̄ omnia regna mundi promisit: si
cadens adoraret eum. Videsne q̄ ambitio
nis via adoratio diaboli est: quā videlicet
ad honores z gloriam mundi peruenien-
dum suis ille adoratoribus pollicet̄. Quar
ta vt dixi tentatione apud eum abstinuit:
cuius nimirum tantā esset expertus prudē
tiam in responsis. Quid autem aduersus
alios faciat: quos videt omnimodis dili-
gere iustitiaz: z odisse iniquitatem? Quid
nisi vt iniquitatem palliet virtutis imagi-
ne: Quos enī perfectos boni nouerit ama
tores: malū eis sub specie boni: nec medio-
cris sed perfecti persuaderi conat̄: vt cito
cōsentiat q magnope diligit bonū: z facile
qui currit incurrat. Hoc igit̄ est demoniū
non modo diurnū sed etiā meridianū. An
non hoc timuit maria: quando ad nouā sa
lutationem expauit? An hoc non insinua-
bat apl̄s cum diceret: non enim ignoram⁹
cogitationes eius ipse eniz angelus satha-
ne transfigurat se in angelū lucis? An non
deniq̄z hoc ipsum metuebant discipuli: qn̄
videntes dn̄m sup mare ambulantem cla-
mauerūt putantes fantasma esse? Et vide
q̄z bene cōgruit q̄ quarta vigilia fuisse di-
citur: quando ꝯtra tentationem quartam
vigilasse discipuli perhibentur. Nec vero
in re manifestissima nostro arbitror opus
esse eloquio: q̄ videlicet sola sit veritas q̄
palliatam detegit falsitatē. Quattuor has
tentationes etiaz in generali statu ecclesie
haud difficile diligens cōsiderator inueni
et. Nonne enim timor nocturnus exerce-
bat nouellam adhuc ecclesie plantationez
quando omnis qui occideret seruos dei
arbitrabatur obsequium se prestare deo?
Demum psecutione cessante z die reddi-
ta turbauit eam graui⁹ z afflixit sagitta vo
lans: quando exierunt aliqui de ecclesia in
flati spiritu carnis sue inanis et volatilis
glorie cupidi: et volentes facere sibi no-
men: linguas suas magnificando diuersa
z puersa dogmata fabricarunt. Ad nunc q
dem pax a paganis: pax ab hereticis: sed
non est pax a falsis filijs. Multiplicasti gē-
tem dn̄e iesu sed non magnificasti letitiam
qm̄ multi vocati pauci vero electi. Omnes
christiani: z omnes fere que sua sunt que-
runt: nō que iesu christi. Ipsa quoq̄z eccle-
siastice dignitatis offitia in turpem questū
et tenebrarum officium ransiere: nec in
his animarum salus sed luxus queritur
diuitiarum. Propter hoc tondentur: pro-
pter hoc frequentant ecclesias: missas ce-
ebrant psalmos decantant. Pro episcopa-
tibus z archidiaconatib⁹ impudenter ho-
die decertat̄: vt eccl̄iarū reddit⁹ in supfllui
tatis z vanitatis vsus dissipent̄. Supest iā
vt reuelet̄ hō pcti fili⁹ pditionis demoniū
nō mō diurnū sz etiā meridianū: qd̄ nō so-
luz trāsfigurat̄ in angelū lucis sed extollit̄
sup omne qd̄ dicit̄ de⁹ aut qd̄ colit̄. Nimi-
rū insidiat̄ crudelius calcaneo mr̄is ecclie

a qua caput suũ dolet esse cõtritũ. Hic pla
ne grauissim⁹ erit incursus: sȝ ab hoc quo-
qȝ ecclesiã electoꝝ veritas liberabit ꝑpter
eos breuians dies: ꝛ demoniũ meridianũ
destruẽs illustratiõe aduẽtus sui. Et hec q
dẽ dicta sint de tẽtationib⁹ istis. Nã ꝛ i ser
mone quodã sup cãtica canticoꝝ: memini
me sup his tractasse similiter cum meridia
ni huius demonij mentio incidisset: ex oc
casione .s. meridiani accubitus spõsi quem
sibi sponsa petierat indicari.

¶ De versu septimo. Cadent a late-
re tuo. Sermo septimus.

lvj Ã spe viuimus
frẽs nec deficimus in tribula-
tiõe pñti: qꝛ in expectatione si
mus indefectibiliũ gaudioꝝ.
Neqȝ enim vana nobis hec expectãtibus
aut dubia spes videt̃: innixa nimiꝝ eterne
ꝓmissiõibus veritatis. Deinde etiã ex per
ceptiõe ꝑsentiũ muneꝝ firma ẽ expectatio
futuroꝝ: ꝛ pñtis grẽ virt⁹ nimis credibilit̃
attestat̃: felicitatẽ ꝓmisse glorie sine dubio
secuturã. Nẽpe dñs virtutũ ipe ẽ rex glo-
rie: ꝛ in hymno quoqȝ eundẽ: Uotis voca
mus patrẽ ꝓhẽnis glorie patrẽ potẽtis grẽ
cui etiã in psalmo canim⁹: Quia misericor
diã ꝛ veritatẽ diligit deus: gratiã ꝛ gloriã
dabit dñs. Uiriliter ergo sustineat in hoc
seculo pietas colluctationẽ: ꝛ ꝑsecutionem
quãlibet equanimiter patiat̃. Quidni tol
leret oĩa que ad oĩa valet: ꝓmissionem ha
bẽs vite que nũc ẽ ꝛ future? Repugnet for
titer impugnãti: qꝛ ꝛ repugnanti ꝓpugna-
tor aderit indefessus: ꝛ triũphanti non de-
erit largissimus remunerator. Scuto inqt
circũdabit te veritas eius. Necessaria pla
ne ĩsupabilis ꝓtectio veritatis: nec modo
interim in carne degẽti sed ꝛ postmodũ ex
eunti: ꝛ nunc quidem ob periculosos con
flictus tunc vͦo ob monstruosos occursus
spirituum malignorum. Nempe ꝛ sanctissi
maꝫ illam gloriosi martini animam voluit
pars inimica nocere: ꝛ cruenta bestia sciẽs
qꝛ modicum iam tempus haberet toto ꝑ-
fecto insania malitie ĩfatigabil̃ nõ ẽverita
ꝓpe assiſtẽ ei quoqȝ ĩ quo nihil hẽbat. Im
mo vͦo ad ipꝫ etiã glĩe regẽ accedere impu
dẽtissima temeritas ꝑsũpsit: sicͭ ipe testat̃.
Uenit .n. ꝑnceps hui⁹ mũdi: ꝛ in me nõ hꝫ
qcqȝ. Felix aĩa q̃ sic interim tẽtationũ iacu
la scuto reppulerit veritatis: vt nil ꝓrsus ve
nenatũ i se ꝯualere passa oĩno nõ ꝯfundat̃
cũ loquet̃ inimicis suis ĩ porta: nihil in me
funeste repies. Felix quẽ sic circũdat clipe
us veritatis: vt ĩtroitũ qͣꝫ ꝛ exitũ ei⁹ custo
dia: exitũ vtiqȝ ab hac vita ꝛ ĩtroitũ in fu-
turã: quo videlicet nec moliat̃ a tergo: nec
a facie mali qppiã inimicus intẽtet. Siqui
dem oĩno opus erit illic custode: opus erit
duce fideli: opus erit ꝯsolatore magno pro
pter horribiles illas visiões: non minus qͣꝫ
hic adiutore ꝛ ꝓpugnare cõtra inuisibiles
tentatores. Glorificate itaqȝ dilectissimi ꝛ
portate interim xp̃m in corꝑe vestro: on⁹
delectabile suaue pondus sarcinã salutarẽ
ꝛ si ꝑmere aliqñ forte videt̃ etiã si interdũ
latera tundit ꝛ flagellat recalcitrantẽ: etiaꝫ
si qñ in chamo ꝛ freno maxillas cõstringit
ꝛ cohercet oĩno feliciter. Esto vt iumentũ
q saluatorẽ portas: sed nõ tñ penitus iumẽ
tũ. Homo inqt cũ in honore eẽt nõ intellexit:
cõparatus ẽ iumẽtis insipiẽtib⁹: ꝛ simil̃ fa
ctus ẽ illis. Quid enim tãtoꝑe vel plangit
ꝓpheta vel arguit in hoĩe similitudinẽ iu-
mẽtoꝝ: ꝑsertim q alio quodã loco de se lo-
qui ꝛ dicere deo nõ sine gratulatiõe videt̃
vt iumẽtũ factus sum apud te: ꝛ ego semꝑ
tecũ? Puto ĩmo non puto sed scio similitu
dinẽ aliquã iumẽtoꝝ homini cõmẽdari: sꝫ
plane nõ eã que in nõ intelligẽdo ꝛ in insi-
piẽtia: sed que in paciẽtie imitatiõe ꝯsistat
Neqȝ enim succẽsentis similiter sed ne plã
gẽtis qdẽ videret̃ vox si dixissꝫ: Homo cũ sub
dei onere eẽt nõ recalcitrauit vt iumẽtum
factus ẽ apud deum. Quis non illi iumẽto
plurimũ inuideret: cuius in humili tergo
ad cõmẽdationẽ ineffabilis sue mansuetu-
dinis dignatus ẽ sedere saluator: si cum il-
lius tam preciosi oneris gestatione intelli-
gentiam quoqȝ tã singularis habuisset ho
noris? Ut iumentũ igit̃ esto minime tñ iu-
mentũ: patienter quidẽ sustinẽs onus: sed
honorem intelligens sapienter: ꝛ delecta-
biliter cogitans tã ipsius oneris qualitatẽ

q̄ꝫ propriaꝫ vtilitatē. Magnus ille ignati⁹
discipuli quē dn̄s diligebat adiutor ꝛ mar-
tyr noster: cuius preciosis reliquijs nostra
est ditata paupertas: mariaꝫ in plurib⁹ q̄s
ad eam scribit epistolis christiferā consalu
tat. Egregi⁹ plane titulus dignitatis: ꝛ cō-
mendatio honoris imensi. Nempe cui ser-
uire regnare est: gestare hunc non onerari
est: sed ornari. Ceterum non ei de quo loq̄-
bamur saluatoris asello veredū vllatenus
videbatur: ne forte sub illa tali sarcina de-
ficere posset in via. An v̉o timendus ei aut
luporum incursus: aut raptoruꝫ occursus?
vel precipiciū seu periculum aliquod? sub
tanto preside metuendum. Felix qui sic tu
lerit christum: vt a sancto sanctorum in san
ctam ciuitatem mereatur induci. Non est
omnino q̄d timeat: ne vel ī via quodlibet
offendiculum vel repulsam in ianua patia
tur. Illi nempe iumento viam parabant fi
deles populi: huic angeli sancti: quoniam
angelis suis mandauit de te: vt custodiant
te in omnibus vijs tuis: ne forte offendas
ad lapidem pedem tuū. Sed non sunt hec
preoccupāda modo series magis ipsa scri-
pture expositionis ordine sequēda est. Ca-
dent inquit a latere tuo mille: ꝛ decem mi-
lia a dextris tuis: ad te autē non appropin-
quabit. Hic enim versus hodie nobis tra-
ctandus est non ignoratis. In precedenti
sane capitulo: quod nouissime tractabatur
dictum est si recolitis quemadmodum a
quattuor quibusdam maximis equidē gra
uissimisq̄ꝫ tentationibus huius vite prote-
ctio liberaret veritatis: videlicet a timore
nocturno. a sagitta volāte in die: a negocio
perambulante in tenebris: ab incursu ꝛ de
monio meridiano. Q̄d ergo sequitur Ca-
dent a latere tuo mille: etiaꝫ future magis
vite arbitror assignandum. Unde ꝛ in p̄n-
cipio sermōis huius meministis adhuc ni
fallor: quod sententie meminimus aposto-
lice: qua videlicet valere ad omnia pietatē
vite quoq̄ꝫ eius que nunc est: ꝛ future pro-
missionem habere commendat. Audite er
go ꝛ audite ī letitia cordis vestri: quod ad
future vite promissionem: ꝛ vestram expe-
ctationem pertinere videtur. Ubi eniꝫ est
thesaurus vester: sit ꝛ cor vestrum. Et qui-
dem studiose audistis presentia non sum
immemor: sed studiosius decet audire fu-
tura. Naꝫ ꝛ pseudo propheta balaam dico
recolite qui historias nostis? ꝛ ip̄e inquam
iniquus iustorum optabat mortem: ꝛ nouis
sima sua horum similia fieri precabat. Tā-
tus est pietatis fructus: tanta iustitie mer-
ces: vt ne ab ipsis quidem non desiderari
queat impijs ꝛ iniustis. Minus tamen de-
lectat canticū syon salices babylonis. Sus-
pendenda proinde organa apud eos: lamē
tandum magis super flumina babylonis:
si forte persuaderi eis possit vt plangant.
Hic plane mihi cantandum est: vbi nō de
erunt qui tota alacritate spiritus saltēt ad
vocem psalterij ad canticum syon: ꝛ vehe-
mentia quadam sacri desiderij ad eam ge-
stiant preuolare dicentes: Quis dabit mi-
hi pennas sicut columbe? ꝛ volabo ꝛ requi
escam? Quid enim aliud exultare? q̄ꝫ ex se
ip̄o saltare est? Minus sapit his qui medio
periclitantur in mari: iactant vndis: agun
tur fluctibus: quamlibet fauorabile sit: q̄d
de remoti ꝛ prope iam desperati trāquilli-
tate seu amenitate littoris nunciatur. Sed
nec ad eiusmodi pertinet animaꝫ quod ho
die nobis propositum est: neq̄ꝫ enim talis
quispiam adhuc meretur audire Cadēt a
latere tuo mille: ꝛ decē milia a dextris tuis
Memento cui facta sit hec promissio: nem
pe ei qui habitat in adiutorio altissimi: in
protectione dei celi cōmoratur. Audiat igi
tur is qui salutis portui cogitatione iam et
auiditate propinquat? qui preiactata velut
quadam anchora spei sue terre illi deside-
rabili inconuulsibiliter inhesisse videtur:
cunctis diebus quibus nunc militat expe-
ctans donec veniat immutatio sua. Preci-
pua sane ꝛ certissima propinquatio portus
huius: hec ipsa ī qua positi estis exitus pre-
paratio est: vocationis videlicet iustifica-
tionisq̄ꝫ diuine. In his nempe duobus fi-
delis quedam est constituta connexio ve-
lut cuiusdam eternitatis ad eternitatem:
id ē magnificatiōis ad p̄destinationē: q̄ri
eq̄dē sic̄ p̄destinatio nullo p̄cisa p̄ncipio:
sic ꝛ magnificatio nihilominus nullo vnq̄ꝫ

fine clandēda. Ne vo eā quā dixim⁹ qsi gemine huius eternitatis mediam connexionem esse putes nostre adinuentionis: apostolum audi si non tibi eandem manifesti⁹ ipse commendat. Quos prescuit ꝛ predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: Quomodo putas: aut quo ordine magnificabitur? Siquidem que a deo sunt ordinata sunt. Nam a predestinatione ad magnificationem: saltu quodaꝫ perueniens repentino? Proinde tibi medium pontem: aut magis ingredere iam paratuꝫ. Quos predestinauit inquit: hos ꝛ vocauit. Quos autem vocauit: illos ꝛ iustificauit. Et qs iustificauit: illos ꝛ magnificauit. Hec via equidem bona videtur nonnullis hominibus: sed ꝛ bona est: nihil super eius fine timendum. Nō tibi sint vie huius suspecta nouissima: perge securus: tanto viuidi⁹ qnto certius ea iam propinquare videntur. Nempe tenes media: quomodo non nouissima propinquarunt? Agite inquit penitentiam: appropinquabit enim regnum celorum. Sed regnum inquies celoꝝ vim patitur: ꝛ violēti rapiunt illud. Nullus mihi ad hoc nisi per medios hostium cuneos patet accessus: in itinere medio sunt gigantes: in aere volitant: obsident transitum obseruant transeuntes. Attamen fiducialiter age: ne timeas. Magni sūt: multi sūt: sed cadent a latere tuo mille: ꝛ decem milia a dextris tuis. Cadent vndiqꝫ: nunqꝫ tibi deinceps nocituri in perpetuū. Parum est: non appropinquaturi. Et quidem videbit peccator ꝛ irascetur: sed a latere veniet⁹ qꝛ videlicet preueniat te misericordia dei tui: eadem quoqꝫ nihilomin⁹ misericordia etiā subsequetur: ꝛ introitum videlicet tuum: quem supra meminimus: ꝛ exitum tuū custodiens. Alioquin quid in illo tam terribili spiritualium nequitiaruꝫ occursu humani posset consistere sensus: quod non intolerabili concuteretur horrore? Quid putatis fratres: si vl' vni alicui e tam multis pncipibus tenebrarū in medium nostri irruere: ꝛ in tota feritate sua ac tenebrosi enormitate corporis apparere liceret: quis illū posset vel corporis sensus sustinere vel cordis? Deniqꝫ ante hos paucos dies ipsi scitis vnū quendam ex vobis ꝛ prius dormiētem: ꝛ postea excitatū tam grauiter fātasia nocturna turbare permissa ē: vt vix in die illa rationis compos vix potuerit esse securus. Etiam vos omnes pariter expauistis: cum territus ille terribilē nimis exclamasset in vocem. Erubescendum sane qꝫ vsqꝫ adeo fides in vobis vel dormientibus visa fuerit obdormisse: sed ad nostraꝫ sine dubio factum est admonitionem: vt tota sollicitudine meminerim⁹: aduersum quos nobis sit colluctatio: ne quando. s. aut ignari hostilis inuidie: aut protectioni diuine inueniamur ingrati. Ex hoc vehemētissimo siquidem proprij cruciatu liuoris in tantū prorupit malitia inueterata furorē: his presertim diebus sanctis acrius sese indicans vestra deuotione torqueri. Eodem sane tabescentis insanie zelo: sed licentia ampliori exeuntibus sanctis adest: non nisi a latere tamen. Neqꝫ enim vel occurrere iam a facie: quasi vim faciat: vel a tergo repere: tanqꝫ vt decipiat permittitur. Sed nec iuxta iter quidem de cetero scandaluꝫ ponet tibi: ad te enim non appropinquabit. Nō modo non attinget vt feriat: sed nec accedet vt terreat. Puto enim id verebaris ne forsitan grauis ad illas tam mōstruosas effigies: ꝛ laruarum tantam multitudinem facierum horror inuaderet: sed egregius tibi paraclitus ꝛ efficacissimus aderit consolator: ipse nimirum de quo legisti. Coram illo procident ethyopes: ꝛ inimici eius terrā lingent. Plane ad nihilum deducetur in conspectu eius malignus: sic timentes se glorificabit. Presente te domine iesu quātumlibet irruant hostes: immo non irruāt: sed ruant. Confluant vndiqꝫ: sed vt fluant ꝛ pereant a conspectu dei: quemadmoduꝫ fluit cera a facie ignis. Quid enim metuā deficiētes? Quid tremētes pauēā? Quid verear cadētes? Et si ambulauero i medio vmbre mortꝫ nō tiebo mala: dūmō tu mecū sis dñe de⁹ me⁹. Siqdē ptin⁹ aspirabit dies ꝛ iclinabūt vmbre: cadet hicinde pncipes tenebraꝝ. qs enī nunc qꝫ dū int malignaꝝ coꝝ occultasqꝫ suggestiōes p fidē adhuc: ñ

ꝑ speciē ambulamus fides tamē victoriosa
triumphat? quō non facilius ipsa iam tunc
propalate cognitio euidens veritatis cum
suis illis tenebrosis ferrugineisqꝫ imagini-
bꝰ exsufflabit? Nec causeris forte de nūero
vel ipsam saltem multitudinem verearis.
Memento sane ꝙ ad vnum saluatoris im-
perium ab obsesso iam ⁊ diu possesso vnius
hominis corpore demonum legio tota di-
scessit: ⁊ ne ipsos quidem ausa est nisi ab eo
iussa contingere porcos. Quanto magis ip
so duce quotquot fuerint vndiqꝫ cadent?
cum ingenti admiratione ⁊ confusione di-
centes que est ista que ascendit sicut auro-
ra consurgens: pulchra vt luna electa vt sol
terribilis vt castrorum acies ordinata? In-
trepidus itaqꝫ ⁊ omnino impauidus magis
aūt gratulabundus ⁊ laudans oculis tuis
considerabis: nec sane iam vel impugnatio
nem sustinebis vel furorem pauebis sꝫ ma
gis retributionem peccatorūꝫ videbis. Et
quideꝫ videntur sufficere hodie posse que
dicta sunt: sed adhuc aliquos vestrum non
nulla arbitror expectatione suspendi. Mo
uet eniꝫ studiosiores quosqꝫ ni fallor: quid
nam sibi velit ꝙ a dextris decem milia: a si
nistris vō mille perhibet eē casuros. Nam
latus sane quod simpliciter dicitur nō nisi
sinistrum hoc loco licere accipi puto? preser
tim ꝙ dextrum in continenti proprio desi-
gnetur ex nomine: ⁊ non sine certi ratione
mysterij a sinistris multos: sed mlto plures
a dextris casuros predixisse videtur. Nisi
forte quis tam hebes fuerit ⁊ insulsus: vt i
eo ꝙ dicitur mille ⁊ decē milia certam ex-
primi putet numeri taxationem ⁊ non ma-
gis superabundanteꝫ comparationē. Nos
enim non sic diuinas scripturas accipimus
sed neqꝫ ecclesia dei. Cadēt ergo a sinistris
quidem mille a dextris auteꝫ decem milia
ꝙ videlicet abundantiori malignitate ⁊ ve
lut copiosiore manu dextris insistere parti-
bus dextrum latus appetere consueuissent
Quod quidem si magnū illud ecclesie cor-
pus considerare libet? facile satis aduerti-
mus: longe acrius impugnari spirituales
ipsius ecclesie q̃ꝫ carnales: que nimirū duo

eius latera dextrum sinistrumqꝫ puto non
inconuenienter accipimus. Agit ergo hoc
sane superba semper ⁊ inuidiosa malicia ꝑ-
fectiores quosqꝫ vehemētiꝰ pulsatis: iuxta
illud esca eius electa. Et item. Absorbebit
fluuium ⁊ non mirabitur: habet autem fi-
duciam ꝙ ⁊ iordanis influat in os eiꝰ. Agit
inqꝫ sed non sine certa diuini dispensatioe
consilij: qui quidem nec imperfectiores su-
pra id quod possunt ferre tentari patit̄ fa-
ciens cum tentatione prouentum et perfe-
ctioribus non modo gloriosiores sed ⁊ nu-
merosiores parat ex hoste triumphos. To-
ta ergo pariter electorum ecclesia corona-
bitur: ꝙ vtraqꝫ parte sui legitime certaue-
rit: vtroqꝫ nimirum eorum tam potenter
interim ventilans inimicos vt paulo post
manifestius cadere videātur a latere eius
mille ⁊ decem milia a dextris ipsius. Sic ni
mirum olim iam quidem dauid profectio-
re virtute probata necdum vō propalata i
hierusalem reprobatione saulis canebat in
choro dicens. Percussit saul mille ⁊ dauid
decem milia. Sin autē ad singulos magis
placet hoc referri: non vobis deest nec in
hac parte quidem spiritualis intelligentie
via: dum modo propriam super hoc experi-
entiam consulatis. Longe siquidē amplio-
ri sollicitudine ⁊ calliditate mltiplici pars
aduersa vulnerare in nobis dexteram sata-
git q̃ꝫ sinistram: nec tam corporis profecto
q̃ꝫ cordis laborat auferre substantiā. Utrā-
qꝫ nimirum prosperitatem humano gene-
ri inuidere noscuntur? vtraqꝫ eos felicitate
fraudare contendunt ⁊ celesti videlicet et
terrena: sed longe amplius rore celesti q̃ꝫ
pinguedine terre. An vō incongrue hec di
xerimus duo latera quibus nimirum du-
plicem hominis substantiam constat inuiti
vos iudicate. Nam ꝙ spiritualia quidem
attribuimus bona dextere: sinistre vō car-
nalia minime prorsus vereor arguendum
presertim a vobis: quibus semper studij est
nec dexteram aliqñ sinistraꝫ: nec sinistram
dexteraꝫ reputare. Nec vō aliter vera qdē
sapientia probat: q̃ꝫ vt in sinistra diuitie et
glorie: in dextera autem sit longiturnitas

vite. Nam ⁊ hoc sane nullatenus expedit
ignorari: qua nam parte nobis vehemētius
instet peruicax hostiū mltitudo. Illic nēpe
studiosius repugnandū vbi grauior vrget
necessitas? vbi totum belli īminet pondus
vbi colluctationis ratio vniuersa consistit?
vnde nobis tota parat̄ aut victis ignomi-
niosa captiuitas: aut vincentibus gloria tri-
umphalis. Deniqꝫ propter hoc nunqꝫ ad
insipientiam vobis tundendum libere ad-
uersario videmini latus exposuisse sinistrū
vt dextrum perinde tota solicitudine con-
seruetis. Hec nimirum cōmendata a xpo
⁊ a christianis omnibus imitanda serpen-
tis prudentia est: vt caput solum toto si ne-
cesse fuerit corpore exposito tueatur. Hec
vera philosophia: hoc consilium sapientis
vt omni custodia seruetur cor: quia ex ipso
vita procedit. Hec deniqꝫ gratia ⁊ miseri-
cordia dei in seruos eius: ⁊ respectu in ele-
ctos illius: vt eorum interim sinistram qui-
dem velut dissimulans dextere semper stu-
diosius protector assistat. Hinc est qd̄ de se
ipso propheta testatur. Prouidebam dn̄m
in conspectu meo semper: quoniam a dex-
tris est mihi ne cōmouear. Nunquid ⁊ il-
lius manum dexteram ⁊ solam eum putas
dexteram tenuisse? cuius totam in faculta-
tem pariter ⁊ in carnem licere passus quic-
quid libere visum est inimico? verumtamē
animam inquit eius serua? Utinam mihi
semper a dextris sis iesu bone: vt semper te-
neas manum dexteram meam. Scio enim
⁊ certus sum: quoniā nulla nocebit aduer
sitas si nulla dominet̄ iniquitas. Tundea-
tur interim ⁊ tundatur sinistruꝫ latus? pul-
setur iniurijs: vellicetur obprobrijs? libens
illud expono dum a te custodiar: dum mō
sis ipse protectio super manum dexteram
meam. Forte enim horum qui a sinistris ca
suri sunt homines magis sunt intelligendi
qꝫ demones. Hi nimirum nobis nō nisi ob
temporalia quelibet aduersantur transito-
ria bona? que quidem aut nos habere in-
uidiosa malignitate suspirent: aut cupidi-
tate iniusta sese potius doleant non habere
Forte enim mundi huius conantur aufer-
re substantiam: forte fauorem hominum:
forte ipsam corporum vitam. Usqꝫ ad hec
humana seuire ꝑsecutio potest: anime enī
non habent quid faciant. Nam demones
quidem superna nobis ⁊ eterna potius in-
uidere noscuntur: non tamen vt sibi cedat
quod irreparabilit̄ amiserūt. Indignatur
⁊ liuore tabescit obstinata malignitas hu-
manam obtinere fragilitatem: quod reti-
nere ipsa non meruit. Sed ⁊ si quando for-
te temporalia cui vis damna aut inferre co
nantur aut gratulantur inferri: hec est eo-
rum tota molitio vt iactura exterior vel ei-
dem ipsi vel alteri occasio sit interne? sicut
eregione homines quotiens ea suadere no
bis aut quolibet modo efficere curāt vnde
dextera nostra ledatur: non hoc quidē ꝑn-
cipaliter agere sed temporale aliquod cui
vis prouenturum vel sibi scilicet vel nobis
vel alteri forte cuipiam: aut detrimentum
aut emolumentum exinde seu captare seu
pulsare velle vidētur: nisi forte eatenus qs
in demonem transiuit ex homine vt optare
vllo modo possit quālibet sibi inimicissimū
hominē eterna dānatiōe mulctari. Quid
nos miseri dormitam⁹ a spūali studio? quos
tam multipliciter insectatur nequitia spiri
tualis? Et pudor est dicere: ⁊ silere ꝓhibet
vis doloris. Quantos enim inuenire ē fra-
tres ex his quoqꝫ qui in religionis habitu
⁊ proposito degunt perfectionis? quos ter-
ribilis illa prophete sententia compreben-
disse videtur. si oblitus fuero tui hierusalē
obliuioni detur dextera mea. Nempe sini-
stri custodie lateris tota sollicitudine incu-
bantes callent ad modum: sed sapientia hu
ius seculi cui abrenunciasse debuerant: ea
quoqꝫ nihilominus quā reuelat caro ⁊ san
guis quibus iuxta apostolum noluisse ac-
quiescere videbantur. Deniqꝫ videas eos
tam auide lucra captare presentia? tam secu
lariter transitorijs vtilitatibus aggaudere
ad terrenarum damna vel minima faculta
tum tam pusillanimiter conturbari tā car
naliter super his decertare? discurrere tam
īpudēter tā irriligiose secularib⁹ sese impli
care negotijs: ac si eēt eoruꝫ tota portio hec

vniuersa substantia. Attentius sane agrico
la pauperem excolit fundum: sed cui forte
nulla āplior sit preciosiorue possessio. Buc
cellam panis in sinu suo medicus abscōdit
ꝙ in sacellis eius solū hoc metalli gen⁹ eru
ginet. Tu qd ita extreme huic paupertati?
⁊ quidem ꝓprij male ꝓdigus laboris incū
bis? Est ⁊ altera tibi possessio forte remota.
Erras. Nil tam prope nos: qꝫ qđ ītra nos
est. At forte non ꝙ longius positā sed inuti
lem esse causaris. Si hic tibi querendā ma
gis sufficientiā putes: falleris. Ibi magis
inuenies: imo non inuenies nisi ibi. An vō
existimas ꝙ vel operam tuā non existat? vl'
minus respondeat opanti. Aut certe in tu-
to credis esse locatā? nec vlla deinceps soli
citudine custodis egere? Quodlibet ho-
rum sapias: scito ꝙ descipias vehementer
Ibi eni qꝫ maxime que seminauerit homo
hec ⁊ metet. Sꝫ qui parce seminat: parce ⁊
metet: qui vō in benedictionib⁹ seminaue-
rit de benedictionib⁹ metet? vt faciat vnū
tricessimū: vnum quadragessimū: vnū cen
tesimum. Habes aūt thesaurꝫ istū in vasis
fictilibus: si tñ adhuc habes. Puto enim iā
amisisti? puto iam sublatus est: puto iam co
mederunt alieni robur tuū ⁊ ignorasti: nec
potes thesauro tuo cor apponere: quippe
qui thesaurꝫ tuum non habes. Aliogn q̄so
te si tam sollicitus es si nec minima spernis
si tam prudēter seruas paleas tuas: etiā or-
reum tuum custodire memento. Immo vō
non exponas thesaurꝫ tuū: qui sic incūbas
sterquilinio tuo. Forte enim illud tibi inui
dent mille: sed istud obsident decemmilia:
nec minus superabundantes neqtia ⁊ cru
delitate qꝫ numero. Verte illuc oculos fi-
dei? forte enim iam irruperunt aditus: for-
te iam libere diripiunt oīa forte iam spolia
ipsa distribuūt. Quid sinistro lateri tā ma-
le studiosus obseruator inheres? Nisi ꝙ iā
tibi non in latere esse sed in facie sinistra vi-
dentur? ꝙ hic prouideas in conspectu tuo
semꝑ: ⁊ qui tangit hic nō latus tetigisse pu
tetur sed pupillam oculi tui. Ceterꝫ iā nūc
tibi prouide qsqs es dexteri negligens sini
stri lateris cultor: ne cū edis locuꝫ accipias
in sinistra qꝫ elegisti. Aspecꝫ verbū fratres

non īmerito expauistis. Et cauere non mi-
nus necesse est qꝫ pauere. Et qdem dn̄s me
us iesus post cetera inestimabilis sue erga
me beneficia pietatis: etiā dextrum sibi ꝓ-
pter me passus ē latus fodi: ꝙ videlicet nō
nisi de dextera mihi ꝓpinare vellet nō nisi
in dextera locuꝫ parare refugij. Vtinā ego
talis merear esse columba que in foramine
petre habitet: ⁊ in foramine lateris dextri.
Considera tñ hoc qdem vulnus eum peni-
tus non sensisse? neqꝫ enim illud excipe vo-
luit nisi iam soporat⁹ in morte: vt moneret
te qꝫdiu viuis in huius semꝑ lateris vigi-
lare custodia? sed ⁊ mortuā censeri animaꝫ
meam oportere: que qdem ꝑciosa insen-
sibilitate dissimulet in dextera sibi vulnus
infligi. Merito qdem in sinistro latere po-
situm dicit esse cor hominis? qđ affectio ei⁹
prona sit semꝑ: ⁊ procliuis in terram. Nec
sane ignorabat hoc qui miserabiliter inge-
miscens adhesit pauimento ait anima mea
viuifica me ſm verbum tuum. Sed ne his
quidem in hoc vos pondere ꝯditionis hu-
mane ⁊ grauedine cordis remanere vole-
bat: qui sic admonēs loquebatur. Leuem⁹
corda nostra cum manibus ad deum. Pla-
ne id suadebat vt a sinistro latere erigeren
tur ad dextrum. Secularis militia fratres
i sinistro tñ latere clipeum portat. Nō imi-
temur si inter eos nolum⁹ deputari: quos
huic seculo constat militare non xp̄o. Ne-
mo inquit militans deo īplicat se negotijs
secularibus: hoc est scutum applicat non tā
dextere qꝫ sinistre. Attamē fratres vtrūqꝫ
nobis latus tegēdū est si meministis. Scu-
to inqt circundabit te veritas eius. Et apo
stolus ipse per arma inqt iusticie a dextris
⁊ a sinistris. Ceterꝫ ipsaꝫ audi iusticiam: for
te enim non eadem vtriqꝫ lateri forma pre-
scribitur. Nempe huic quidem mandatur
non vosmetipsos defendentes carissimi sꝫ
date locuꝫ ire: inde vō precipitur: nolite lo
cum dare diabolo. Et iteꝫ: Resistite diabo
lo: ⁊ fugiet a vobis. Audi adhuc quomodo
tegas latus vtrūqꝫ: prouidentes bona ait
idem apostolus: non tñ coram deo sed etiā
coram hominibus. Hec est enim voluntas
dei: vt benefacientes non modo tabescere

malignoꝝ demonum inuidiam: veꝝ etiam obmutescere faciatis imprudētiū hominū ignorantiam. Nunquid tamen in eternuꝫ nobis erit hec protectio necessaria? aut semper ab vtroqꝫ latere hostile agmē instabit? Erit qñ non modo nō instabut: sed nec stabunt quidem. Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis. Siquideꝫ nec humana malitia iam tunc habebit quid faciat: nec demonum milia plus verebimur qꝫ totidem vermium agmina vel muscaꝝ. Haud aliter deniqꝫ intuebimur eos qꝫ filij israel trāsmisso iam mari rubro vndiqꝫ sui egyptios mortuos sed ⁊ rotas curruum in profundum ire cernebant? vt ⁊ nos scꝫ longe tamen securius ⁊ delectabilius cantemꝰ dn̄o: ꝙ gloriose honorificatus sit equū pariter ⁊ ascensorem eius deijciēs in abyssū.

¶ De octauo v̄su: Verūtñ oculis tuis cōsiderabis. Sermo octauus.

ctione incuruantᷣ ad dñm:⁊ vestigia ei⁹ ad
orant . Nũquid nõ incuruantᷣ:cum ab ipsa
sua perniciosa celsitudine vanitatis ⁊ cru-
delitatis ad humiles semitas ꝯuertuntᷣ mi
sericordie ⁊ veritatis? Ad istas nimirũ dñi
vias nõ mõ bonoꝝ spirituũ: ſꝫ etiã electoꝝ
vie hominũ diriguntᷣ.Et quidẽ prim⁹ gra-
dus misero homini emergenti de ꝓfundo
vitioꝝ illa est misericordia : qua misereᷣ fi-
lio matris sue:misereᷣ aĩe sue perinde pla-
cens deo.Imitãᷣ eni q eiusmodi ẽ magnũ
illud magne miserationis opus cõpunctus
cum eo qui prior punctus est pro eo:moriẽs
⁊ ipse quodãmodo pro salute sua:nec par-
cens iam sibiipsi.Hec miseratio prima exci
pit redeuntẽ ad cor:⁊ hec inter ipsa viscerũ
actitatᷣ archana.Superest vt via regia pro
grediatᷣ ⁊ ꝓcedat vsqꝫ ad veritatẽ:⁊ qd se-
pissime cõmendamus vobis:cordis cõtri-
tionẽ oris confessio comiteᷣ.Corde eni cre
ditur ad iustitiam:ore autẽ ꝯfessio fit ad s-
lutẽ.Cõuersus ad cor paruulus fiat in ocu
lis suis necesse est:sicut veritas ait.Nisi cõ
uersi fueritis ⁊ efficiamini sicut puer iste:
nõ intrabitis in regnũ celoꝝ.Nõ ergo ve-
lit dissimulare quod nõ valet nescire:qꝫ ad
nihilum fit redactus:Nõ confundatur in
lucem prodere veritatis:quod non sine mi
serationis affectu viderit in occulto. Sic
ingreditur homo vias misericordie ⁊ veri
tatis:vias vtiqꝫ domini vias vite:⁊ fruct⁹
viarum salus est viatoris. Uias quoqꝫ an-
gelorum ad easdem nihilominus tendere
manifestum est. Cum enim ascendunt ad
contemplationem inquirũt veritatem ? de

qua τ desiderando satiantur: τ satiando desiderant. Cum vero descendunt faciunt nobiscum misericordiam: vt custodiant nos in omnibus vijs nostris: administratorij enim spiritus sunt missi in ministerium propter nos. Plane ministri nostri: non domini nostri. Et in hoc vnigeniti formam imitantur qui non venit ministrari sed ministrare: qui stetit inter discipulos tanquam qui ministrat. Fructus angelicarum viarum quod ad ipsos spectat sua ipsorum beatitudo: τ obedientia est charitatis. Quod autem ad nos pertinet: inde quidem obtentus diuine gratie hinc custodia vie nostre. Siquidem angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Alioquin facile incurrere tibi est vias mortis: vt videlicet aut de necessitate in obstinationem aut in presumptionem de cupiditate prorumpas: que quidem non iam hominum sed demonum vie. In quo enim tam facile inueniri solent homines obstinati: quam in eo quod ad necessitatem pertinere aut simulant aut arbitrantur. Quicquid moneas ait ille: ego quod possum et non vltra quam possum. Tu si hic sis: aliter sentias. Unde vero in presumptionem: nisi ex quodam impetu vehementioris desiderij prosilimus? Interim ergo mandauit angelis deus non quidem vt amoueant te a vijs tuis: sed vt in eis ipsis custodiant τ quasi per vias suas vias tuas dirigant in vias ipsius. Quonam modo inquis? Nempe vt quod angelus ex sola charitate purius agit: tu saltem propria necessitate admonitus descendas τ condescendas exhibere scilicet proximo misericordiam: τ rursum cum eodem angelo leuans desideria tua tota animi cupiditate ascendere studeas ad summam τ perpetuam veritatem. Hinc enim monemur leuare corda cum manibus ad dominum: hinc audimus quotidie sursum corda: hinc quoque negligentes arguimur τ dicitur nobis. Filij hominum vsque quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem τ queritis mendacium? Exoneratum enim cor τ leue: leuatur magis vt querat τ diligat veritatem. Nec mireris quod in vias domini secum nos admittere imo τ immittere non dedignentur: qui custodire dignantur in nostris. Quanto felicius tamen in eis ipsi ambulant: quanto securius. Ceterum τ ipsi quoque longe inferius ab eo qui veritas ipsa τ ipsa misericordia est: in misericordia τ veritate versantur. Quanto vero congrue suis queque gradibus sibique competentibus disposuit deus. Summam rerum tenet ipse qui summus est: vltra quem nihil supra quem nihil. Porro angelos sanctos non quidem in summo posuit: sed in tuto. Quippe ei qui in summo stat vicinius adherentes: ac perinde confirmatos virtute ex alto. Nam homines quidem nec in summo nec in tuto sunt: sed in cauto. Denique τ in solido sunt idest in terra habentes locum vnum sed non infimum: vnde et possibile sit τ necesse vt caueant sibi. Demones autem in pendulo huius aeris vani ventosique vagantur. Indigni siquidem celos conscendere: ad terram tamen descendere dedignantur. Et hodie quidem ista sufficiant. Atque vtinam eiusdem ipsius munere sufficientes ei gratias reddere valeamus: ex quo est sufficientia nostra. Non enim sufficientes sumus vel cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: nisi ipse dederit nobis qui dat omnibus affluenter: τ est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Item de eodem versu. Sermo duodecimus.



Si meministis lxi hesterno sermone vias demonum presumptionem diximus τ obstinationem: nec tacuimus quare id diceremus. Possumus tamen si necessarium iudicatis vias eorum via adhuc alia vestigare. Nam τ si omnimodo eas occultare laborent: multipliciter eos prodit spiritus sanctus: multipliciter in scripturis sanctis declarat semitas iniquorum. Legimus siquidem de eis omnibus: quoniam in circuitu impij ambulant. Legimus de eorum principe: quia circuit querens quem deuoret. Quod τ ipse fateri cogitur in presentia maiestatis: cum inter filios dei astans et vnde veniat requisitus circuiui terram ait τ perambulaui eam. Dicamus itaque vias eius circuitionem

⁊ circumuentionem. Iſta enim ad nos illa
vtitur in ſeipſo. Semp ille extollit̃ ſꝫ deijci-
tur ſemp: ſupbia eius aſcendit ſemp: ſemp
humiliat̃. Nunquid non circuit⁹ iſte? Qui
enim in circuitu ambulat proficiſcit̃ quidē
ſed proficit nihi. Ue homini qui ſequitur
hunc circuitum: q nunq̄ꝫ a propria volun-
tate recedit. Si conaris auellere paululum
ſequi videbitur: ſed in dolo. Circuitus eſt
aliunde redditum parat: non ab ea penit⁹
abducet̃. Satagit vndiqꝫ: vndiqꝫ fugitat:
heret tamen ſemp proprie voluntati. Uerū
tamen ſi mala ē circuitio propria: longe eq
dem peior circumuentio aliena. Ea ſiquidē
vel maxime diabolum facit. Sꝫ quomodo
fratres vt miſerum hominem circumueni-
at ſuperbiſſimus ille deſcendit? Uide cir-
cuitum impij: etiam in hoc ipſo. Oculi eius
omne ſublime videt. Attamen ima quoqꝫ
ipſa curioſe veſtigat: ſed vt magis aſcēdat:
vt vehementius intumeſcat: ⁊ dum cōcul-
cauerit humileꝫ ſibi videat̃ ipſe ſublimior:
ſic̄ ſcriptū eſt: Dū ſupbit impi⁹ icendit̃ pau
per. Qꝫ peruerſe aſcendentes ⁊ deſcenden
tes angelos bonos malus angelus emulat̃
Aſcendit ſtudio vanitatis: deſcendit liuore
malignitatis. Cui mendax aſcenſio: crude-
lis deſcenſio eſt. expers ille vt heri dixim⁹
miſericordie ⁊ veritatis. Ceterum ſi deſcē
dunt maligni vt circumueniant: gratias ei
cuius mandato deſcendunt: ⁊ benigni an-
geli: vt ſubueniant nobis ⁊ cuſtodiant nos
in omnibus vijs noſtris. Neqꝫ hoc ſolum
ſed in manibus inquit portabunt te: vt nō
offendas ad lapidem pedem tuū. Quanta
nobis frēs ī huius ſcripture v̄bis ⁊ erudi
tio ⁊ admonitio ⁊ ꝯſolatio exhibet̃. Quis ī
omnibus pſalmis tam magnifice puſillani-
mes conſolatur: negligentes admonet: eru
dit ignorantes? Unde id fidelibus quoqꝫ
ſuis prouidentia voluit diuina parare: vt ī
ore ipſorum verſiculi pſalmi huius hoc ma
xime quadrageſimali tempore verſarētur.
Nec aliunde q̄ꝫ ex ipſius vſurpatione dia-
boli ſumpta videt̃ occaſio: vt in hoc quoqꝫ
nequiſſimus ille ſeruus filijs ſeruiat vel in
uitus. Quid enim tam moleſtum ei qd no-
bis eſſe poterat tam iocundum: q̄ꝫ vt etiam
malum eius nobis cohoperetur in bonuꝫ?
Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiāt
te in omnibus vijs tuis. Confiteantur do-
mino miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius fi
lijs hominum. Confiteantur ⁊ dicant inter
gentes: quoniam magnificauit domin⁹ fa-
cere cum eis. Domine quid eſt homo quia
innotuiſti ei: aut quid apponis erga eū cor
tuum? Apponis cor erga eum: geris pro eo
ſollicitudineꝫ: curam illius habes. Deniqꝫ
ei mittis vnigenitum tuum: īmittis ſpiritū
tuum: promittis etiaꝫ vultum tuum. Et ne
quid in celeſtibus vacet ab opera ſollicitu-
dinis noſtre beatos illos ſpiritus propter
nos mittis: in miniſterium cuſtodie noſtre
deputas: noſtros iubes fieri pedagogos.
Parum enim eſt quod facis angelos tuos
ſpiritus: facis ⁊ angelos paruulorum. De-
niqꝫ angeli eorum ſemp vident faciem pa-
tris. Illos vtiqꝫ ſpiritus tam felices: ⁊ tuos
ad nos ⁊ noſtros ad te angelos facis. An-
gelis ſuis mandauit de te. Mira dignatio
⁊ vere magna dilectio charitatis. Quis. n.
quibus: de quo: quid mandauit? Studioſe
conſideremus fratres diligenter mādem⁹
memorie: hoc tam grande mandatū. Quis
enim mandauit? Cuius ſunt angeli? cuius
mandatis obtemperant: cuius obediūt vo
luntati. Nempe angelis ſuis mandauit de
te vt cuſtodiant te: nec cunctantur: qn etiā
in manibus tollant te. Summa ergo maie-
ſtas mandauit: et angelis ſuis mandauit.
Illis vtiqꝫ ſublimibus: tam beatis tam pro
xime ſibi coherentibus: tam familiariter
adherentibus ⁊ vere domeſticis dei. Mā-
dauit auteꝫ de te. Tu quis es? Domine qd
eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius ho-
minis quia reputas eum? Quaſi v̄o nō ſit
homo putredo: ⁊ filius hominis vermis.
Sed quid putas mandauit de te? Nunqd
ſcripſit cōtra te amaritudines? Nunquid
vt contra folium quod vento rapitur oſten
dant potentiam ſuam: ⁊ ſiccam ſtipulam ꝑ-
ſequantur? Nunquid vt tollant impium:
ne videat gloriam dei? Mandatum iſtud
eſt non mandatum de te. Non recedas ab
adiutorio altiſſimi: ī ꝓtectōe dei celi cōmo
rare: ne de te illud q̄nqꝫ mādet̃. Quē enim

protexerit deus celi:non de eo illud mãdabitur sed pro eo. Et interim qd non mãdat pro eo differt:vt sint oĩa ppter electos. Deniq parantibus ire seruis & ꝯtinuo sup seminata colligere zizania puidus paterfamilias: finite inquit vsq ad messem:ne forte eradicetis simul & triticu. Quomodo g tã diu cõseruabit inter ea? Hoc plane hoc opus pñs:hoc mandatu temporis huius. Itaq angelis suis mandauit de te vt custodiant te. O triticũ inter zizania? o granum inter paleas:o lilium inter spinas. Grãs ei frẽs gratias ei:& pro vobis pariter & p nobis. Preciosum nobis depositu cõmiserat fructum crucis sue precium sanguinis sui? non est ꝯtentus custodia hac tam par tuta tam par vtili:tam fragili:tam insufficienti Super muros tuos hierusalẽ ꝯstituit custodes. Nempe etiam ipsi qui videntur muri aut in muro ipso colũne his custodib egẽt & maxime angelis suis mãdauit de te:vt custodiant te in oĩbus vijs tuis. Quantã tibi debet hoc verbum inferre reuerentiã? afferre deuotionẽ:ꝯferre fiduciã. Reuerentiam pro pñtia?deuotionem pro beniuolentia:fiduciam pro custodia. Caute ambula. Ubi? Ubi adsunt angeli sicut eis mãdatũ est:in omnibus vijs tuis. In quouis diuersorio?in quouis angulo:angelo tuo reuerẽtiam habe. Tu ne audeas illo pñte:qd videnteme non auderes. An pñtem esse dubitas?quẽ non vides? Quid si audires?qd si tangeres:qd si olfaceres? Uide quia non solo visu rerum pñtia comprobet. Nõ oĩa visui subiacent:ne corporalia quidẽ. Quanto magis spiritualia procul sunt ab oĩni sensu corporeo?& spirituali potius vestigãda? Si fidem consulas:ea tibi angelicam pbat pñtiam non deesse. Nec dixisse piget qm fides probat:quã nimirum apostolus argumentum non apparentum esse desinit. Adsunt igitur & adsunt tibi?non modo tecum sed etiam pro te. Adsunt vt protegant? adsunt vt prosint. Quid retribues dño? p oĩbus que retribuit tibi? Siquidẽ ei soli honor & gloria. Quare ei soli? Quia ipse mandauit:& omne mandatu optimum nõ nisi ab illo est. Uerũtamen & si ille mandauit? ipsis quoq qui & ei ex tanta charitate obediunt & nobis subueniunt:in tanta necessitate ingratos esse nõ licet. Simus ergo deuoti simus grati custodibus? redamemus eos:honoremus eos quãtu possum?:quãtum valemus. Totus tñ ei reddat & amor & honor noster:a quo tam ipsis qz nobis est totum vnde honorare possumus vel amare vnde amari honorariue meremur. Neq enĩ vbi ait:soli deo honor & gloria ppheticos credendus est obuiare sermoni: qui sibi ẽt amicos dei nimis honorificatos eẽ testat. Puto aũt simile esse verbũ illd apostoli ei qd item ait:nemini quicq debeatis:nisi vt inuicem diligatis. Siqdem non hoc voluit vt alijs quelibet debita negarẽt:presertim cum idem ipse dicat cui honorem honorez & cetera in hunc modum. Ut ergo plenius intelligas qd in vtroq senserit qdue monuerit:vide queadmodu inter radios sol minora quelibet luminaria non videntur. Nunqd amota mõ sydera arbitramur:nũ qd extincta? Minime qdem: sed ampliori claritate quodãmodo tecta interim apparere non posse. Sic ergo dilectio alia que uis debita superans quasi sola regnare debet in nobis?vt qcqd debet ceteris sibi vẽdicet:& ex dilectoe oĩa faciam. Sic diuin honor pualeat & quodãmodo pindicet vniuersis:vt solus ipse non modo pre oib:sz i oĩbus honoretur. Idipsum sane dictu putes etiam de amore. Quid enim extra ipm reliquit ceteris?qui totum cor:totam aĩam totam virtutem:dño deo suo in dilectione donauit. In ipso itaq frẽs affectuose diligamus angelos eius tanq futuros aliquãdo coheredes nostros:interim vo actores & tutores a patre positos & ppositos nobis. Nunc enim filij dei sumus & si nondu appareat q adhuc paruuli sub actoribus & tutoribus simus: tãq nihil interim differentes a seruis. Ceter & si tam paruuli sumus & tam magna nobis & nec modo tã magna sed & tã piculosa via restat?qd tñ sub tantis custodibus timeamus? Nec supari nec seduci:minus aũt seducere pñt:q custodiunt nos in oĩbus vijs nostris. Fideles sũt: prudentes sunt:potẽtes sunt qd trepidamus?

Tm̄ sequamur eos⁊adhereamus eis: et in protectione dei celi cõmoremur. Uide enĩ q̄z sit tibi necessaria ista protectio:hec custodia in vijs tuis. In manibus inqt portabũt te:ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Parũ tibi videt̃: q̄ꝫ sit lapis offensionis in via? Considera que sequũt̃. Sup aspidem ⁊ basiliscum ambulabis:⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. Q̃ꝫ necessarius pedagogus:imo etiam baiulus:presertim paruulo inter hec gradienti. In manibus inqt portabunt te. In tuis qdem vijs custodient te: ⁊ deducent paruulũ qua põt paruulus ambulare. Ceterꝫ non te patient̃ tentari supra q̄z sustinere potes: sed in manib⁹ tollent vt ꝑtranseas offendiculum. Q̃ꝫ facile transit q illis portat̃ manib⁹: q̄z suauiter iuxta vulgare ꝓuerbium natat cuius alter sustinet mẽtum. Quotiens ergo grauissima cernit̃ vrgere tentatio ⁊ tribulatio vehemens iminere⁈ inuoca custodem.tuũ ductorẽ tuũ:adiutorem tuũ in oportunitatibus in tribulatõe Inclama eum:⁊ dic. Dñe salua nos:ꝑim⁹. Non dormit neq̄z dormitat ⁊si ad tp̃s qñq̄z dissimulet⁈ne forte ꝑiculosi⁹ ab illis te manibus ipse ꝑ̃cipites:si te eis ignoraueris sustentatum. Spirituales enim sunt iste manus ⁊ auxilia vtiq̄z spũalia:que singulis electorꝫ pro cuiusq̄z discriminis mõ ⁊ obiecte difficultatis:tanq̄z lapidee molis quantitate⁈ ab his qui sunt deputati sibi angelis spiritualiter ⁊ multipliciter exhibent̃. Dico ego tm̄ aliqua ex his que cõia magis arbitror:⁊ paucis qui inter nos sunt inexperta. Turbat̃ aliqs vehementer seu corporali q̄uis incõmodo seu tribulatione aliqua seculari:seu accidia spũs⁊ quãdam animi defectionẽ languescens. Jam tentari incipit supra q̄z valeat sustinere:iam impinguet ⁊ offendet in lapidem si non fuerit qui subueniat. Quis v̊o est lapis iste? Ego illum intelligo lapidem offensionis ⁊ petram scandali:in quã si offenderit quis collidet̃:sup quẽ v̊o ceciderit conteret eum. Lapidem vtiq̄z angularem electum preciosum: qui ẽ dñs xp̃s. In hunc lapidẽ offendere ẽ: murmurare aduersus eum⁈scãdalizari a pusillanimitate spiritus ⁊ tẽpestate. Itaq̄z opus illi est angelica ope:angelica consolatione: angelicis manibus:qui iam deficit: iã ꝓpemodum offendit in lapidem. Et vere in lapidem offendit qui murmurat ⁊ blassemat seipsum collidens:non eum in quẽ furibũdus impingit. Arbitror sane velut duabus quibusdam manibus eiusmodi homines interdum ab angelis supportari⁈ vt quodam modo non sentientes transeãt qd̊ tantopere formidabant:nec parꝫ mirent̃ postmodum tam sup posteriori facilitate q̄z sup difficultate priori. Uultis scire quas intelligã duas manus? Duplicẽꝫ vtiq̄z demonstratõẽꝫ dum videlicet hinc qdem tribulatiõis breuitas inde eternitas retributionis ostenditur:aut magis pingit̃ vl' imprimit̃ cordi: vt intimo affectu sentiat: qm̄ momentaneum hoc ⁊ leue tribulatiõis nostre supra modũ in sublimitate eternum pondus glorie operatur in nobis. Quis v̊o istas tam bonas ꝑ bonos non credat fieri⁈cum certum sit q̄ꝫ econtrario male vtiq̄z fiant imissiones per ãgelos malos? Habetote familiares angelos fratres mei⁈frequentate eos sedula cogitatione ⁊ oratiõe deuota:qui semper nobis adsunt ad custodiam ⁊ consolationem.

¶ De duodecimo versu: In manib⁹ portabunt te. Sermo decimustertius.

POssumus hũc versũꝫ q in manib⁹ est videlꝫ in manib⁹ portabũt te ⁊c̃.non mõ de pñti ꝯsolatõe dcm̄ accipere:sꝫ ẽt de futura. Nẽpe custodiũt nos in vijs nr̃is angeli scĩ:sꝫ via finita qd̊ est vtiq̄z vita finita:i manib⁹ tollũt. Nec desunt nobis testes fideles. Proxĩe lectũ ẽ nobis:de beatissimo pr̃e nr̃o vere ꝑ oĩa benedicto⁈q̄ꝫ dũ intentã oculorꝫ aciem in splendore choruscẽ lucis hr̃e videret̃:vidit germani aĩaꝫ capuani ep̃i i spera ignea ab angelis i celũ deferri. Sed qd huiusmodi testimonia requirim⁹? Ipsa in euangelio veritas de mẽdico ⁊ vlceroso lazaro ait:qm̄ deportat⁹ est ab angelis in sinu abrae. Neq̄z enim in illa tam noua nobis tanq̄z incognita regione: ãbulare ipsi possem⁹:ꝑsertim cũ tant⁹ sit la

pis in via. Quis lapis? Quis i lapidib° oli cōsueuerat adorari: qui lapides obtulit dn̄o dicēs: Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiāt. Porro pes tuus affectio tua pes anime quam in manibus angeli portant: ne offendas ad lapidem pedem tuuz. Quomodo enim non vehementissime anima turbaretur? si sola hinc egrederetur: si illas sine solatio ingrederetur vias: si inter illos lapides suis pedib° graderetur? Enimuero manifesti° audi qꝫ necesse habet portari in manibus alienis: nec alijs qꝫ angelicis tamen. Super aspidem ⁊ basiliscū ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconē. Quid inter hec facēt pes human°? Quid humane affectionis inter tā horribilia mōstra cōstaret? Nempe nequitie spirituales sunt: ⁊ quidē non incongruis appellationibus designate. Siquidem ⁊ de his dictum quod nequaquaz vobis excidisse reor: Cadent a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis. Quis v° scire potest: an diuerse sint inter eos operationes malitie ministeria iniqtatis: vt ex diuersis officijs vel potius maleficijs vocabula quoqꝫ diuersa sortiti nominentur. alius quidem aspis: alius v° basilisc°: alius autem leo: ⁊ alius draco? videlicet suo inuisibili modo varie nocēat: quasi alius morsu: alius visu: alius rugitu: vel ictu: alius flatu? Legi de quodaz genere demoniorum: qꝫ non eijciatur nisi in oratione ⁊ ieiunio. Nihil potuerat verbū apostolice increpationis ad illud. Quomō nō illud aspis erat? illa vtiqꝫ de q̄ in psal. aspis surda ⁊ obturans aures ne vocem audiat incantantis. Uis non terreri a tam terrifico mōstro? vis securus post mortem ambulare super aspidem istam? Caue ne interim post eam ambules? caue ne imiteris: ⁊ non erit quod paueas in futuro. Enimuero vitium est: cui reor eiusmodi spiritum dominari. Et si vultis scire ipsa est circuitio? a q̄ vobis hesterno sermone monuimus eē cauendum: ipsa obstinatio est aduersus quā pridie loquebamur. Nec enim piget quotiens datur occasio ab hac tam graui peste p̄munire vos: vt oīmodis fugiatis: qꝫ hec quidē sit sūma quedā religionis subuersio et vere iuxta testimoniū legislatoris: venenū aspidū insanabile. Dicit aspis hinc alteram aurē qꝫ pressius potest terre infigere: inde v° alterā caude imissione nihilomin° obturare ne audiat. Quid ad hec incantātis vox: quid sermo faciat predicātis? Orabo pro eo: humiliabo in ieiunio aīam meā: baptisabo: pro mortuo vberrimo quodam p̄fluuio lachrymarū: apud quem viderim nihil humane incantationis: quamlibet sapientiam: nihil quantācūqꝫ admonitionis industriam preualere? Nouerit tn̄ vir pertinax non celo sese: sed solo infigere caput? qꝫ sapientia que desursum est: nō mō pudica: sꝫ ⁊ pacifica sit. hec autē magis vt ita dicam aspidica nisi terrena esse nō potest. Sꝫ nec adeo obsurdesceret: nisi cauda quoqꝫ obturaret auditū. Que est hec cauda? Finis intentionis humane. Hec surditas desperata dū hinc quidē velut terre infixus proprie quisqꝫ inheret voluntati: inde velut reflectens caudam finem aliquē meditatur: ⁊ infigit animo quod desiderat adipisci. Nolite obsecro fratres nolite obturare aures: nolite obdurare aliquando corda vestra. Inde enim tam mordax ⁊ amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati: qꝫ nulla ad eum penetrare queat beniuolentia monitoris. Inde aspidis virus in lingue aculeo perseuerat: qꝫ aduersus linguam incantatoris tanto sese studio obturarit. At basiliscus vt aiunt venenuz gerit in oculo: pessimum animal: ⁊ pre omnibus execrabile. Nosse cupis oculum venenatum: nequam oculum: oculum fascinantē? Inuidiam cogita. Quid v° inuidere? nisi malum videre est? Si non esset ille basiliscus: nunqꝫ eius inuidia mors intrasset in orbem terrarum. Ue misero homini: qꝫ inuidum non preuidit. Superemus et hoc vitium dum adhuc viuimus: si post mortem volumus ministrū tante nequitie non timere. Nemo alteri° bonū inuido inspiciat oculo. Nēpe hoc ipsum iā qđ in se est: tabe sua illud inficere ⁊ qđāmō interficere est. Qui hominē odit? homicidā illū vitas ipsa testat. Quid ⁊ ille q bonū odit in hoīe? nūqd nō homicida poterit appellari? Adhuc

viuit homo: ⁊ ille iam reus est mortis eius.
Adhuc ardet ignis quē dñs iesus misit in
terram: ⁊ inuidus est tanq̄ȝ qui spiritū ex-
tinxerit iam damnat̄. Ve nobis a dracone
Immanis bestia est: flatu igneo quiqd at-
tingit necat: nō mō bestias terre: sed ⁊ vo-
lucres celi. Haud aliū ego hunc q̄ȝ iracun-
die spiritū reor. Quantos etiā sublimis vt
videbat̄ vite flatu hui⁹ draconis misere sa-
tis adustos turpiter in os eius ingemuim⁹
cecidisse? Q̄ȝ melius sibiipsis irasci potue-
rant ne peccarēt. Nimirū affectio natural'
ira hominū est: abutentibus bono nature
grauis perditio ⁊ miserāda pernicies. Oc-
cupemus illam fratres in quibus expedit:
ne forte ad inutilia illicitaq̄ȝ ꝓrumpat. Sic
nimirū solet amorē amor expungere: solet
timor timore depelli. Nolite timere eos q̄
occidunt corpus ait dñs: aīe autē nō habēt
quid faciant. Et confestim: Ostendam aūt
vobis quem timeatis. Timete euȝ qui po-
testatem habet corpus ⁊ animā perdere in
gehennā. Ita dico vobis: hunc timete. Ac
si manifestius dicat Hunc timete: ne illos
timeatis. Repleat vos spūs timoris dñi: ⁊
alienus timor locum non habebit in vob̄.
Et ego dico vobis. Nō autē ego: sed veri-
tas: nō ego: sȝ dñs. Nolite irasci eis q̄ trāsi
toria vobis auferūt: qui conuitia inferunt:
qui ingerūt forte supplicia: ⁊ preter hec fa-
ciunt nihil. Ostendā autē vobis cui debea
tis irasci. Irascimini ei que sola vobis no-
cere potest: sola facere vt illa omnia nō pro
sint. Vultis scire quenā illa sit? Iniquitas
ꝓpria. Ita dico vob̄: huic irascimini. Nul-
la eni nocebit aduersitas: si nulla dn̄et iniq
tas. Qui ꝑfecte huic irascit̄: ceteris nō mo
uetur magis ⁊ amplectit̄ ea. Ego inquit in
flagella paratus sum. Sit damnū: sit conui
tium: sit lesio corporalis? paratus sum ⁊ nō
sum turbatus: qm̄ dolor meus in cōspectu
meo semꝑ. Quid ni exteriora omnia parui
pendam in huius estimatione doloris? Fi-
lius inquit vteri mei persequit̄ me: ⁊ conui
tianti seruulo indignabor? Cor meū dereli
quit me: dereliquit me virtus mea? ⁊ lumē
oculoꝝ meoꝝ ⁊ damna corporalia plangā:
aut incōmoda corporalia reputabo? Nunc
nimirū nō modo mansuetudo orit̄: cui dra
conis flatus nō noceat: sed etiam magnani
mitas quā rugitus leonis non terreat. Ad
uersarius vester tanq̄ȝ leo rugiens ait Pe
trus. Gratias magno illi leoni de tribu iu-
da: rugire iste potest: ferire non potest. Ru
giat quantū vult: tantum non fugiat ouis
christi. Quanta minat̄? quanta exaggerat:
quanta intentat? Non simus bestie: vt pro
sternat nos vacuus hic rugitus. Sic enim
perhibent qui talia curiosius vestigarunt
ad rugitū leonis nullam bestiam stare pos-
se: ne eam quidem que aduersus ictum ei⁹
tota animositate repugnat: ⁊ plerūq̄ȝ supe-
rat ferientē: que non sustinet rugientē. Ve
re bestia? vere rationis expers: qui tam pu
sillanimis est: vt solo timore cedat? qui sola
futuri exaggeratiōe laboris victus ante cō
flictū: non telo: sed tuba ꝓsternit̄. Nondū
restitistis vsq̄ȝ ad sanguinē ait strenuus ille
dux: qui leonis huius nouerat vanum esse
rugitum. Et alius quidā Resistite ait dia-
bolo: ⁊ fugiet a vobis.

De tertiodecimo versu Sup aspi
dem Sermo decimusquartus.



Agamus gra-
tias fratres factori nostro: re-
muneratori nostro: aut potius
spei nostre. Ipse eni retribu-
tor: ipse retributio nostra: nec aliud iam q̄ȝ
ipsum expectamus ab ipso. Primū qđ no-
bis prestitit nosipsi sumus. Siquidē ipse fe
cit nos: ⁊ nō ipsi nos. Parum ne tibi istud
videt̄? q: te fecit? Cogita qualem fecit. Nē
pe etiam ſm corpus egregiam creaturā? sȝ
ſm animam magis: vtpote imagine creato
ris insignē? rationis participē: capacē bea-
titudinis sempiterne. Porro ſm ambo sit̄
pre ceteris creaturis maxime admirandā:
coherentē sibi incomprehensibili artificio
inuestigabili sapiētia conditoris. Itaq̄ȝ tā
magnū hoc donū: q̄ȝ magna res hō. Sȝ q̄ȝ
gratuitū putas? Planū est q: nihil ante ꝓ-
meruit: q̄ penit⁹ nihil fuit. An postea spera
bat̄ gratiaȝ retributur⁹ auctori? Dixi dño
deus me⁹ es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ nō eges.
Non ergo necessariā retributurus gratiā

ei qui sic per omnia sibi sufficit: sed deuotas relaturus gratias ei qui sic meruit sperabat. Quidni gratias agat? Siquis oculorum lumen: siquis vsum auriũ: siquis narium: siquis manuũ: siquis pedum tibi prepeditum aliquo modo officium reparasse videretur: siquis sopitam quauis occasione excitasse in te rationem: quis non alius tibi vehementissime non succenseret: siqñ forte beneficij huius immemorem: aut benefactori deprehendisset ingratum. Enim uero dñs deus tuus ipsa tibi instrumenta etiam largitus: ex nihilo fecit hec omnia. Nec modo fecit: sed ⁊ compegit etiam et firmauit: ac suo quodq; illustrauit officio. Quomõ non is omni iure sibi gratias exigit ampliores? Nam ne hoc quidẽ licz maximo contentus munere qui dedit vt esses qui ante non fueras: adiecit vnde subsisteres qui iam eras. Nec minus liberaliter h̃ q̃z illud mirabiliter est operatus. Faciamꝰ inquit hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram. Quid ṽo postea? Et presit piscibꝰ maris ⁊ bestijs terre ⁊c̃. Nam ⁊ celestia sese elemẽta in vsus creasse tuos ante docuerat. Nẽpe facta memorant: vt essent in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos. Cui putas? Nulli vtiq; nisi tibi. Cetere siquidem creature oẽs aut in nullo egent his omnibus: aut non intelligunt ea. Q̃z copiosus in secũdo hoc beneficio: q̃z liberalissimꝰ fuit. Quanta tibi largitus est ad sustentationẽ: quanta ad eruditionem: quanta ad consolationem: quanta ex hoc iam ad correctionem: quanta etiam ad delectationẽ. Uerũ hec duo gratis: ⁊ dupliciter gratis fecit. Quid dico dupliciter gratis? Sine merito tuo: sine labore suo. Nempe dixit ⁊ facta sũt. An iccirco minus deuotus: minꝰ obnoxius: minus gratus es. ꝙ hec quidẽ sic pro nihilo: sic de nihilo fecit. Peruersi cordis est: rationes ingratitudinis vestigare. Nemo id facit: nisi qui etiã gratis eẽt ingratus. Puto enim neutrum tibi propterea minus vtile ꝙ prestanti minime difficile fuit. Alioqn si forte quod ei laboriosuz: tibi magis commodum ducis: ex teipso tibi iudiciuz hoc: nec te alibi illud putẽ q̃z apud te didicisse.

Sic prestares ipse libentiꝰ fratri tuo: absq; incommodo tuo. Uerum etsi gratis prestare velles: nolles tamen vt hanc tibi ille pretenderet ingratitudinis causam. Ceterum ex hoc iam tertium opus tue redemptiõis attende. Non est velamẽ excusationis prorsus in ea. Gratis hoc quoq; prestitum est: sed gratis quod ad te pertinet. nam quod ad illum plane non gratis. Saluus factus es pro nihilo: non de nihilo tamen? Quid ad hec dormitat affectio? Immo vero mortua est illa: non dormit: que huic beneficio non respondet: que se totam non effundit in gratiarumactionẽ ⁊ vocem laudis. Nã ⁊ cetera duo euidentissime tertium hoc cõmẽdat: vt in eis quoq; vera fuisse dilectio comprobetur: non propterea de facili prestans ꝙ nollet aliter: sed ꝙ non aliter oporteret. Itaq; fecit te deus tuus: fecit tã multa propter te: fecit propter te ⁊ seipsuz. Uerbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Quid adhuc restat? Factus est ipse tecum caro vna: te quoq; secuz faciet spiritũ vnũ. Non recedant hec quattuor a corde tuo: non a memoria: non ab affectione. Hec cogita semper: in his iugiter delectare. His velut quibusdam stimulis vrgens sollicita animam tuam: his facibus inflammari curato ad redamandum eum: qui tam multipliciter suum tibi erga te commendat amorem. Memento sane quod idem ait: Si diligitis me: mandata mea seruate. Serua ergo mandata creatoris tui: serua mandata benefactoris tui: redẽptoris tui: tui remuneratoris. Sed si hec quattuor: quot sunt mandata? Oẽs nouimus decem esse. Itaq; per quaternarium hunc decalogum legis multiplicans: veram habens quadragesimã: tenes quadragesimã spiritalem. Tantum sta in timore: ⁊ prepara animã tuaz ad tẽtationẽ. Caue serpẽtis astutiã: obserua insidias inimici. Nẽpe q̃druplici tẽtamẽto: q̃drifariã ipedire conat̃ actionẽ quã exigeris grãz. Tẽtatꝰ ẽ in his oĩbꝰ christꝰ: vt veracit̃ ab aplõ scriberet̃: tẽtatꝰ ꝑ oĩa ꝓ similitudine absq; pctõ. Erit forte q mirer̃: ⁊ dicat q̃rtaz sese tẽtationẽ dñi nõ legisse. Uerum vt ego arbitror: nõ hoc diceret: si legisse se

meminisset: qm tētatio est vita hoīs super terrā. Hoc enī q meminit: nō eā tm̄ triplici tētatione tentatū fuisse dn̄m arbitrat: q̄ facta est in ieiunio deserti: in pinnaculo templi: in vertice montis. Sane in his omnib⁹ erat manifesta tētatio. Uerum illa que ex tunc ⁊ deinceps vsq₃ ad morté crucis ei nō defuit: etsi occultior: vehementior tn̄ fuit. Nec hoc quoq₃ a proposita silitudine videbit abhorrere. Nam ⁊ tria illa beneficia que iam transiere: euidentissima ⁊ in luce posita esse noscunt. Sane qd̄ ad spem vite eterne pertinet: necdū exhibitū: necdum propalatū est nob. Nihil ꝓinde mirū si sit minus aperta tētatio: vbi etiam causa tētationis occulta. Ceterū ⁊ diuturnior ⁊ validior ip̄a est: q̄ aduersus spem nostrā qcqd habet malignitatis exerat inimicus. Itaq₃ primo quidē vt auctori nature ingratos faciat: ampliorē ingerit sollicitudinē pro nā: quēadmodū ipsi etiā christo esurieti ausus est dicere Dic vt lapides isti panes fiant. Quasi vo figmentū nostrū ignoret ip̄e qui finxit: aut non curet hoīes qui pascit volucres celi. Q̄ vo ingratus est ei qui propter hominē vniuersū hūc cōdidit mūdū: q̄sqs vt sua₃ ei⁹ quā ꝯcupiscit obtineat ꝓcidēs si veret adorare malignū? Hec inqt oīa tibi dabo: si ꝓcidēs adoraueris me. Tu ne illa fecisti miser? Quō dabis q̄ ille creauit? aut quō abs te sperāda: quō tua adoratiōe ꝑtenda: que ab illo cōdita in illius sunt posita ditiōe? Jam i eo qd̄ ait Mitte te deorsū caue tibi quicūq₃ es qui templi pinnaculū ꝯscēdisti. Caue tibi speculator domus dn̄i: caue q in ecclesia christi locū cerneris tenē sublimē. Q̄ igratus eni imoq₃ iniuriosus es magno illi pietatis sac o: si i illo questū estimes pietatē. Q̄ infidelis ei qui ministerīu hoc sāguie proprio ꝯsecrauit: si eo queras gloriā tua₃: q̄ nihil est: queras que tua sunt: nō que iesu christi. Q̄ indigne respōdes eius dignationi: q in dispēsatiōe humilitatis sue sublimem eē te fecit: celestia tibi sacramēta cōmisit? celestē forte ⁊ ampliorē q₃ celestibus ipsis spiritibus tradidit potestatem: si deorsum ipse te mittas: sapiēs nō que sursum sunt: sed que super terram. S₃ ⁊ omnis q de virtutū eminentia ad inanis glorie sese demittit ⁊ deijcit appetitū. haud dubiū quin dn̄o virtutum: qui tanta inter nos tolerauit: vt nobis formā huius imprimeret sanctitatis: pro gratia contumeliam reddat. Consideremus diligētius fratres ne forte prima illa tētatio: que corporal' necessitatis occasione animum turbat: aspidi debeat comparari. Hoc enim animal quodāmodo violentum morsu nocet: obturat aures ne vocem audiat incantātis. Quid vo agere nititur in hac parte tentator? nisi vt aduersus consolationem fidei aurē cordis obstruat ⁊ obturet? Sed non profecit inimicus in eo: non illius preclusit auditū: qui ait Non in solo pane viuit homo: s₃ in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Nam in eo quod ait Hec omnia tibi dabo si ꝓcidens adoraueris me: insidias ⁊ male suadibilem sibilū aīaduerte draconis. Ferunt illum in arena latitantē: etiam aues volātes flatu attrahere venenato. Q̄ venenat⁹ hic flatus fuit: hec oīa tibi dabo si ꝓcidēs adoraueris me? Uerūtn̄ nō erat ista quelibet auis: nihil potuit draconis flatus ad illam. De basilisco quid dicimus? Mōstruosius ceteris: solo visu hominē inficere ⁊ interficere ꝑhibet. Ni fallor vana glia est. Uidete inquit ne iustitiam vestra₃ faciatis corā hoīb⁹: vt videamini ab eis. Ac si dicat Cauete oculos basilisci. Sed cui nocere dicit basiliscus? Ei qui non viderit basiliscum. Alioquin si prior eū videas: iam nō tibi nocet vt aiunt: magis morit ip̄se. Ita est frēs: nō vidētes necat inanis glia: cecos ⁊ negligētes qui se ei ostentāt: q se exponūt: ⁊ non potius ipsi inspiciūt: nō attēdunt: nō discutiunt illā: nō vidēt deniq₃ q₃ sit friuola: q₃ caduca: q₃ vana: q₃ subtilis. Siquis eni intueat h̄ mō: morit basiliscus: nec iam occidit eū vana glia: s₃ occidit magis ⁊ occidit ei quodāmodo versa in puluerē: imo redacta in nihilū. Puto autē nō est querere qd ad inanē gloriā ea tentatio visa sit pertinere: vt dictum est: Si filius dei es mitte te deorsu₃. Ut quid eni hoc nisi vt laudaret? vt videret a basilisco? Et vide quō ipsum occultauerit basiliscus: quasi non posset aū

videri. Scriptū est inquit: qm̄ angelis suis mādauit de te ꝛ in manib⁹ tollāt te. Quid scriptum est maligne? quid scriptū est? An gelis suis mādauit de te. Quid mādauit? Animaduertite ꝛ videte: q: subticuit fraudulentus qđ fraudis sue cōmenta dissolueret. Quid eni mādauit? Nempe qđ in psalmo seqꝛ: vt custodiant te in oībus vijs tuis Nunqd in precipitijs? Qualis via hec de pinnaculo templi: mittere se deorsum? Nō est via hec sed ruina: ꝛ si via tua est nō illius Frustra in tentationē capitis intorsisti: qđ scriptum est ad corporis ꝯsolationē. Huic enim necesse est custodiri: cui timendū ne offendat ad lapidē pedem suū. Non est qđ custodiaꝛ: cui non est qđ timeaꝛ. Quid vo taces ꝛ illud qđ sequiꝛ: sup aspidem ꝛ basiliscum ambulabis ꝛ cōculcabis leonem et draconē? Te eni hec parabola tangit. Mōstruosa malignitas monstruosis appellationibus cōculcanda signaꝛ: nec mō ab ip̄o capite sed etiā a corpore vniuerso. Siqdē aduersus dn̄m post trinam hanc ꝯfusionē nō iam serpētina caliditate s; crudelitate vsus es leonina? vsq; ad ꝯtumelias ad flagella: ad alapas: ad mortē ꝛ mortē crucis: s; manifeste etiā leonē te cōculcauit leo de tribu iuda. Sic aduersum nos frēs vt in ceteris oībus viderit se frustratū: toto iam furore ꝑsecutionē suscitat: qualis nō fuerit ab initio: vt vehementia tribulatiōis regnū celeste sperantib⁹ intercludat. Felix aīa que et ip̄m leonē potenti virtute ꝯculcans: violenter illud rapere pualebit. Ex hoc itaq; dilectissimi tanq; sup aspidē ꝛ basiliscū cautius ꝛ sollicitius ambulemus. Caueamus oēm radicem amaritudinis: vt nemo nr̄m mordax inueniaꝛ. Nemo audax vel ardens: nemo inexorabilis aut rebellis. Nec vo deorsum mittamus nos: sed trāscendam⁹ ꝛ trāsiliamus letalem glie tp̄alis obtutū; vt quō scriptū est frustra iaciaꝛ rete ante oculos pēnatoꝝ ꝯculcem⁹ quoq; leonē pariter ꝛ draconē: vt neq; illius rugitus terreat nec isti⁹ flatus inficiat. Videnꝛ hec quattuor monstra: affectionibus eque quattuor singl'a singulis incubare. Cui ergo potissimū draco insidiaꝛ? Estima q: cupiditati: q̄ hanc nouerit esse radicē maloꝝ oīu; ꝛ que maxime cor subuertat. Inde eni quasi ꝯsulens dixit hec oīa tibi dabo. Nā de leone qdem manifestū est: q̄ non nisi ad timoris ianuā terrificos det rugit⁹. Porro tristitie fores aspis obseruat: q̄ eas maxime morsibus suis per vias arbitreꝛ. Unde ꝛ ad dn̄m xp̄m donec iam esurientē cerneret nō accessit. Econtra sane caueat necesse est leticia basiliscum: q̄ eo potissimū aditu venenatos ingerere soleat radios oculoꝝ: nec vana glia nisi ob leticie noceat vanitatē. Illud quoq; ꝯsiderā: an forte virtutes quatuor: quatuor his periculis opponere valeamus. Leo rugiet? quis nō timebit? Siqs ille fuerit: fortis erit Sed frustrato leone draco abscōdiꝛ i arena vt virulentis flatibus attrahat aīam insufflans ei quodāmō ꝯcupiscentiā terrenoꝝ. Quis putas illius preteruitabit insidias? Nemo vtiq; nisi prudēs. At forte dum ad ista descendere caues vrgeꝛ qs molestia: et ecce ꝓtinus aspis adest: nam oportunū sibi tp̄s inuenisse videꝛ. Quis nō exalpabiꝛ ab aspide ista? Nempe vir tēperās ꝛ modest⁹ q sciat abundare ꝛ penuriā pati? Puto ex hac occasione fascinare te volet male blandiens oculus nequā. Quis auertet faciem suā? Profecto iustus q nō mō non ip̄se sibi accipe gliam que dei ē: s; ne ab alio qdē recipe velit oblata;? si tn̄ ille sit iustus q iuste qđ iustū est exequaꝛ: q iusticiā suā nō faciat corā hoībus: q deniq; ꝛ si iustus fuerit caput non leuet. Hec eni virtus specialiter in humilitate ꝯsistit: hec intentione; purgat: hec quoq; meritū oē eo veracius ꝛ efficati⁹ obtinet quo minus arrogat sibi.

¶ De quartodecimo versu: Qm̄ i me sperauit. Sermo decimusquintus. lx iiij



Venite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego vos reficiā: dicit dn̄s. Tollite iugū meū sup vos: ꝛ inuenietis requiem aīab⁹ vr̄is. Jugū eni meū suaue ē: et onus meū leue. Laborātes ad refectionē inuitat: ad requiem ꝓuocat oneratos. Nō tn̄ interi on⁹ subtrahit aut laborē: magis āt onē alio: alio labore cōmutat. S; onē leui suaui

iugo:in qb⁹ reges ac refectio ⁊ si minus ap
pareat tamen inueniaꝛ. Graue onus iniq-
tas sedens sup talentũ plumbi. Sub hac ge
mebat sarcina qui dicebat. Iniqtates mee
supergresse sunt caput meũ: ⁊ sicut on⁹ gra
ue grauate sunt super me. Quod ergo on⁹
xp̄i: quod onus leue? Ut quidem ego sen-
tio onus beneficioꝝ. Dulce onus! sed ei q
sentit: ei qui experiꝛ. Alioqn si non inueni-
as: si non aduertas: graue omnino ⁊ peri-
culosum. Onerifeꝝ animal homo tempore
sue mortalitatis. Si adhuc portat peccata
sua onus est graue: si iam forte exoneratus
est a peccatis minus quidem graue sed si sa
num sapiat non minus grande onus inue-
niet hanc ipsam quã diximus exoneratio-
nem. Onerat nos cum exonerat deus: one
rat beneficio cuꝫ exonerat a peccato. Uox
onerati. Quid retribuam dño! pro oĩbus q̃
retribuit mihi? Uox onerati. Exi a me: qa
hõ peccator sum dñe? Uox onerati. Semꝑ
enim quasi tumentes super me fluctus ti-
mui deũ. Semper inquit timui: sicut ante
sic post acceptam indulgentiam peccatoꝝ.
Beatus homo q ita semꝑ est pauidus: nec
minori angiꝛ sollicitudine ne forte obruaꝛ
beneficijs q̃ꝫ peccatis. Ad hoc siquidem di
uina nobis tam sedula erga nos ⁊ tã ꝓfusa
bñficia cõmendãꝛ: vt sollicitemur ad grãm
inuitemur ad dilectionẽ. Angelis suis man
dauit de te: vt custodiant te in oĩbus vijs
tuis. Quid vltra potuit tibi facere: ⁊ nõ fe
cit? Noui quid cogites ingenua creatura!
habes grãꝫ non in angelis dñi: sed ad ipm
ambis dñm angeloꝝ. Oras ⁊ optas vt nun
tijs nõ ꝯtentus ipse quoqꝫ q loquebaꝛ adsit
nec te quasi ꝑ mediũ sꝫ sui oris osculo oscu-
letur. Audisti sup aspidem ⁊ basiliscũ leonẽ
pariter ⁊ draconẽ tibi ambulandũ fore: nec
sup dracone ipso victoriam michaelis ⁊ an-
geloꝝ eius ignoras. Uerũtñ nõ michaeli sꝫ
dño clamant desideria tua. Libera me ⁊ po
ne me iuxta te: ⁊ cuius vis man⁹ pugnet ꝯ
me. Hoc nempe est nõ mõ alijs sed ipsis q̃ꝫ
altiorib⁹ altius captare refugiũ: vt ex sñia
profitẽti: qm̃ tu es dñe spes mea merito re-
spondeaꝛ altissimũ posuisti refugiũ tuum.
Non eni dedignaꝛ esse spes miseroꝝ mise-
rator ⁊ misericors dñs: nõ seipsuꝫ liberato-
rem simul ⁊ ꝓtectorem in se sperãtib⁹ exhi-
bere recusat. Qm̃ in me sperauit inqt libe
rabo eum: ꝓtegam eũ qm̃ cognouit nomẽ
meũ. Nempe nisi dñs custodierit ciuitateꝫ
frustra vigilat qui custodit eaꝫ: siue ille hõ
siue etiaꝫ angelus eẽt. Montes in circuitu
hierl'm: sed parũ hoc imo nihil hoc foret si
non etiã dñs in circuitu eẽt ppl'i sui. Meri
to ꝓinde in cantico sponsa describiꝛ inuen
tis licet vigilibus imo ab eis magis inuẽta
nec eni eos ipsa querebat nõ substitisse nec
ꝯtenta fuisse vigilibus: sed ꝑconctara bre-
uiter de dilecto ad ipsum otius peruolasse.
Erat eni cor eius non vigilibus: sed i dño
fiduciam hñs. Et aliter forte suadentibus
aiebat. In dño cõfido! quõ dicitis aie mee
transmigra in montẽ sicut passer? Minus
vigilanter id obseruarant corinthij: cũ offẽ
sis quasi vigilib⁹ secederẽt apud eos ⁊ mi-
nime ꝑtransirent. Ego qdem cephe: ego ãt
pauli aiunt: ego v̊o apollo. Sed qd fecerũt
vigiles sobrij vigiles circũspecti? Nõ eniꝫ
poterant sibi suscipere sponsam: q bene eã
emulabanꝛ: q emulabanꝛ dei emulatiõe: q
desponderãt vni viro virginẽ castã exhibẽ
xp̄o. Percusserunt me ⁊ vulnerauerũt me
ait. Ut qd ita? Ni fallor vrgebãt vt ꝑtransi
ret: perinde inuẽtura dilectũ. Deniqꝫ etiã
tulerunt pallium meũ inquit: haud dubiũ
qn vt curreret expedita. Animaduertere ẽ
quã valide ꝑcutiat: qb⁹ sagittis apostolus
vulneret eos q diuertisse ap̊d vigiles vide
banꝛ. Nunqd paulus pro vobis crucifix⁹ ẽ
aut in noĩe pauli baptizati estis? Et itẽ. Cuꝫ
eni dicit quis ego sum pauli alius autẽ ego
apollo! nonne hoĩes estis? Quis igitur est
apollo! qs v̊o paulus? Ministri ei⁹ cui cre-
didistis. Qm̃ in me sperauit liberabo euꝫ.
Non in vigilibus: nõ in hoĩe: nõ in angelo
sed in me sperauit: nihil boni nisi ex me ne
per ipsos expectans. Omne eni datũ opti-
mũ ⁊ oẽ donũ ꝑfectũ desursum est: descen-
dens a patre luminũ. Ex me vigilie hoĩuꝫ
vtiles circa opa vtiqꝫ manifesta: eis nimiꝝ
custodes hoĩes deputati. Ex me excubie
angeloꝝ obseruantiũ secretiores mot⁹: spi-
ritaliter sollicitãtiũ ꝓpulsantiũ suggestores

iniquos. Ceterum intimo sane custodia secre-
tissime intentionis non mō ex me verum etiā
ꝑ me fiat necesse est: qḋ illo qdem human⁹
nequeat sed ne angelicus quoqꝫ oculus pe
netrare. Agnoscamus triplicem hāc custo-
diam frēs: ⁊ exhibeamus nos eis quales
cuiqꝫ cōuenit exhiberi. Prouideam⁹ bona
coram hominib⁹: corā angelis: coram deo.
Contendamus placere oībus ꝑ oīa: sꝫ ma-
xime ei qui maximus est sup oīa. In ꝯspcū
angelorum psallam⁹ ei: vt in eis quoqꝫ quod
scriptum est impleat. Qui timent te vide-
bunt me ⁊ letabunt: q: in verbo tuo supspe
raui. Obediamus prepositis nostris qui ꝑ-
uigilant tanqꝫ reddituri rōnem ꝓ aīab⁹ no
stris: vt non cū tristitia hoc faciāt. Et qdeꝫ
grās deo ex cuius solo munere venit: non
est q multū vos moneā nō est q multū vo-
bis timeā in hac parte. Quod est enī gau-
dium meū ⁊ glīa mea: nisi prompta obedi-
tio ⁊ irreprehensibilis conuersatio vestra?
Quid si certo cognoscerem ne angelos qui
dem amplius aliqd ī vobis cognoscere qḋ
dedeceat: apḋ neminē vestrū ex anathema
te ierico quippiam occultari nō murmura-
re aliquē: nō detrahere: in occulto nō simu
latorie agere vel remisse: nō ignominiosas
aīo voluere cogitatiōes: qbus heu solet in-
terdū ipsa quoqꝫ pars corporis pturbari?
Magnū hoc mihi gaudij incrementū: sed
nondū vtiqꝫ plenitudo. Non enī tā magni
sumus vt possit nobis a deo eē pio minimo
ab hoīe iudicari nō posse: minus aūt nihil
conscios eē vobis. Ceterum si occultissimū iu-
dicem timēt etiā magni: quātum nos ad il
lius examinis memoriā ꝯuenit trepidare?
O si mihi cōtingeret certum eē nil eē in oī
bus nobis illum offendes oculum q solus
ꝑfecte nouit qd sit in hoīe: videns in eo et
qḋ in se ille non videt. Hoc vel maxime iu-
diciū vestigem⁹ frēs: ⁊ eo amplius frequē-
temus in timore ⁊ tremore ipsius cōsidera-
tionē: quo minus cōprehendere possumus
inuestigabilē abyssum iudiciorum dei ⁊ irre-
fragabilem dispositionē. Cum hoc timore
spes habet merituꝫ: cū hoc metu fructuose
sperat. Est aūt is ipse timor firmissima que-
dam ⁊ efficax materia spei: si quis prudent
aduertat. Siqdem maximū quoddam dei
donum timor iste: ⁊ ex ꝑceptione pñtiuꝫ fir
ma ē expectatio futurorum. Postremo bene-
placitum est dño sup timentes eum: ⁊ vtiqꝫ
vita in volūtate eius ⁊ in beneplacito eius
salus eterna. Qm̄ in me sperauit liberabo
eum. Dulcissima liberalitas: in se speranti-
bus non deesse. Hoc enim totum hoīs me-
ritum: si totā spem suā ponat in eo qui totū
hoīem saluū facit. In te sperauerūt patres
nostri: sperauerūt ⁊ liberasti eos. Ad te cla-
mauerūt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerūt
⁊ non sunt ꝯfusi. Quis enim sperauit ī eo
⁊ cōfusus est? Sperate in eo oīs ꝯgregatio
populi. Quēcūqꝫ enim locū calcauerit pes
vester: vester erit. Pes noster vtiqꝫ spes no
stra est: ⁊ quātūcūqꝫ illa ꝓcesserit obtinebit
si tñ in deum tota figat vt firma sit ⁊ nō ti-
tubet. Quid timeat aspidem aut basiliscuꝫ
quid leonis rugit⁹ aut draconis sibilos ex-
pauescat? Qm̄ in me sperauit: liberabo eū.
Porro liberatum qdem ne iterum egeat libe-
rari ꝓtegam eum ⁊ cōseruabo: si tñ cogno
uerit nomen meū: ne sibi tribuat qḋ libera
tus est sed nomini meo det gloriā. Protegā
eum qm̄ cognouit nomen meū. In ꝑsentia
enim glorificatio vultus in noticia noīs ꝓ-
tectio exhibet. Spes in noīe: res in facie ē.
Quod enim videt qs: quid sperat? Fides
vtiqꝫ ex auditu: ⁊ ea quidem iuxta eundeꝫ
apostolum est rerum substantia sperandarum
Protegam eum qm̄ cognouit nomē meuꝫ.
Non nouit nomen eius qui illud assumit ī
vanum: qui dicit ei. dñe dñe ⁊ nō facit que
dicit ipse. Non nouit nomen eius: qui eum
nec honorat vt patrem: nec vt dñm timet.
Non nouit nomen eius: qui ad vanitates
⁊ insanias falsas cōuertit. Beatus vir cui⁹
est nomen dñi spes eius: ⁊ non respexit ī va
nitates ⁊ insanias falsas. Paulus hoc no-
men cognouerat qui dicebat. Non eniꝫ est
aliud nomen datū hominibus in quo opor
teat saluos fieri. Nos quoqꝫ si nouim⁹ no-
men sanctum quod inuocatum est sup nos
desiderandum vtiqꝫ nobis vt semp sancti-
ficetur in nobis atqꝫ ita orandum iuxta do
ctrinam vtiqꝫ saluatoris. Pater noster qui
es in celis sanctificetur nomē tuū. Deniqꝫ

audi quid sequatur ī psalmo: Clamauit ad
me ⁊ exaudiam eū. Hic fructus noticie no
minis clamor orationis. Porro fructus cla-
moris exauditio saluatoris. Quomodo eni
aut non inuocans exaudiri poterat? aut no
men dn̄i nesciēs inuocare? Gratias ei qui
manifestauit hominibus nomē patris? fru-
ctum salutis in eius inuocatiōe ꝯstituens:
sicut scriptū est: Quicūq̄ īuocauerit nomē
dn̄i saluus erit.

¶ De versu quintodecimo: Clamauit ad
me ⁊c̄. Sermo decimussextus.

lxvi Clamauit ad me: ⁊ exau
diam euz. Hoc plane est testa
mentū pacis? hoc pietatis fe-
dus: hoc pactū misericordie ⁊
miserationis. Sperauit in me liberabo eū.
Nomē meum cognouit: ꝓtegam eum. In-
uocauit me: ⁊ ego exaudiam eū. Non dicit
dignus fuit: iustus ⁊ rect⁹ fuit: innocēs ma
nibus ⁊ mūdo corde: ꝓpterea liberabo ꝓ-
tegam: exaudiam eū. Si enim hec aut simi
lia diceret? qs non diffideret? Quis gloria-
bitur castum se habere cor? Nunc aūt apd̄
te ꝓpitiatio est: ⁊ ꝓpter hanc legem tuā su-
stinui te dn̄e. Dulcis lex: que meritū exau-
ditionis in clamore ꝯstituit postulationis.
Clamauit inquit ad me: ⁊ exaudiam eum.
Merito non exaudit̄ qui clamare dissimu-
lat: aut oīno non postulans aut tepide po-
stulans ⁊ remisse. Siqdem in dei aurib⁹ de
siderium vehemens: clamor magnus: e re-
gione aūt remissior intentio vox submissa.
Quādo illa penetrabit nubes? qn̄ audiet̄ ī
celis? Nempe vt clamandum sibi nouerit
hō inter ꝑmordia sue oratiōis ipm̄ quē ora
turus est patrē in celis eē ꝓtinus admone-
tur: quo videlicet impetu quodaz spūs illo
sibi iaculandam esse meminerit orationem
Spiritus est deus? ⁊ in spū clamet necesse ē
quisq̄s clamorem suū ad eū desiderat pue-
nire. Sicut enim non ad faciem hoīs respi
cit tanq̄ȝ hō: sed magis intuet̄ cor: sic ad cor
dis potius vocem q̄ȝ corporis aures eius
cui merito dicit̄: Deus cordis mei. Hinc ē
ꝙ moyses foris tacēs intus audit̄: dicente
domio: Quid clamas ad me? Clamauit ad
me: ⁊ exaudiā eum. Non imerito. Clamorē
magnū sane magnitudo necessitatis extor-
sit. Quid enim clamās petijt? nisi consola-
tionem: liberationem: glorificationē? Alio
qn quō super his exauditur? si pro alijs cla-
mat. Exaudiam eum ait. In quo exaudies
dn̄e? vel in quibus? Cum ipso sum in tribu
latione: eripiā eum ⁊ glorificabo eum. Ad
magnum illud triduum quod ꝓxime sum⁹
celebraturi: hunc mihi ternariū arbitror re
ferendum. Siquidem ⁊ ipse ꝓpter nos tri-
bulationem ⁊ dolorem inuenit: qn̄ ꝓposito
sibi gaudio sustinuit crucem confusione cō
tēpta. Verūtn̄ que de ipso erant sicut ante
mortē predixit finē habuerūt: ⁊ sicut ī mor-
te dixit cōsumata sunt ⁊ extūc sabbatizauit
Nec dilata est glīa resurrectiōis: die tertia
summo diluculo sol iustitie de tumulo ort⁹ ē
nobis. Ita ergo fructus pariter tribulatio
nis ⁊ veritas ereptiōis in manifestatōe glo
rificatōis apparuit. Nihilominus quoq̄ ⁊
in nobis simile quoddā triduū posse vide-
bit̄ assignari. Cū ipso sum ait in tribulatōe.
Qn̄ hoc nisi in die tribulatiōis nostre? ī die
crucis nr̄e dum implet̄ qd̄ ipse ait ī mundo
qdem pressurā habebitis ⁊ qd̄ apl̄s ei⁹ oēs
qui pie volunt viuere in xp̄o ꝑsecutionē pa
tiunt̄? Nam liberatio plena ⁊ ꝑfecta an̄ diē
sepulture esse nō poterit: ꝙ maneat iugum
graue sup filios adam a die exitus de vētre
matris eoꝝ vsq̄ȝ in diem sepulture in matrē
oīum. In hac igit̄ die eripiam eum inquit?
qn̄ iam nihil vltra qd̄ vel corpori vel aīe fa-
ciat mūdus habebit. Sane glorificatio diē
vltimū manet diem resurrectionis: qn̄ sur-
get in gloria quod in ignominia interim se-
minat̄. Unde scimus ꝙ nobiscuz sit ī tribu
latiōe. Ex eo vtiq̄ȝ ꝙ in ipsa tribulatōe nos
sumus. Quis eni sustineret? qs subsisteret:
qs ꝑsisteret sine eo? Omne gaudium existi-
memus cum in tribulationes varias inci-
derimus fratres mei? non mō quia ꝑ mul-
tas tribulationes oportet nos intrare in re-
gnum dei: sed qm̄ iuxta est dn̄s his qui tri-
bulato sunt corde. Si ambulauero ī medio
vmbre mortis ait quidam: non timebo ma-
la: qm̄ tu mecum es. Ita ergo nobiscum est
oībus dieb⁹: vsq̄ȝ ad cōsumationē scl̄i. Qn̄

autē erimus nos cum ipso? Nimirū qñ ra-
piemur obuiā christo in aera: ꝛ sic semp cū
dño erimus. Qñ apparebim⁹ cū christo in
gloria? Nempe cū christus apparuerit vi-
ta nostra. Interim sane abscondat necesse
est: vt p̄cedat tribulatio ereptionē: ereptio
glorificationē. Vox liberati Cōuertere aīa
mea in requiē tuam: q2 dñs bene fecit tibi.
Quia eripuit animā meā de morte: oculos
meos a lachrymis: pedes meos a lapsu Eri
piam eum ꝛ glorificabo eum. Felix qui te
interim consolatorē ꝛ adiutorē habet: adiu
tor in oportunitatibus: in tribulatione. At
q̄ꝫ felicior quē iam eripuisti ꝛ exemisti tan-
tis malis: q̄ꝫ felicior qui iam ereptus est de
laqueo venantiū: qui iam raptus est ne ma
litia mutet intellectum illius: aut ne fictio
decipiat animā eius. Longe tamen pre his
omnibus felicissim⁹ ille erit quē assumpse-
ris ad teipsum: quē repleueris in bonis do
mus tue: ꝛ claritati tue conformaueris eū.
Et nūc filioli clamemus in celum: ꝛ misere
bitur nostri deus noster. Clamemus in ce-
lum: quia sub celo omnia labor ꝛ dolor ꝛ va
nitas ꝛ afflictio spiritus. Deniqꝫ prauū est
cor hoīs ꝛ impscrutabile: proni sensus ei⁹ ī
malū. Non est in me bonū: hoc est in carne
mea. Lex peccati ī ea habitat aduersus spi
ritū ꝯcupiscēs. Postremo ꝛ cor meū dereli
quit me: ꝛ corp⁹ mortuū est ꝑpter peccatū.
Sufficit autē diei q̄ꝫ malitia sua: ꝛ est mun
dus ipse positus in maligno. Oꝫ nequā in
oīb⁹ seculū p̄ns: q̄ꝫ nequiter aduersus ani-
mā secularia desideria militare noscūtur.
Sunt ꝛ principes mundi huius tenebrarū
harum spūales nequitie: aeris potestates:
ꝛ inter eas callidior cunctis animātib⁹ ser-
pens. Hec ergo sub sole omnia: hec omnia
sub celo. Ad quod horum confugiū facis?
In quo horum omnuū speras solatiȷ́ aliqd
aut auxiliȷ́ inuenire? Si q̄ras intra te aruit
cor tuū: ꝛ obliuioni datuꝫ: te reperis tanq̄ꝫ
mortuū corde. Si infra te: corp⁹ quod cor-
rumpit aggrauat animā. Si circa te: etiam
terrena inhabitatio deprimit sensum mul-
ta cogitantē. Quere ergo supra te: sed cau-
tus esto ventosa agmina transilire. Quia
eni omne datū optimū: ꝛ omne donū ꝑfe-
ctum nō nisi desursum esse: nouerūt mediū
iter latrunculi obsidere. Transi igit transi
peruigiles illas nequitias: que tā indefes-
se custodiunt ꝛ obseruant: ne quis in illam
possit euadere ciuitatē. Si te percusserint:
si vulnerauerint: dimitte eis palliū: qđ in
egypto olim ioseph adultere dereliquit: di
mitte ꝛ syndonē: vt cum euangelico illo iu
uene ꝓfugias nudus ab eis. Nūquid non
solū palliū eius ꝛ syndonē in manus impiȷ́
dederat deus: cui⁹ in facultate ꝛ carne dās
potestatē: verumtñ animā ait illius serua?
Ita ergo sursum cor: sursum clamor: sursuꝫ
desideria: sursum conuersatio: sursum intē-
tio: ꝛ omnis expectatio tua desursū fit. Cla
ma in celum vt exaudiaris: ꝛ qui in celis ē
pater mittat tibi auxilium de scō: ꝛ de syon
tueat te. Mittat interim auxiliū de tribu-
latione: eripiat a tribulatione: glorificet in
resurrectiōe. Magna sūt hec: sꝫ tu dñe ma
gne ꝓmisisti. Ex tua ꝓmissiōe spam⁹: inde
audem⁹ dicere: si corde clamam⁹ pio: certe
debes ex ꝓmisso Amen.

¶ De versu sextodecimo Longitu-
dine dierum. Sermo. xvij. lxv

Bene nobiscum agit frēs: satis huic competit tpi v̄sus psalmi. Celebraturis
ꝓxime dñicam resurrectionē
iamnūc cuiqꝫ nostrū sua ꝓmittit: vt festiui⁹
in capite suo factū recolant mēbra: quod in
seipsis ꝑstolant aliqñ faciēdū. Cōgruus fi
nis psalmi: vbi psallēti finis ꝓmittit tā bea
tus. Iocūde cōplet: dū ī eo spōdet repletio
tā iocūda. Lōgitudine inquit dierū reple-
bo eum: ꝛ ostendam illi salutare meuꝫ. Se-
pius vos admoneo frēs: q̄ iuxta pauli sen-
tentiam ꝓmissionē habeat pietas vite eius
que nūc est pariter ꝛ future. Vñ ꝛ idē ait:
Habetis nūc quidē fructū in sanctificatio
nem: finē v̄o vitā eternā. Ipsa est que hoc
loco ꝓmittit: plenitudo ipa longitudo die-
rum. Quid enim tam longum: q̄ꝫ quod
eternum est? Quid tam longum: quod nul
lo fine preciditur. Bonus finis vita eter-
na: bon⁹ finis qui finem nō habet. Et sane
cui⁹ finis bon⁹ est: ipsum quoqꝫ bonum est.

Amplectimini itaqꝫ sanctificationem: qm̄
bona est: qm̄ finis eius vita sine fine. San-
ctimoniā sectemur ⁊ pacē: sine qua nemo
videbit deum. Lōgitudine inquit dierum
replebo eum: ⁊ ostendā illi salutare meum.
Dextere dī ē ista pmissio. Muneꝰ dextere ē
quā sibi olim sanctus porrigi optabat Ope
ri inquiēs manuū tuarū porriges dexterā.
Delectationes in dextera hac vsqꝫ in finē.
Hanc nimirum ⁊ ille sibi porrigi optauit ⁊
obtinuit dexterā: de quo psalmꝰ ait: Uitā
petijt a te: ⁊ tribuisti ei lōgitudinē dierū in
seculū ⁊ in seculū seculi. Manifestiꝰ deniqꝫ
Sapiens dixit: In sinistra illiꝰ diuitie ⁊ glo
ria: in dextera eiꝰ lōgiturnitas vite. Quis
est homo qui vult vitā: diligit dies videre
bonos? Hec enim vita qua viuimꝰ magis
mors est: nec simpliciter vita: sed vita mor-
talꝭ. Morit homo dicimus: qm̄ morti certis-
sime appropinquat. Quid vo agimus ex q̄
primū incipimus viuere: nisi morti propin-
quare: ⁊ incipere mori? Sed ⁊ dies quales
cūqꝫ vite huius pauci ⁊ mali sunt: sicut san
ctus patriarcha testatur. Ibi vo viuit: vbi
viuida vita est ⁊ vitalis. Ibi dies boni: vbi
interminabilis longitudo dierū. Grās ei q
tam non modo fortiter: sed suauiter dispo-
suit vniuersa. Eorum nempe paucitas die-
rum finietur breui: quorū sufficit vnicuiqꝫ
malitia sua. Ubi aūt dierum bonitas: eter-
nitas quoqꝫ non deerit. Longitudine die-
rum replebo eū. Quod prius dixerat Glo
rificabo eum: euidentius hoc versiculo de
clarauit. Cui tamen nō sufficeret ab eo glo
rificari: cuius perfecta sunt opera. Nō eni
tanta imensitas nisi immensum glorificare
quempiā potest. Necesse est magna sit glo
rificatio: a magnifica gloria que descendit.
Uoce delapsa a magnifica glīa ait Petrꝰ.
Bene magnifica gloria: glorificans tā ma
gnifice in longitudine: in multitudine: in
plenitudine claritatis. Fallax gloria ⁊ va-
na ē claritas: dies hominū breuis. Sapiēs
eiusmodi non optabit: magis loquetur ex
corde ei qui intuetur cor Et diem hominis
non desideraui tu scis. Ego tamen plus ali
quid quam non: desiderat desidero: vt ne
recipiam quidem. Scio enim cuius vox sit

Ego claritatē ab homine nō accipio. Qꝰ
vo miseri qui gloriā que ab inuicē est que-
rimus: ⁊ nolumus eam q̄ a solo est deo. So
la siquidē ea quā solam negligimus lōgitu
dinē habet: sola repletionē. Breues dies
hominis: dies eius tanqꝫ flos agri sic efflo
rebit. Exiccatū est inqt fenū ⁊ cecidit flos:
verbū autē dn̄i in eternū manet. Uerus ni
mirum dies qui nō nouit occasum: eterna
veritas: ac perinde vera eternaqꝫ satietas.
Alioquin quomodo gloria illa replebit: q̄
fallax ⁊ vana est? Deniqꝫ ⁊ inanis dicit: vt
noueris te ex ea magis exinaniri posse: nō
posse repleri. Bonū ergo interim magis
abiectio qꝫ elatio est: bonum magis necessi
tas qꝫ voluptas; qꝛ cū vtraqꝫ res citiꝰ trāse-
at altera penam habeat: altera sit paritura
coronā. Utilis tribulatio que probationē
operatur: ducit ad gloriam. Cum ipso sum
inquit in tribulatione: eripiam eum ⁊ glo-
rificabo eum. Agamꝰ gratias patri miseri-
cordiarū: qui nobiscum est in tribulatione
⁊ in oī tribulatione nr̄a nos ꝯsolatur. Res
eni vt dixi necessaria tribulatio: que in glo
riam vertitur: tristitia que mutat in gau-
dium. Gaudiū sane lōgū: quod nemo tol-
lat a vobis: gaudium multiplex: gaudium
plenū. Res necessaria ista necessitas: que
coronam parit. Non contemnamꝰ fratres:
semen modicū est: magnus exinde fructus
exurgit: forte insipidum: forte acerbum est
forte granū synapis. Nō ꝯsideremꝰ q̄ vidē
tur: sed q̄ nō vident in eo. Que eni vident
tpalia sunt: q̄ autē nō vident eterna. Preli
bemus primitias glie: gliem̄ in spe magni
dei. Nō solū aūt: sꝫ vt dicā expsiꝰ gliem̄ in
tribulatiōe. In ea siqdē spes glie est. Uide
si nō hoc ipsū docere te velit Apl's: cū sub-
iūxit Qm̄ tribulatio patientiā opat: patiē-
tia pbationē: pbatio vo spem? Manifeste
aduertē est in his vbis: cū pmisisset Apl's
gliari in spe: nō aliud aliqd: sꝫ amplius eū
addidisse dicēdo: Nō solū aūt: sꝫ ⁊ gl'ari in
tribulationibꝰ. Nō eni altera gliatio cōmē
dat: sꝫ addit magis: vbi spes glie: vbi ipsa
spei gliatio reqrat. Siquidē in tribulatiōe
spes glie: imo ⁊ ipa i tribulatiōe glia ꝯtiet:
sic spes fructꝰ in semine est. In hūc modū

etiam modo regnū dei intra nos ē: thesau
rus ingens infictili vase in agro vili. Est ī
q̄z: sed absconditū ē. Felix qui ibi iuenerit il
lud. Quis ille? Nēpe q messem magis co-
gitauerit q̄z sementē. Oculus fidei inuenit
hūc thesaurū: nō ſm faciem iudicās: sed vi
dēs que nō apparēt: sed intuens que nō vi
dent. O veraciter hūc thesaurū inuenerat
quē volebat iueniri et ab alijs: qui dicebat:
Momētaneū et leue hoc tribulationis no-
stre: supra modū in sublimitate eternū pō-
dus glorie operatur in nobis. Nō dixit re
munerabit: sed eternū pōdus glorie operat
in nobis. Latet gloria fratres mei: abscōdi
ta nobis ē in tribulatiōe: i momētaneo hoc
latet eternitas: in hoc leue pōdus sublime
et supra modū. Interim ergo festinemus nobis
emere agrū istū: emere thesaurū istū: q ab
scōditus ē in agro. Omne gaudiū existime
mus fratres cū in varias inciderimus tri-
bulatiōes. Dicamus ex scīa: dicamus ex aīo
bonū magis ire ad domū luctus q̄z ad do
mū cōuiuij. Cū ipo sum in tribulatione ait
deus: et ego aliud interim q̄z tribulationē
requirā? Mihi aūt adherere deo bonū ē.
Nō solū aūt: sed et ponere i dño spem meā
qr eripiā eū inquit et glorificabo eū. Cum
ipo sum in tribulatiōe. Delitie inquit mee
eē cū filijs hominū. Emanuel nobiscū deus.
Aue gr̄a plena ait angelus ad mariā: dñs
tecū. In plenitudine gr̄e nobiscū est: in ple
nitudine glorie erimus nos cū eo. Descen
dit vt ppe sit his q tribulato sunt corde: vt
nobiscū sit in tribulatiōe nostra. Erit autē
qñ rapiemur in nubibus obuiā xpo in ae-
ra: et sic semp cū dño erimus: si tñ curremus
interim habere eū nobiscum: vt sit comes
vie q patrie redditor ē futurus: imo q tūc
patria mō sit via. Bonū mihi dñe tribula
ri dūmodo ipe sis mecū: q̄z epulari sine te:
regnare sine te: sine te gloriari. Bonū mi-
hi in tribulatione magna amplecti te: in ca
mino habere te mecū: q̄z eē sine te vel in ce-
lo. Quid enim mihi ē in celo? et a te qd vo-
lui sup terrā? Aurū pbat fornax: et viros iu
stos tētatio tribulatiōis. Ibi: ibi cū eis es
dñe: ibi in tuo nomine congregatis medi-
os astas: sicut olim cū tribus pueris es di-

gnatus etiam ethnico apparere: vt diceret
qr species q̄rti similis filio dei. Quid trepida
mus: qd cūctamur: quid fugimus hūc ca-
minū? Seuit ignis: sed dñs nobiscū ē i tri-
bulatiōe. Si deus nobiscū: qs cōtra nos?
Nihilominus quoq; si ille eripit: qs eripi
at de manu eius. Quis est q de manu eius
possit eruere? Porro si ille glorificat: qsnā
inglorium alius faciet? Si ille glorificat: qs
humiliabit? Audi denique: qua nā gloria ille
glorificet. Longitudine inqt dierū replebo
eū. Et pmo qdē in eo q dierū nomē plurali
ter posuit: nō vicissitudinē aliquā: sed mul
titudinē voluit cōmēdare. Alioqn si vicis-
situdinē suspicaris: Melior ē dies vna in
atrijs dñi sup milia. Legimus sanctos atq;
pfectos viros etiā ab his diebus nostris
plenos migrasse dierū: nec sane aliud q̄z vir
tutū plenos: plenos intelligimus gratiarū.
Nimirū in hāc plenitudinē velut de die in
diē: de claritate in claritatē: non qdē a suo
sed a dñi spū trāsformantur. Si ergo dies
gr̄a dei: si vt supra meminimus etiam dies
hois claritas que ab hoīe ē: et male nitens
gloria quā ab inuicem querimus: quō nō
magis verus dies et plenus meridies vere
glorie plenitudo? Or si dies plurimos diui
siones dicimus gratiarū: quō nō in multiplici
gloria dierū intelligit multitudo? Postre-
mo euidentius audi sine vlla vicissitudine
dies multos. Erit lux lune sicut lux solis
ait propheta: et lux solis septēpliciter sicut
lux septē dierū. Istis ni fallor cūctis diebus
vite sue psalmos suos cātare in domo dñi
rex fidelis optabat. Erit enī deuotos eē deo
ad singula tante et tā multiplicis glorie mu
nera: et in oībus semp grās agere: quasi cun-
ctis diebus psalmos dicere nomini eius. Lon-
gitudine dierū replebo eū. Ac si manifestius
dicat: Scio qd desideret: scio qd sitiat: qd
sapiat ei. Nō ei argētū vel aurū sapit: nō vo
luptas: nō curiositas: non dignitas aliqua
secularis. Oīa detrimētum facit: oīa asper
nat et arbitrat vt stercora. Exinaniuit pe-
nitus semetipm formā serui accipiēs: nec
se ex his patit occupari qbus nouit se non
posse repleri. Nō ignorat ad cuius imaginē
cōditus sit: cuius magnitudinis capax sit: nec

sustinet de modico crescere: vt de maximo
minuatur. Itaqz longitudine dierum re-
plebo eum: quem nisi lux vera reficere ni-
si eterna implere non potest. ¶ Siquidez
nec longiturnitas illa terminum: nec clari
tas illa occasum: nec satietas illa fastidiuz
habet. Erit enim securitas de eternitate:
gloriatio de veritate: exultatio de facieta-
te. Et ostendam illi salutare meum. Nimi-
rum extunc videre merebitur quod opta-
uit cuz sibi rex glorie gloriosam exhibebit
ecclesiam non habentem maculaz: ob splē-
dorem diei: sed neqz ob omnimodam ple-
nitudinem sui. Alioquin ad illius fulgo-
rem luminis: sicut nō impurus sic nec tur-
batus quidem in aliquo animus vel inqui
etus assurgit. Inde est qd nunc quoqz vt
supra memini sanctimoniam simul et pacez
sectari precipimur: quia sine his nemo vide-
at deum. Cuz ergo repleuerit in bonis de
siderium tuum: vt non aliud sit quod req-
ras serenato penitus ex ipsa plenitudine
animo: videre iam poteris serenitatem il-
lam plenitudinem maiestatis: similis deo
factus quod videas euz sicuti est. Aut for-
te quia iam plenus omni gloria in semet-
ipso etiam foris saluationem quam opera-
tus est deus: et plenam maiestate eius om
nem terram vndiqz circunspiciet: delicio-
sissimus deliciosissimi seculi habitator. Ad
hoc referri posse videbitur qd adiecit: et
ostendam illi salutare meum. Alioquin ac
cipiamus si magis placet etiam hoc modo
vt ipsos quos promiserat dies in hac osten
sione salutaris exponat. Longitudine in-
quit dierum replebo eum. Et tanqz quere
res vnde enim dies in ciuitate de qua legi
mus: quia non lucebit ibi sol per diez: nox
enim non erit in ea: ostendam illi inquit sa
lutare meum: vt quemadmodum et in illa
scriptura dicitur: Lucerna eius sit agnus.
Ostendam illi salutare meum. Non iam i
fide erudiam non iam exercebo in spe: sed
specie adimplebo. Ostendam illi salutare
meum: ostendam illi iesum meū: vt in eter
num iam videat: in quem credidit: quem
dilexit: quem semper optauit. Ostende no
bis dn̄e misericordiam tuam: et salutare tu
um da nobis. Ostende nobis domine salu
tare tuum: et sufficit nobis. Qui eniz videt
illum videt et te: quia ipse in te et tu in ipso.
Hec est autē vita eterna: vt cognoscamus
te verum deum et quem misisti iesum xp̄z.
Tunc dimittes seruum tuum domine sm
verbum tuum in pace: cum viderint oculi
mei salutare tuum: iesum tuum: dominum
meuz: qui est deus sup omnia benedictus
in secula. Amen.

¶ In natali sancti Benedicti abbatis.
Sermo primus.



Dixit simon pe- lxvij
trus ad iesum: Ecce nos reliq
mus oia: et secuti sumus te. In
huius patris pcipua solēnitate
totis eēt viribus iclamādū: nisi nobil' lingua
gregorij totū eius itinerariū smōe magnifi-
co collegisse. Ita eni actus eius: vernātis elo-
quij smone depinxit: vt et stilus sniarū ma-
iestate scintillet: et snie stilo reluceāt clario-
re. Ex habūdāti igit ē: post vocē tanti viri
aliqd addere: i cuius cōpatiōe nos nō solū i
eloquētes: sz et mutos eē non ignoramus.
Hoc solū dixisse sufficiat: quia solus iste mili
tantē manū excelso pncipi ceteris habun-
dātius psentabit: et monachis angelorum
more viuētibus celorum adipleuit palatia. Qui
refulgēs et splēdidius miles ipatorio astabit
tribunali plenus virtutibus infinitis: agmi-
nibus inumeris comitatus: cōsolarius regis
iudicis amicus: inimicus hostis antiq. De
eo plane eiusqz sequētibus: dixit simō petrus
ad iesum: Ecce nos reliqmus oia. Amica
prius cōfabulatio simonis ad iesum: et ser-
mo oi oratorio flore venustior: dignusqz si-
mon: q cum saluatore plenius ploquatur. Si
mon nāqz obediēs: iesus saluator interpta
tur. Loquitur ergo obediētia cū salute: quia so
lis obedientibus salus eterna hereditario
iure debetur: si tn̄ sit ibi petrus: idest obediē-
tia nō vacillet: aut titubet: sed fundata sit
supra firmā petram. Et quid ait? Ecce nos
reliquimus omnia: et secuti sumus te. Solē
ne verbū: magna pmissio. Opus sanctum
dignū benedictiōe: relinquere omnia et se-
qui xp̄m. Hec sunt verba voluntarie psua

soria paupertatis q̄ monasteria genuerunt
q̄ claustra monacis: anachoritis siluas co-
piosius repleuerunt. Hec eniz sunt de qui
bus psallit ecclesia: Propter verba labioꝝ
tuorum: ego custodiui vias duras? pcepta
ra requiez pro labore: pro paupertate diui-
tias: pro tribulatione mercedem. Magnū
est revera relinquere omnia: sed maius ē
sequi christum: cuz multos omnia reliqsse
nec tamen christum secutos fuisse legamꝰ.
Hoc opus: hic labor est: hic salutis huma-
ne summa cōsistit. Nec christum sequi pos-
sumus: nisi relinquamus omnia: quia exul
tat vt gygas ad currendam viaz: ꝛ onera-
tus eum sequi non potest. Nemo enim cū
sarcinis enatat: ait ille disciplinе secularis
orator: quem lingue nobilitas ꝛ profundi-
tas sensus paupertatis amicum constituit.
Merito relinquet omnia: qui sequitur eū
qui est super omnia. Et quoniam sufficien
tia nostra ex deo est: et erit deus omnia in
nobis: ecce inquit relinqmus omnia. Nō
solum facultates mundi: sed ꝛ animi quo-
qꝫ cupiditatez. Neqꝫ enim reliquit omnia
qui retinuit vel seipsum. Immo nihil pro-
dest sine seipso cetera reliquisse: quando q
dem nullum aliud onus grauius est homi-
ni q̄ꝫ homo ipe. Quis enim tyrannus cru
delior homini? que seuior potestas q̄ꝫ ho-
minis voluntas? Nunq̄ꝫ sub ea requiesce-
re: nunq̄ꝫ sedere licet? ꝛ quo amplius te si-
bi ad obediendum nouerit fatigari: eo ma
gis vrget: instigat ꝛ onerat: pietatis imme-
mor: misericordiam nesciens. Hoc eni pro-
prium propria voluntas habet? vt quo obe
diens obedientior sibi fuerit: eo ampliꝰ cū
crudelibus vinculis annectat. Solam se di
ligit: cum sola sit digna odio? principiū ini-
quitatis: mortis intrusio: destructio virtu-
tum. Venite ergo qui laboratis ꝛ onerati
estis ad onerum leuatorem: ꝛ ei voce ꝛ ope
re respōdete: Ecce nos reliquimus omnia
ꝛ secuti sumus te. Attende quia olim priꝰ
q̄ꝫ verbum caro fieret: ꝛ habitaret in nob:
sequebantur patres antiqui deum: soli spi-
ritui solo spiritu adherentes. Nunc vo se-
quendum est ꝛ corpore. Tunc enim predi-
cti patres terrenis leguntur abundasse di-
uitijs: de cetero nisi quis renunciauerit oī
bus que possidet: non potest eius esse disci-
pulus: eius scilicet qui cum esset diues: fa-
ctus est pro nobis paup. Relinquende igi-
tur sunt possessiones: ꝛ proprie voluntates:
si volumus eum sequi: qui non habuit vbi
caput suum reclinaret: ꝛ qui non venit fa-
cere voluntatem suam: sed eius qui misit
eum. Sequitur: Quid ergo erit nobis?
Iam oīa reliqt petrꝰ iam nō solū seqr sed
diu secutꝰ est: ꝛ nūc pmū interrogat qdnā
sit accepturus. Quid ē petre? Nōne obedi
entiā pmisisti in auris auditione? ꝛ nō in
pacti ꝯuētiōe. Sed audite iā qd loquat in
me dn̄s deꝰ: ꝛ attēdite spē in q̄ mūdo flu-
ctuāte spare debemꝰ. Amē dico vob q̄ vos
q reliqstis oīa ꝛ secuti estis me: in regene-
ratiōe cū sederit filiꝰ hōis in sede maiesta-
tis sue sedebitis ꝛ vos iudicātes. Quid est
hoc aliud dicē? q̄ꝫ ꝯsequemi quē sequemi:
si tn̄ pseqmini sic scptū est: inqre pacē ꝛ pse
qre eā? Sic g̊ currite vt cōphēdatis. Nec
priꝰ residē velitis q̄ꝫ sedētē apphēdatis: ꝛ
mereami ꝯsedē. Exultauit vt gigas ad cur
rendā viā: in eo. s. tpe in q̊ terris visus ē: ꝛ
cū hōibꝰ ꝯuersatꝰ est. Nec resedit? donec p
ueniret ad eū quē ꝯstituit laboris ꝛ tristitie
finē: tristis est eni ingens aīa mea vsqꝫ ad
mortē. Ergo cū sederit filiꝰ hōis in sede ma
iestatis sue q pꝰ ignominiosissimio supplitio
crucis iterrogatꝰ est ꝯtūelijs parit ꝛ tormē
to sedebitis ꝛ vos iudicātes. A qbꝰ iudiciū
nūc icipit? Qui minime datis reqez vobis
metipis? sic ille nō veit iudicare sꝫ iudica-
ri: nec mīstrari sed mīstrare. Illic vo sedes
in iudicio. Filiꝰ eni dei salua naturaꝝ vita
te sm q deꝰ est sedet a dxtris dei: sm q hō
asistit nūc vultu dei p nob. Nec erit sessio
trūphal donec sit deꝰ oīa in nob? idest cor-
pus capiti tāta pace iūgat: vt simꝰ ei siles ꝛ
si nō pares. Adhuc eni negat a iudeis: a gē
tibus subsānat: lacerat ab hereticis: a falsis
christianis grauiter impugnatur? et tu re-
putas eū residere qetū nec attēdere oculos
supboꝝ: malignātiū ipetus: repugnātiū vo
lūtates? Sed in regnātiōe sedebit cū sedē-
tibus? cū nos i syncerissimū nitorē i vtraqꝫ
substātia repurgnabimi: ꝛ ipe deuot inimi

cis cū amicis ītrabit in glīaꝫ angelos hōi-
bus vnitate sēpiterna ꝯiūges ⁊ dāne btē re
sarciēs ciuitatis. Hoc aūt totū erit ī regña
tiōe. Btā ista regñatio q̄ terrā renouabit:
⁊ celūꝰ ⁊ terrigēas celicolꝭ federabit: ⁊ ꝑpe-
tue pacis fontē īdefessa ꝓfluxiōe refundet
Notandū ꝙ vna gñeratio: ⁊ due regenera
tiōes. Et in generatiōe qdē quā ex radice
viciata ꝯtrahimus corpus mortalitate: aīa
aūt iniqtate replēꝰ ī regñeratiōe v̇o babtis
matis vbi oportet nos nasci aīe qdē purga
tur iniqtas: sꝫ corꝑis mortalitas nō auferꝭ.
Necessaria ē ergo scda regeneratio siue re
surrectioꝰ ī q̄ reparenꝭ ⁊ corpora ꝯfigurata
corꝑi claritatis xp̄i: si tñ corda fuerit prius
reformata ad māsuetudinē ⁊ humilitatem
ipsius xp̄i cordis. Unde ⁊ btūs q hēt ꝑteꝫ
in resurectiōe ꝑma: ꝓ eo ꝙ futurus est ꝑti
ceps ⁊ scdē: In hac ğ regeneratiōe cū sede
rit filiꝰ hoīs ī sede maiestatis sue: sedebitis
⁊ vos iudicātes ⁊c̄. Hoc est qđ in alio loco
scꝑtura loquēs: ꝓ cōfusiōe sua inqt duplici
⁊ robore: laudabūt ꝑtē eoꝝ. Duo enī hēt
pauꝑtas sequētiū deū: afflictionē. s. ⁊ vilita
tem. Unde ꝓpħa: vide inqt humilitatē me
am ⁊ laborē meū. Propterea igiꝭ in terra sua
duplicia possidebūtꝰ vt ꝓ vilitate sit honor
iudicarie ꝑtātis: ꝓ afflictione refrigeriuꝫ
placidissime sessiōis. Qñ igiꝭ sedebimꝰ nos
q̄ꝝ mō nec corpꝰ nec aīa sedetꝰ ī qbꝰ nihil
sedatū nihil qetū nihil ī eodē statu ꝑmanet
Qñ libabimur ab inqetudīe mobilitatis
huiusꝰ Corpus enī nr̄m sedere nō ꝑmittiꝭ
cū illud īpediat ⁊ p̄ntis sensus doloris ⁊ fu
ture mortis anxietas: qđ mō passibile est ⁊
mortale: Sꝫ ⁊ spūs ip̄e nullā hēt reqeꝫ: ob
expectationē spei ⁊ tioris solicitudinē. Erit
aūt cū aīa reqescet sīgularīꝭ in spe ꝯstituta
Libe qdē a solicitudīe: sꝫ nō ab expectati-
one. Fiet aūt h̄ post mortē carnis: sꝫ añ diē
iudicij. In die aūt cū sederit filiꝰ hoīs ꝑscē
⁊ ex oī ꝑte sedebimꝰ qꝛ nec corpus doloris
sensū ħabiꝭ nec anxiabiꝭ timore mortis im
passibilitas ⁊ īmortalitas duplici stola glo-
rificatū. Liberiqꝫ erimꝰ quo ad aīaꝫ ab ex-
pectatiōe ⁊ solicitudine vniuersa nihil mi-
nus hn̄tes: nihil deinceps ꝑiculi metuētes
in ꝑfectissima securitate: ⁊ securissima ꝑfe-
ctiōne. Sedebitis ait veritas: solennis ses-
sio: ğta qes: plena sufficiētia. Filij hominū
vsqꝫ quo graui cordeꝰ vt qd diligitis vani-
tatē ⁊ q̄ritis mēdaciū. Gloriā. n. q̄ ab īuicē
ē q̄ritis: vanā vtiqꝫ ⁊ mēdacēꝰ qm̄ vani ho
mines ⁊ mēdaces filij hoīuꝫ: ⁊ gloriā q̄ a so
lo deo ē nō vultis: gloriā sine dubio manē-
tē ⁊ veraꝫ. Miseri ⁊ miserabiles q ꝓ breui
voluptate: torrētē ꝑditis voluptatēꝰ ⁊ diui
nā vob̄ īterrūpitis grāꝫ: vt nunq̄ꝫ saciemi-
ni ab vberibꝰ ꝯsolatiōis eiꝰ. Sꝫ ne magne
ꝓmissiōis dulcedinem lōganimis expecta
tio ꝯtorq̄ret nr̄e mētis mobilitatē: s̄mōe tē
perat dulciori. Nouit. n. ip̄e figmētū nr̄mꝰ
quō dilatiōes moras pusillanimitas nr̄a ñ
sustinet: iō ⁊ bonitate sua huic obuiat cogi
tationi: ⁊ occurrit etiā ex hac ꝑte. Et oīs q
reliq̄rit domū: aut p̄rēꝫ: aut matrē: aut frēs
aut vxorē: aut filios: aut agros ꝓpter nomē
meū: centuplū accipiet: ⁊ vitā eternā possi-
debit. Obstructū ē certe os loquētiū iniq̄:
iāqꝫ ꝯfūdenꝭ oēs iniqua suꝑuacue agētes.
Habes enī ꝓmissionē vite q̄ nūc ē pariꝭ et
future. Manifestūqꝫ est eē p̄ntis tꝑis ꝓmis
sionē centupli: ex eo nimirū qđ sequiꝭ: vitā
eternā possidebit. Sꝫ ne qs oīno dissimulā-
di locꝰ remaneat obstinatꝭ: vade ad euāge-
liū s̄m marcū: vbi apte declaraꝭ eē hꝰ tꝑis
cētupli ꝓmissionē. Ait enī dn̄s Nemo est q
reliq̄rit patrē: aut matrem: aut filios: aut a-
gros ꝓpter me: aut ꝓpter euāgeliū: qui nō
accipiet cēties tātū in h̄ tꝑe: domos ⁊ frēs:
⁊ cetera q̄ sequunꝭ. Et vt magis miremini
ne ꝓmissionē hanc: lꝫ huiꝰ sit tꝑis: exhiberi
de tꝑalibꝰ estimetis: additū est: cū ꝑsecutio
nibꝰ. Quid enī in ꝑsecutiōe positi terrene
substātie sancti martyres acceperūtꝰ qñ et
ipsa q̄ꝫ terra btōꝝ corpoꝝ data ē in manus
impioꝝꝰ Qđ ğ dicit: cēties: domos ⁊ frēs ⁊
cetera minime s̄m carnē intelligi posse: vel
ex eo ītelligi pōt: ꝙ cētū matres accipit ne
mo. Iā v̇o si ꝑ cōicatiōe possessionū ⁊ ami-
coꝝ affectiōe q̄ īter electos ē: ꝓmissionem
hāc volumꝰ ītelligē: aliqbꝰ qdē: sꝫ nō oībꝰ
poterit cōuenire. Nōnullos. n. sanctoꝝ ter
rena hac ⁊ humana cōsolatione nouimus
caruisse. In corde ergo ⁊ in homine interi-
ori: centupluꝫ hoc queras ⁊ necesse est: vt

habeas qdem nūc fructū tuū in scificatio nem finē vo vitā eternā. Qui ḡ nundū cen tuplū accepꝰūt scrutenᷓ corda sua: ⁊ vniuer sa viarū suarū studia diligēter examinēt. Nec dubiū qn inueniāt angulū ⁊ diuerso riū: qd saluatoꝛ nō nouit. Sed vulpes foue as hñt: ⁊ volucres celi nidos. Magis aūt pfecti relinquāt oīa: nō q̄ sua sunt qrant: ni hil sibi retineāt: nihil alicui. Sunt eni ple riqꝫ q licet ꝓpriā exaltationē voluptatēqꝫ satis despiciāt: ppinqs tñ suis quodāmō re tinēt qd debuerāt reliqsse: icogrua solici tudine ⁊ religioni ꝯtraria ꝑ eis vtiqꝫ labo rantes. Quāti eni monachoꝝ dū parētibꝰ suis plus iusto cōsulūt: aīas suas pdiderūt Ergo relinquāt oīa: solū sequanᷓ xp̄m: soli xp̄o placere cōtendāt: ⁊ bñplacito volūta tis eius peruigili adhereant solicitudine. Haud dubiū: quī expiant illud qd relin quentibus oīa ⁊ sequētibꝰ se veritas polli cetur. Centuplū inqt accipiet: ⁊ vitā eter nam possidebit. Illud eni in via accipitur ad solatiū: illa vo ad btitudinem in patria possidebiᷓ in eternū. Sed qd est cētuplum istud: nisi ꝯsolatiōes iustificatiōes pnitie qꝫ spūs: q sup mel dulcis est nisi testimoniū ꝯsciētie nostre. nisi leta ⁊ iocūdissima iusto rum expectatio: nisi memoria abundantie suauitatis dei? Et magna vere multitudo suauitatis dei ⁊ suauitatis eius: quā nec ex ptis necesse est dicere: nec exptis vllis ver bis exp̄mere qsq̄ pōt. Non pater aut ma ter nō domus aut ager nō cibus aut vestiᷓ nō terrenū aut corporale: sed plane bis oī bus delectabilius sup hec oīa dulcius atqꝫ iocundius est cui sic spūaliter auangelice lectionis excursus assignari potest quēad modū p̄ri et mgr̄o nr̄o btō bñdicto. Hic a pueritia mundū cū flore religt: ⁊ currentē xp̄m cursu rapidissimo secutꝰ est nec d̄stitit donec ꝯsequereᷓ. Quis inter iudicantes sublimius iudicabit? Quis ita cētuplū in hac vita pcepit? Quis vitā eternā glꝛiosꝰ possidebit? Eius igiᷓ intercessione sue gr̄e largitatē ad p̄ntis vite ꝯsolationē ⁊ eterne possessionē nob̄ ministrare digneᷓ: q venit vt vitā hēamꝰ ⁊ abundantiꝰ hēamus iesus xp̄s dn̄s nr̄: q est deꝰ bñdictꝰ in scl'a amen.

¶ Itē vbi supra: De eo qd scriptum ē: Et erit tanq̄ lignū qd plātatū est secus de cursus aquaꝝ. Sermo secūdus.



Conueniētibus vobis in vnū: ad audiēdum verbū salutis: magnus mihi timoꝛ instat: ne forte fratres mei: aliqs minꝰ digne illd recipiat: ⁊ nō si cut recipiendū ē verbū dei. Scio enim ter rā que sepius supuenientē in se imbrē reci pit: si fructū nō fecerit: reprobā fore: ⁊ pxi mā maledicto. At ego si possem benedicti ones illi dare mallem ⁊ nō maledictiones. Immo vo ipaꝫ bñdictionē celestis patris nr̄i: non meā: quā tñ ipo dignāte qdē acci pitis p os meū: opto vobis benedictionēꝫ manere semp: nec ī maledictionē posse mu tari. Celebramꝰ hodie magr̄i nr̄i glꝛiosi bñ dicti natale: p eo nob̄ ⁊ de eo solēnis s̄mo ex more debeᷓ: cuiꝰ dulcissimū nomē cū oī nobis iocūditate āplectēdū ē ⁊ honorādū qm̄ ipe dux nr̄: ipe mgr̄ ⁊ legifer nr̄ ē. De lectoꝛ qdē ⁊ ego ī ipius memoria: lꝫ ñ sine meo ruboꝛe: beati huiꝰ patris nomē audiā memorari. Est eni mihi de ipiꝰ imitatione vobiscum seculi abrenūciatio: ⁊ monastice pfessio disciplime. Sed singulariᷓ sine vob̄ cū eo pticipo nomē abbatis. Abbas fuit: ⁊ ego. O abbas ⁊ abbas. O vnū nom̄: sꝫ ī alto sola magni nois vmbra. Ministeriū vnū: sꝫ heu q̄ dissimiles ministri: q̄ntū ministra tio ipsa dissimiᷓ. Ue mihi si tā lōge fuero a te beate benedicte in futuro q̄ꝫ a tue sancti tatis vestigijs longe esse reperioꝛ in presen ti. Sed nō mihi apud vos hec peroꝛare ne cesse est. Scio eni q̄ scientibus me loquoꝛ. Tm̄ peto vt pudorē hunc: vt hunc timoꝛē meū fraterna compassione leuetis. Qñ tñ omnino dispēsatio mihi credita est: et si nō habeo apud me quod vobis apponā: que ram a beato benedicto tres panes quibus vos pascā. Reficiat vos sanctitas eius: iu stitia eiꝰ: pietas eius. Recolite dilectissimi q̄ nō oēs q in pcessione dn̄i fuerūt: sua illi pstrauerūt vestimēta. In illa inq̄ pcessiōe quam annuente domino in pximo sumus celebraturi: qñ venienti ad passionem: et

sedenti super asellum populi occurrerunt
non oẽs vestiméta ꝓsternebãt in via: sed
cedebãt aliq ramos de arborib⁹. Nõ erat
hoc magnũ. Qd gratis acceperant: gratis
dabãt. Uerũtñ ne ipe qdem penit⁹ ociosi
fuerũt: sed nec a ꝓcessione leguntꝛ expulsi.
Frẽs mei piũ xp̃i iumentũ q cũ ꝓpħa dice
re potestis: vt iumentũ fcũs sum apud te. ⁊
ego semp tecũ: vos estis qbus insidet xp̃s:
qm̃ aĩa iusti sedes ẽ sapiẽtie. Et apl's xp̃m
p̃dicat dei ṽtutẽ ⁊ dei sapiãz. Si vestes nõ
hẽo q̃s pedib⁹ nr̃is ꝓsternã: tẽtabo vel ra-
mos cedere de arborib⁹: vt tãti ꝓcessiõi vl'
parũ aliqd nõ desit ministerij mei. Arbor
fuit beat⁹ bñdictus grãdis atq; fructifera
tanq̃ʒ lignũ qd plantatũ est sec⁹ decursus
aquaꝝ. Ubi sunt decursus aquaꝝ? Profe
cto in vallibus: q2 inter mediũ montiũ per
transibũt aque. Quis eñi nõ videat hos
torrẽtes montiũ ardua declinare? ⁊ mediã
ad humilitatẽ diuertere vallis? Sic ꝓfcõ
sic supbis de⁹ resistit: humilib⁹ aũt dat gra
tiam. Securus hic fige pedẽ: qcũq; es iu-
mentũ xp̃i. Sup hunc ramũ innitere: semi
tam vallis icede. Nimiꝝ in mõte sedẽ sibi
ꝯstituit serpẽs antiquus: mordẽs vngulas
equi vt cadat ascensor eius retro. Propte-
rea vallẽ magis elige: ad ambulandũ: val-
lem elige ad plantandũ. Neq; eñi vel in
serẽdis arborib⁹ mõtana solemus eligere:
q2 frequẽter arida sint ⁊ petrosa. In valli-
bus piguedo est: ⁊ ibi ꝓficiũt plante. Ibi
plena spica ibi cẽtesimus oritꝛ fruct⁹: iuxta
illud: ⁊ valles abundabũt frumẽto. Audis
q2 vbiq; vallis laudatꝛ: Ubiq; humilitas p̃
dicatur. Ibi plãtare confert: vbi decursus
aquarũ: q2 ibi copia gratie spũalis: ⁊ aque
que super celos sunt: laudãt nomẽ dñi: id-
est benedictas res faciũt vt laudetur. Ste-
mus in hac charissimi: ⁊ plãtati stemus vt
nõ arescamus. Non moueamur quocũq;
flatu: sicut scriptum est. Si spũs habentis
potestatẽ sup te irruerit: locũ tuũʒ ne dese-
ras. Nulla enim vobis tẽtatio preualebit:
si nõ ambuletis ĩ magnis ⁊ mirabilibus su
per vos: sed ꝑmaneatis firmis radicibus ĩ
humilitate radicati atq; fundati. Sic plan
tatus secus decursus aquarũ: sanctus iste

confessor dñi: fructũ suũ dedit ĩ tẽpore suo
Sunt eñi q fructũ nõ faciũt: sunt q faciũt:
sed nõ suũ: sunt q faciũt fructũ: sed nõ tem
pore suo. Sunt inq̃ʒ arbores ĩfructuose: vt
quercus ⁊ vlmus: ⁊ silueſtres arbores alie
sed huiusmodi nemo plantat ĩ orto suo: q2
nõ faciũt fructũ. Et si quẽ faciũt nõ huma
no vlli aptus ẽ: sed porcino esui. Tales sũt
filij huius seculi: agẽtes ĩ cõmesatiõibus
⁊ ebrietatibus ĩ cubilib⁹ ⁊ ĩpudicijs. Hec
nãq; porcoꝝ cibus sunt eoruʒ quos ver⁹ iu
deus ꝓhibetꝛ comedere: q2 eis xp̃ianus nõ
debet adherere. Sicut enim caro porcina
dũ cõmeditꝛ nostre adheret carni: vt iaʒ sit
vna caro: sic trãsgressor p̃cepti dñici spur-
cos sibi spũs sociat: ⁊ adherẽdo eis: vn⁹ cũ
eis efficitꝛ demon. Nã iccirco in sacrificijs
ꝓhibetꝛ aĩal illud offerri: q2 spurcos spũs ĩ
mũdosq; designet: idest hoĩes q relicta oĩ
insigni mũdicia solis sibi in spurcitijs com
placentes vitioruʒ ⁊ criminum semper sce
no delectantꝛ inuolui. Uñ ⁊ in euãgelio le-
go illa maledicta dũ eijceretꝛ ab hoĩe: tãq̃ʒ
simile sibi animal porcos postulat ingredi:
nec negantꝛ. His fructũ ferũt arbores ĩfru
ctuose: ad quaꝝ radices securis iaʒ posita
videtꝛ. Arbores aũt q̃ fructũ faciũt: sed nõ
suũ hypocrite sunt cũ symone cyreneo cru
cẽ portãtes nõ suã: q religiosa intentiõe ca
rẽtes: angariantꝛ: ⁊ q̃ nõ amãt amorẽ vane
glorie quã desiderãt facere cõpelluntꝛ. Nã
in eo qd dr̃ in tp̃e suo: arguuntꝛ qdẽ añ tp̃s
fructificare volẽtes. Nõne ⁊ in arboribus
nostris citius q̃ʒ oportʒ pullulãtibus: time
mus oĩno floribus intẽpestiuis. Sic sũt ali
q quoꝝ fruct⁹ inutiles fiunt: q2 nimis ꝓpe
oriuntꝛ. Hij sunt qui in initio ꝯuersiõis sue
ab his cõtinuo velle fructificare p̃sumunt
ꝯtra legis decreta arare in p̃mogenito bo-
uis: ⁊ ouis p̃mogenita tondere festinãtes
Uultis cognoscere q̃m solicite id vitaue-
rit sanctus iste magister nr̃. Et hũc ramuʒ
vobis appono: qm̃ trib⁹ annis soli deo no-
tus: hoĩbus mãsit incognit⁹. Fructũ qdeʒ
multuʒ tulit vt ipsi cernitis: sed in tp̃e suo.
Neq; eñi credebat tẽpus esse fructificãdi
qñ tãta carnis tentatiõe grauat⁹ ẽ: vt pene
cederet: pene discederet. Ego eniʒ nec istũ

q̄dē ramuz p̄teribo: q̄m̄ hirsutꝰ quodam mō spinaꝝ aculeis: q̄bus seipm̄ vir dn̄i benedictus iniecit: tm̄ vtilis est oīno: vtilis in iumēto dn̄i: ꝓpter foueas tētationū: ne in eas incidat cōsentiendo: sed magis resistat ⁊ viriliter agat: sustineatqꝫ dn̄m ne desperet. Hic ergo fige pedē: iumētū xp̄i: ⁊ disce quātacūqꝫ acerba tētatio seuiat: nō credere: te ꝓpterea derelictū eē a dn̄o: sed inemineris scriptū eē: inuoca me in die tribulationis: eruā te ⁊ honorificabis me. Ergo vt dicere ceperam: nō credebat beatus benedictus tūc esse fructificandi tempus: quādo adhuc tantis tentationibus vigebatur. Sed venit tempus: ⁊ in tempore suo fecit fructum. De fructu eius sunt tria illa que superius tetigi: sanctitas eius: iusticia eiꝰ: pietas eius. Sanctitatem miracula ꝓbāt: doctrina pietatem: vita iusticiam. Vides iumentum christi: ramos folijs virentes: vernātes floribus onustos fructu? Super istos innitere: vt gressus rectos facias pedibꝰ tuis. Sed quomodo tibi appono eiꝰ miracula? Nūquid vt miracula facere velis? Nequaqꝫ: sed vt miraculis eius innitaris: videlicet: vt cōfidas ⁊ gaudeas ꝙ sub tali pastore positus es: ꝙ tm̄ meruisti habere patronum. Omnino enim valde potens est in celis: qui tam potens extitit in terris: ſm magnitudinem gratie: magnitudine glorie exaltatus. Nam ⁊ iuxta radicum quantitatem rami prodire noscuntur ⁊ quot radicibus arbor innititur: tot ramis sicut aiunt decoratur. Sic ergo lꝫ non habeamus nostra: consolatio tamen magna nobis esse debet patroni nostri miracula. Doctrina vō instruit nos: ⁊ dirigit gressus nostros in viam pacis. Porro vite iusticia omnino roborat ⁊ animat nos: at tanto magis accendamur ad agenda q̄ docuit quāto certi sumus: eum non aliter docuisse q̄ꝫ fecerit. Sermo quidem viuus ⁊ efficax exemplum operis est: plurimum faciens suadibile quod dicitur: dum monstrat fractibile quod suadetur. In hunc ergo moduz sanctitas confortat: pietas infirmat: iusticia confirmat. Quante enim pietatis fuit ꝙ non solum presentibus profuit: sed etiam pro futuris solicitus fuit. Non solum his qui tunc erant: fructuz tulit hec arbor sed vsqꝫ hodie fructus eius ⁊ crescit ⁊ manet. Dilectus plane a deo et hominibus. Cuius non s[o]la presentia in benedictione fuerit: sicut sunt multi soli deo dilecti: quia soli deo iam cogniti: sed memoria eius: etiam nunc in benedictione est. Nam ⁊ vsqꝫ hodie in triplicem amoris dominici confessionem triplici hoc fructu pascit domini gregem. Pascit vita: pascit doctrina: pascit et itercessiōe: p quā icessant adiuti fructificate ⁊ vos charissimi: q̄ñ in hoc positi estis: vt eatis ⁊ fructū auferatis. Uñ eatis Utiqꝫ a vobisipsis. Sicut scriptum est: A voluptatibꝰ tuis auertere. Nam ⁊ de dn̄o legimꝰ: q: exijt semiare semē suū. Ecce ⁊ h̄ habemꝰ semē suū: sic̄ ⁊ pꝛiꝰ fructū suū. Imitemur fratres ⁊ hunc: quoniam ad hoc venit: vt formā nobis tribueret: ⁊ viam monstraret. Fortassis ⁊ ipse dominus arbor est ⁊ debemus ab eo quoqꝫ ramos accipere: quos vestris pedibus apponamꝰ. Immo non fortasse: sed magis vere. Ipse arbor est ⁊ planta celestis: sed in terris plātata: sicut scriptum est: Ueritas de terra orta est. Ab eo igitur hunc ramum vobis appono: vt sicut seipsum exinaniuit: hoc ipsum sentiatis in vobis. Nisi ꝙ non tam ego appono: q̄ꝫ apostolus: apud quem legistis: Hoc sentite in vobis: quod ⁊ in christo iesu. Qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est eē se equalem deo: sed semetip̄m exinaniuit: formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus: ⁊ habitu inuētus vt homo. Et vos fratres charissimi: exinanite vos: humiliate vos: seminate vos: perdite vos. Semiate corpus animale ⁊ resurget corpus spirituale. Perdite animas vestras: ⁊ in vitam eternam seruabitis eas Uultis nosse quomodo id fecerit apostolus: ip̄e qui docuit? Siue mēte excedimus deo: siue sobrij sumus vobis. Quid ergo tibi? Ego inquit factus sum velut vas perditum. Bene seipsuz perdit: qui nihil ꝓ se facit: sed oīs eius intētio ⁊ oē desideriū tēdit ad dei placitū: ⁊ vtilitatē fratruz suoꝝ. Infelix. n. qui seminat in carne: quia d̄ car

ne metet corruptionē. Alibi vero scriptū est:
Beati qui semināt super omnes aq̄s. Sȝ
quō sup omnes aquas? Forte sup eas de q
bus legit: Et aque que super celos sūt: lau
dēt nomen dn̄i: que sunt virtutes angelice
⁊ celestes populi: Ita plane: Qm̄ spectacu
lū facti sum⁹ ⁊ angelis ⁊ hoībus. Semine-
mus ergo hominibus bonū exemplū per
apta opa: seminemus angelis gaudiū ma-
gnū p occulta suspiria: ⁊ cetera huiusmo-
di: que solis eis sunt nota. Gaudiū enim ē
angelis dei: sup vno peccatore penitentiā
agēte. Hinc apl's dicebat: Prouidētes bo-
na: nō tm̄ corā deo: sed etiā corā omnibus
hominibus. Corā deo dixit: corā eis q vul-
tui ei⁹ assistūt. Ipsis enim maxime placet:
cū nos vidēt occulte orātes: aut ruminan-
tes psalmū aliquē: aut tale aliqd facientes.
Sic seminate ⁊ vos: sic fructificate charissi
mi. Seminate ⁊ vos: qr tā multi ante vos
seminauerunt. Fructificate: qr vobis semi
nauerūt. O genus adā q̄ȝ multi seminaue-
rūt in te: ⁊ q̄ȝ p̄ciosum semē. Q̄ȝ male peri-
bis ⁊ q̄ȝ merito si p̄ibit in te tātum semē: sil'
⁊ seminātiū labor. Cui p̄ditiōi traderis ab
agricola: si in te p̄ierint hec vniuersa. Se-
minauit in terra nostra tota trinitas: semi-
nauerunt angeli pariter ⁊ apl'i: seminaue-
rūt martires ⁊ ꝯfessores ⁊ virgīes: semina
uit ⁊ filius dei. Ipe ē qui exijt seminare se
mē suū. Pater enim nō exijt: sed fili⁹ a p̄re
p̄cessit ⁊ venit in mundū: vt q p̄us erat co
gitatio pacis in corde patris: fieret pax no
stra ī vtero matris. Seminauit ⁊ sp̄us san-
ctus: qr ⁊ ipe venit: ⁊ apparuerūt apl'is di
spartite lingue tanq̄ȝ ignis. Ita tota trini-
tas seminauit: pater. s. panē de celo: fili⁹ ve
ritatē: sp̄us vero charitatē. Angeli quoqȝ se-
minauerūt: quādo cadētibus alijs ipsi ste-
terūt. Dixit enim lucifer ille: nō iā lucifer:
sed iam tenebrifer ⁊ vesperus. Sedebo in
mōte testamēti: ⁊ similis ero altissimo. O ī
pudens: o ip̄rudens: milia miliū ministrāt
ei ⁊ decies cētena milia assistūt: ⁊ tu sede-
bis? Cherubin ait p̄pheta stabāt ⁊ non se-
debāt. Quid laborasti: vt iaȝ sedeas? Oēs
administratorij sp̄us sunt: p̄pter eos q he-
reditatē capiūt salutis: ⁊ tu sedebis? Quid
seminasti: vt iā metas? Nō ē tuū: nō ē tuuȝ
hoc: sed quibus paratum ē a patre. Quid
eis inuides? Profecto ipsi sedebunt: Ipsi
inq̄ȝ vermiculi terre iudicātes sedebūt: ⁊
tu nō modo stabis vel non stabis: sed iudi
cādus astabis. Nescitis ait apl's: q̄ȝ ⁊ ange
los iudicabimus? Ipsi vtiqȝ ibāt ⁊ flebāt
mittētes semina sua: veniētes aūt venient
cum exultatiōe: portātes manipulos suos.
Duo manipuli sunt quos queris: honoris
scilicet ⁊ quietis: sessionē affectas ⁊ altitu
dinē. Sed nō sic: nō sic. Nō colliges: quia
nō seminasti. Qui seminauerūt laborē ⁊ vi
litatē: metēt honorē pariter ⁊ quietē. Pro
cōfusiōe enim sua duplici ⁊ rubore: ī terra
sua duplicia possidebunt. Unde dicebat q
dā: Vide humilitatē meā ⁊ laborē meum.
Hodie audistis ī euāgelio p̄mittentē dn̄m
⁊ dicentē discipulis: Sedebitis sup sedes
iudicātes duodecim tribus israel. Ecce q-
es sessiōis ⁊ honor iudicij. Nam ⁊ ipe dn̄s
ad hec noluit p̄uenire: nisi p humilitatem
⁊ laborē. Unde ⁊ morte turpissima condē-
natus est: interrogatus tormentis ⁊ obpro
brijs saturatus: vtiqȝ vt inimicus induat
ꝯfusione: ipe pariter ⁊ oēs q imitant eū: ⁊
p̄tergrediunt viā. Ipe est o inique q sessu
rus est in sede maiestatis similis altissimo:
⁊ coaltissimus ei. Hoc vtiqȝ cogitauerunt
angeli sancti: q cadente maligno apostasie
nō cōsenserūt: nobis relinquētes exēpluȝ
vt quēadmodū ipi elegerūt ministrare sic
⁊ nos faciamus. Nā q laboreȝ fugiūt ⁊ ho
norē captāt illū se nouerint imitari q sessio
nē altitudinēqȝ quesiuit. Et si non satis ter
ret eos illius culpa terreat vindicta. Oia
enim sibi in cōtrariū deuenerūt: vt forma
tus sit ad illudendū ei: ⁊ ignis eternus pa-
ratus est illi. Ad hec vitāda prudentiā no-
bis seminauerūt angeli sancti: q p̄us eam
alijs errātibus tenuerūt. Sed ⁊ apl'i hanc
ipam seminauerūt nobis: quādo recedēti-
bus his qui sapiētiā huius mūdi sequebā
tur que ē stulticia apud deū ⁊ prudentiam
carnis que mortē opat ⁊ inimica ē deo: ipi
dn̄o adheserūt. Scādalizati enim illi audi
entes de sacramēto carnis ⁊ sanguinis xp̄i
vltra cum eo nō erāt. Discipuli vero interro

gati an ⁊ ipi vellēt abire: rñderūt. Ad quē ibim⁹? Uerba vite eterne habes. Nō discedim⁹ a te: viuificabis nos. Non in solo pane viuit hō: sed in oi v̄bo qd̄ ꝓcedit de ore dei. Non solus mūdus habet delectationē: sed multo maior ē in v̄bis tuis. Unde ⁊ ꝓpheta: Q̄ȝ dulcia faucibus meis eloq̄a tua: sup mel ori meo. Ad quē igit̄ eamus? Uerba vite eterne habes o dn̄e: ⁊ ea q̄ sūt sup oīa q̄ mūdus pōt habere. Nō solū ipa vita sed ⁊ ꝓmissio vite eterne ⁊ expectatio iustoꝝ letitia est: ⁊ tāta letitia vt oē qd̄ ꝯcupiscit̄ ei nō valeat cōparari. Hāc ergo prudentiā nobis apl'i sc̄i seminauerūt. Martyres v̄o manifestū est fortitudinē seminasse. Porro v̄o cōfessores seminauerūt iustitiam: quā in oi vita sua secuti sunt. Hoc enī interest inter martyres ⁊ ꝯfessores qd̄ ⁊ inter petrū sil' oīa reliquentē: ⁊ abraā substātiā mūdi in bonos vsus expendentē. Sic enī illi ꝯsūmati martyrio in breui expleuerūt tp̄a multa: isti v̄o ⁊ longa ⁊ multimoda ꝯtraxere martyria. Uirgīes sc̄ē planū ē ꝙ tēꝑantiā semināt q̄ sic libidinē calcauerūt

¶ Unde supra. Sermo tertius.

lxix 

Ilectus a deo ⁊ hōībus cui⁹ memoria in bn̄dictiōe est: silēm illū fecit in g'lia sanctoꝝ. Naturale est et virtuti ꝓximat suū honorare principiū: ⁊ a sue originis tramite dignos non deuiare. Oīa flumina intrāt in mare: ⁊ ad locū vn̄ exeunt reuertunt̄. Salutare multū ꝑ oēm modū institutoris sui vestigia sectari: non pessime ꝑsumptiōis magistrā ꝓpriā sequi voluntatē. Siqd̄ in nobis initiū est ꝯuersatiōis: siqd virtus siqd religiōis exēplar trahit: formā ducit a btō bn̄dicto p̄re nr̄o q noster legislator vite nr̄e dedit ordinē: moꝝ b⁹ disciplinā. Quē vt imitemur: tres ei virtutes scriptura assignat scitatis ⁊ glorie testimoniū cōferētes. Dilectus inquit a deo ⁊ hoibus: ⁊c̄. Que licet de alio dicta sint: apte tn̄ laudi eius applicant̄: q: quod vni sanctorū cōuenit vnitate virtutū ⁊ morum ꝯcordia simili nō discōuenit. Q̄ȝ si cōueniūt huic a moribus ⁊ a ꝓposito nr̄o nō desideant oportet: ne filij degeneres ꝯuincamur: si patris actibus dissimiles inueniamur. Primū quidē pro quibus ⁊ in quib⁹ a deo ⁊ hoib⁹ diligam̄ nosse expedit. Nec queramus diligi a deo ⁊ non diligi ab hominib⁹: sicut est consuetudinis quorundā: qui testimonio abutentes apl'i Glia nostra hec ē: testimoniū ꝯsciētie nostre: et si hoib⁹ adhuc placerem christi seruus nō essem temeritate sūpba displicere ꝯtēdunt hoib⁹: diligi ꝯtemnūt. Sed euenit eis vt nec diligant̄ a deo: ⁊ hoib⁹ odiosi suspiciosa vexentur infamia. Diligi aūt ab hoib⁹ ⁊ a deo nō diligi: nō mō inutile: sȝ etiā noxiū ē: ꝙ iactātie occasio elatiōis sit fomes. Necesse ē igit̄ iūgē vtrūqȝ: ⁊ velle ac studē diligi a deo ⁊ hoib⁹. Sȝ qm̄ spūs ē de⁹: diligēd⁹ a deo meritū dilectiōis i spū cōputare dȝ: ⁊ id negociū actitare. Sigtū ē sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e: Spāl' imagis sue signaculū diligit de⁹ Animū q̄ diligit: ꝑserti si suā emulet̄ formā Qd̄ fiet si erit pur⁹: si ꝯstās: si feruid⁹. Sūme ⁊ incōmutabilit̄ oīa hec de⁹ ē. Pur⁹ est: cui⁹ sapientia vbiqȝ attingit propter suam mūdiciā: ⁊ nihil inquinatuȝ in eā incurrit. Cōstās apud quē nō ē trāsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Feruidus q docēte moy'se ignis ꝯsumēs ē. Sit ⁊ q ad imaginē dei factus ē anim⁹ purus: ne qd in se ꝑegrine admixtiōis recipiat: sed virtutis industria naturalē in se augeat decorem. Sit ꝯstās ne oi vento circūferat̄ leuitatis: ⁊ de malo ad bonū de bono redeat ad maluȝ: sȝ calle indeclinabili bono qd̄ adeptus est inherēs: firmus ꝑseueret ac stabilis. Sit feruidus ne noxia tepefactus inertia euomat̄ ab ore dei: sed calēti spū ambulet de virtute in virtutē ⁊ si nō semꝑ hȝ effectū ꝓficiendi tn̄ nunq̄ȝ ꝑdat affectū. Sit purus ne sordeat: ꝯstans ne deficiat: feruidus ne tepescat. Sit pur⁹ vt placeat: ꝯstās vt duret: feruidus vt ꝓficiat. Tal' merito diligit̄ a deo: ⁊ de⁹ ad eū venit: ⁊ māsionē apud eū facit Beat⁹ apud quē māsionē feceris dn̄e ih̄u Sūt itē modi tres ⁊ cause q̄bus diligimur ab hoib⁹ q i facie vidēt ⁊ ꝯspiciunt exteriora: vita. s. sobrietas ⁊ beneficiū. Primū docet vt act⁹ nr̄i sint iusti: studia honesta: mo

l

res cõpositi⁊ ⁊ tota deniqꝫ vita tãto honesta
tis ornata decore: vt aduersarioꝝ quoqꝫ in
se trahat affectũ. Nemo enĩ puersissimus
bonũ odisse põt etiã cũ imitari detractat.
Sed in oĩbꝰ modus teneaꝛ necesse ẽ: quẽ q
excesserit singularitatis ĩcurrit notã intue
tiũ offendit oculos. Uite laudabilis sobrie
tas addẽda q̃ ceteris v̄tutibꝰ ꝑfigat limites
ne qd nimis: sed ille a gẽtili descriptꝰ poeta
modus teneaꝛ. Est modus ĩ rebꝰ: sunt cer
ti deniqꝫ fines: quos vltra citraqꝫ neqt cõ
sistere rectũ. Qui vita ꝯspicuus discretiõe
ꝑcipuus ẽ merito qdẽ diligiꝛ⁊ sꝫ ad dilecti-
onis cumulũ addat ⁊ bñficiũ: vt ꝓximꝰ iu-
uet ope sermone aut voto. Obsequiũ nãqꝫ
amicos parat. Qui sub iure suo habuerit
substantiã huius mũdi ⁊ viderit fratrẽ su
um egere nõ claudat viscera sua ab eo: sed
misereaꝛ in hylaritate. Si minus opẽ ꝯsiliꝫ
fomentũ ꝯsolatiõis ſmonẽ bonũ sup datũ
optimũ ĩpendat. Quetsi ab hoc munere re-
strigiꝛ siletiꝫ lege: euidẽtibꝰ mõstret ĩditiꝫs
volũtatẽ opitulãdi adesse deesse facultatẽ.
Qui si bñficiꝫs ꝓmptꝰ: obsequiꝫs sedulus
volũtate deuotꝰ erga ꝓximos extiterit nõ
poterit vt arbitror nõ amari: ꝑserti hone-
state vite ꝑeũte sobrietate comite. Et erit
vita ad virtutẽ⁊ sobrietas ad decorẽ: bñfi-
ciũ ad necessitatẽ. Uita vt adiuuet⁊ sobrie-
tas vt dilectet: bñficiũ vt fructificet. Seqꝛ
Cuius memoria in bñdictiõe est. Diuersa
sunt bñdictionũ genera. Laban loq̃ns ad
iacob: bñdixit me ait deꝰ in ĩtroitu tuo: bñ-
dictionẽ vocãs possessiõis augmentũ. Est
alia bñdictio potior hac: cũ v̄tutibꝰ ditesci-
mus bonis spũalibꝰ abũdamꝰ vnde aplꝰs
qbusdã: Diuites facti estis in oĩ v̄bo ⁊ in
oĩ sciẽtia: ita vt nihil vobis d̄sit in vlla gr̃a
Et alibi: Jn oĩbus abũdatis fide ſmone ⁊
sciẽtia⁊ ⁊ oĩ sollicitudĩe ĩsup ⁊ charitate. Fi
de recta ⁊ feruẽti ſmone discreto ⁊ eloquẽ
ti sciẽtia discernendi oĩ sollicitudine vtilia
studiosius sectãdo insup ⁊ charitate inuicẽ
⁊ eterna diligẽdo In qbus abundãtia no-
tatur virtutis. Est hec excellẽtissima bñdi
ctio: cuꝫ regnũ decoris ⁊ diadema speciei
benedicti patris de manu dñi ꝑcipiut. De
qua qdẽ aplꝰs sub denũciatione peccatorũ

certitudinẽ futuroꝝ predicẽs ait: Benedi
xit nos deus omni benedictõe spũali in ce
lestibus. Et vt singula suis determinemus
noĩbus. Prima ẽ multiplicatio facultatis⁊
secũda supplemẽtũ virtutis: tertia corona
eternitatis. Prima daꝛ ad solatiũ⁊ secunda
ad meritũ: tertia ad ꝑmiũ. In singulis his
benedictionibus gr̃a benedicti ⁊ noĩs me
moria: vt heres sit noĩs q nomẽ sortitus est
benedictiõis. In cuiꝰ adhuc ꝑconio subdi
tur: Similẽ illuꝫ fecit in gloria sanctoꝝ. Fe
cit enĩ signa magna sicut sci: ⁊ filiis factꝰ scõ
rũ in gloria miraculoꝝ. Cuiꝰ nos intuẽtes
gloriã tanq̃ꝫ filiꝫ sequamur vitã: vt bñdicti
onis simꝰ coheredes ꝑstante dño iesu xp̄o:
Qui cuꝫ p̄re ⁊ spũ sancto viuit ⁊ regnat in
secula seculoꝝ. Amen.

¶ Item de eodẽ. Sermo quartus



In fide ⁊ lenita
te ipsius sanctũ fecit illũ: ⁊ ele
git eũ ex oĩ carne. Audiuit.n.
vocẽ ipsius: ⁊ induxit illuꝫ in
nubẽ. Ad laudẽ qdẽ moysi hoĩs dei: hec a
sapiẽte verba ꝓferunꝛ: que tñ sic eidẽ cõue
niũt: vt de singulis electoꝝ nõ incõgrue di
cta intelliganꝛ. Precipue v̄o beato p̄ri nr̃o
benedicto cõuenienter assignanꝛ: q tanq̃ꝫ
verus moyses ab aqs mundane cupidita-
tis saluatus in gratiã piturã hãc mũdi reli
qt egyptũ⁊ mallens ꝓ deo laboribus fatiga
ri: q̃ꝫ tp̄alis peccati habere iocũditatẽ: ma
iores diuitias estimãs thesauro egyptioꝝ
ĩproperiũ xp̄i. Aspiciebat enĩ ĩ remunera-
tiõe. Ipe ẽ q spiritaliter mare rubruꝫ sicco
trãsiuit vestigio submerso pharaone ⁊ ex-
ercitu eiꝰ: cum ꝑciosi ꝑcio sanguinis a nau
fragio vite ꝑsitis ereptꝰ subactis vitiꝫs cuꝫ
ipo ꝑncipe vitioꝝ elõgauit fugiẽs: ⁊ mãsit
ĩ solitudine corꝑe qdẽ sed mẽte magis. In
q̃ multis ꝓbatꝰ tẽtatiõibꝰ inuẽtꝰ ẽ fidelis: et
diuinis dignꝰ habitꝰ beneficiꝫs consolari.
Deniqꝫ sublimioris ꝓpositi gr̃a cõfirmatꝰ
⁊ excellẽtioris virtutis culmẽ attingens ve
lut in mõte positꝰ accepit ⁊ tradidit legẽ vi
te ⁊ discipline pplo gr̃e legislator factꝰ: sꝫ ĩ
nouitate spũs nõ ĩ vetustate lr̃e. Merito q
moysen tam ꝓpinquo magnificoꝝ opeꝝ se

cutus ẽ vestigio:ĩ moyse' ꝑlatos sibi vendi
cat sermones. Dicatꝛ sup btõ bñdicto ac si
de altero moyse. In fide ꝛ lenitate ipsius
sanctũ fecit illũ ꝛc̃. Primo distinctionũ at-
tẽdẽdus ẽ ordo: dehinc ipe discutiẽdus ꝫ
vnãquãqꝫ significationẽ. Ordo is eẽ videtꝛ
aptior vt electio ꝑcedat: exauditio sequatꝛ:
post fiat scũs: ad extremũ ĩducatꝛ ĩ nubem.
Neqꝫ enĩ exauditꝛ ad salutẽ nisi elect⁹: nec
sanctificatꝛ q exaudit⁹ nõ ẽ: nec nisi sanctifi-
cat⁹ ĩ nubẽ ĩducitꝛ. Quia miaꝫ ĩ electione ꝛ
veritatẽ ĩ exauditiõe diligit de⁹: grãm in
sanctificatiõe: ꝛ gloriã ĩ ĩductiõe dabit do
min⁹. Qui fact⁹ ẽ sapĩa elegit: q iusticia ex-
audit: q sanctificatio sanctificat: q redem-
ptio ĩducit ĩ gloriã. Sapiẽtie.n.ẽ eligere: q̃
nimirꝫ ĩ iudicio nõ fallitꝛ ꝛ nouit separe ꝑci
osum a vili: iusticie exaudire testãte iacob
ꝛ exaudiet me cras iusticia mea. Sãctifica
tio vo qd nisi scĩficatio? Alioqn scĩficatio
iã nõ ẽ scĩficatio. Redẽptio aũt tũc ꝑfecte
cõpletꝛ: cũ deuicta oĩs corruptiõis molestia
seruus bon⁹ ꝛ fidel' intrat ĩ gaudiũ dñi sui:
atqꝫ ĩ illa celesti sede glĩa ꝛ honore coronã-
dus ĩducitꝛ? Vñ ĩ spe ꝛ exultatiõe loqtꝛ pro
pheta: Qui redimit de interitu vitã tuã: q
coronat te ĩ mĩa ꝛ miseratiõib⁹. Sꝫ iã ƌ sin
gulis disserendum ẽ. Elegit inquit eum ex
omni carne. Quos presciuit deus: ꝛ prede
stinauit ꝯformes fieri imaginis filij sui ele
git prius ex omni carne idest ex omni gene
re carnalis vite: vt iã nõ sint caro neqꝫ ꝭm
carnẽ ambulet: quia caro ꝛ sanguis regnũ
dei nõ possidebũt. Simile ẽ huic qƌ salua-
tor ait discipulis suis: Ego vos elegi ƌ mũ
do: ꝛ posui vos vt eatis ꝛ fructuꝫ afferatis
ꝛ fructus vester maneat. Electi de mundo
animale. Videat secularis anima videat et itelligat: qm̄ extrema gaudij luct⁹ occupat. Propter hoc enim qui cetera cepit facere quoqꝫ et docere non solum verbis predicans: sed et exemplis: quod te predixerat per propheetam: quonim omnis caro fenum: ⁊ omnis glīa eius tanqꝫ flos feni: etiā apparēs in carne manifeste voluit ꝓbare ī seipso. Vn̄ ⁊ ꝓcessionis glīa voluit sublimari: qui paulopost sibi nouerat iminere diez ignominiosissime passiōis. Quis ergo sperare iam debeat in incerto glīe tꝑalis: cum videat in ipso quoqꝫ qui peccatū nō fecit creatore tēpoꝝ ⁊ ꝯditore vniuersitatis post exaltatiōez tātā tantā nihilominꝰ hūiliatio sequi? In eadē eni ciuitate a plebe eadē ⁊ eodē tꝑe nūc qdē ꝓcessiōis glīa ⁊ diuinis ē laudibꝰ honoratꝰ: postmodū v̊o interrogatus ꝯtumelijs ⁊ tormēto: ⁊ cū sceleratis reputatꝰ. Hic ē trāsitorie letitie finis: hic fructus glorie tꝑal̄. Propterea prudēter orat ꝓpha vt cātet dn̄o glīa eiꝰ: ⁊ nō cōpūgaſ̄. i. ꝓcessionē hēat quā passio nō sequaſ̄. Vos aūt charissimi tanqꝫ spiritalibꝰ spiritalia cōparātes: ī ꝓcessiōe qdē celestis p̄rie repn̄tamus gloriā: ī passiōe mōstramꝰ viā. Nā si ī ꝓcessiōe qdē venit tibi in mēte futura illa letitia ⁊ exultatio multa nimis qn̄ rapiem̄ ī nubibꝰ obuiā christo in aera: si tota cōcupiscētia vidē desideras diē illā qn̄ suscipieſ̄ in celesti hierusalē christus dn̄s caput cū oībꝰ mēbris portās triūphū victorie applaudētibꝰ nō iam popularibꝰ turbis: sꝫ virtutibꝰ angelicis clamātibꝰ vndiqꝫ ꝑplis vtriusqꝫ testamēti Benedictꝰ q venit in noīe dn̄i. si inquā ꝯsiderasti in ꝓcessiōe q̄ ꝓperādū sit disce in passiōe q̄ sit eundū. Hec est eni via vite tribulatio pn̄s: via glorie: via ciuitatis habitaculi: via regni: ſm ꝙ clamat latro de cruce. Memēto mei dn̄e dū veneris in regnū tuū. Euntē in regnū vidit: quē cū puenisset sui memorē fore rogauit. Peruenit ḡ ⁊ ipse. Et si vis nosse qꝫ compēdiosa sit via: eadē die meruit cū dn̄o eē in paradiso. Tolerabilē ꝓinde reddit passionis laborē: qm̄ amanti nihil difficile est. Nec mireris ꝙ ꝑsenti processione celestem dixerim represen tari: quando vnus ⁊ idem in vtraqꝫ suscipitur etsi longe aliter ab alijs. In hac enim ꝓcessione irrationabili iumēto christus insidet: in illa v̊o iumentū futurū quidem est sed rationale: quoniam homines ⁊ iumenta saluos facies domine. Cui simile ⁊ illud Vt iumentum factus sum apud te: ⁊ ego semper tecum. Et vide si non de processiōe loquitur: cum sequitur Tenuisti manum dexteram meam: ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cum gloria suscepisti me. Ibi certe ne ipse quidem plus deerit: quoniam et si murmuret hereticꝰ paruulos venire nō sinens: paruulorum baptismati detrahens qui paruulus natus est ⁊ primam elegit aciem paruulorum innocentes loquor: hodie quoqꝫ paruulos a gratia non excludit: quia nec pietati incongruum: nec maiestati eius difficile est: vt suppleat munus gratie: quod minꝰ in eis habet natura possibile. Ibi non ramos arborum: non vilia vestimēta popularis turba prosternet: sed demittent pennas suas animalia sancta: deponent coronas suas ante thronū agni viginti quattuor seniores: ⁊ virtutes omnes angelice quicquid habent glorie vel decoris: totum ascribent: totum attribuent illi. Iaꝫ v̊o quoniam de iumento ⁊ vestibus ac ramis arborum mentio facta est: considerare diligentius libet triplex obsequium: quod in processione hac exhiberi video saluatori. Primum quidem a iumēto cui insidet: secundum ab his qui vestimenta prosternunt: tertium ab his qui ramos de arboribus cedere perhibenſ̄. Nonne tamen oēs reliqui ex eo quod abundabat sibi mittūt: ⁊ quasi sine labore obsequuntur domino: solum v̊o iumentum semetipsum exponit eius obsequio? Silendum mihi est vt elationem caueatis: an magis loquar vt habeatis consolationem? Iumentum cui insidet christus nōne vos estis iuxta preceptū apostoli: glorificātes ⁊ portantes deum in corporibus vestris? Expendunt enim seculares homines in obsequium domini: non quidem corpora: sed que adiacent ⁊ necessaria sūt corꝑibꝰ: cū d̊ terrena substātia elemosynas largiūſ̄. Prelati q̄ꝫ ramos cedūt de arboribꝰ: vbi cā cū de fide ⁊ obedientia

abrae: de castitate ioseph: de mãsuetudine moysi ceterorũqꝫ scõꝝ virtutibꝰ euangelizant. Uerumtñ ⁊ hi de promptuarijs plenis largiunt: ⁊ hi quod acceperunt gratis gratis nihilominus dare iubẽtur. Oẽs tñ si fideliter suo quisqꝫ intentus fuerit ministerio in ꝓcessiõe sunt saluatoris: ⁊ cum eo ingrediunt in sanctã ciuitatẽ: quoniã tres preuidit propheta saluãdos. Noe cedentẽ ramos in aree fabricã: danielẽ in vili edulio ⁊ labore abstinẽtie factũ tanqꝫ iumentũ saluatorẽqꝫ portantẽ. tertiũ quoqꝫ iob bene dispensantẽ substantiã huius mundi: ⁊ de velleribꝰ ouiũ suarũ pauperũ latera calefacientẽ. Cui tñ in ꝓcessione illa iesus propinquior: cui de tribus ordinibꝰ salus vicinior facile credo potestis aduertere.

Uñ sup de ꝓcessiõe ⁊ passione ⁊ q̃ttuor ordinibꝰ ꝓcessiõis Sermo secũdus

lxxvi Ecesse est vt loquamur hodie breuius ꝓpter angustiam temporis. Multa quidẽ nobis ministrat ꝓcessio quã celebraturi sumus: sed eadem impedit ne dicere plura possimus. Celebraturi sumus hodie ꝓcessionẽ: ⁊ paulo post audituri dominicam passionẽ. Quid sibi vult ista mirabilis coniũctio? aut quid cogitauerunt patres nostri passionẽ addentes ꝓcessioni? Nam ꝓcessio quidẽ merito representat hodie: quia hodie facta est. Passio võ cur addita est: quã sexta feria constat esse secutã? Optime vtiqꝫ ꝓcessioni passio ꝯiuncta est: vt discamus in nulla letitia huius seculi habere fiduciã: scientes quoniã extrema gaudij luctus occupat. Propterea non simus stulti: vt occidat nos prosperitas nostra: sꝫ in die bonoꝝ non immemores simus maloꝝ ⁊ econuerso. Istis enĩ mixtũ est presens seculum: non secularibus tñ: sed etiam spiritalibus viris. Nam ⁊ secularibus aliquando que placent: quandoqꝫ que non placẽt videmus accidere: ⁊ ipsis nihilominus spiritualibus non semper tristia: non semp leta succedunt: sed ẽ vespe ⁊ mane dies vnꝰ. Et illud: Uisitas eũ diluculo: ⁊ subito probas illum. Uerum hec interim dum ꝑsens seculũ manet: vel magis manat ⁊ fluit. Ceterũ post hoc seculũ duo futura sunt secula valde diuisa ⁊ diuersa: ita vt in altero non sit nisi fletus ⁊ stridor dentiũ: in altero sola gratiarũ actio ⁊ vox laudis. Absterget enĩ deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctoꝝ: ⁊ iam non erit amplius neqꝫ luctus neqꝫ clamor: sꝫ nec vllus dolor. Interim sicut amatores mũdi multa patiunt aduersa: ita nec ipsis seruis dei omnia in hoc mundo optata succedunt. In die ergo maloꝝ memores sint bonoꝝ: ne pusillanimes fiant ⁊ impatientes: sicut is de quo legimꝰ in psalmo: Cõfitebitur tibi cuꝫ benefeceris ei. In die q̃ꝫ bonoꝝ ne immemores sint maloꝝ: ne extolliatur ⁊ dicant in abundantia sua Nõ mouebimur in eternũ. Sicut enĩ seculariũ reruꝫ ꝓsperitas occidit stultũ secularẽ: sic potest ⁊ abundantia spũalis ꝓsperitatis occidere indoctũ specialem atqꝫ ita non spũalẽ. Spiritualis quippe diiudicat. Unde autẽ eueniat ꝙ stultũ occidit ꝓsperitas ⁊ non sapiẽtem: alibi habemus? Cor sapientis vbi tristitia: ⁊ cor stultoꝝ vbi letitia. Merito pro inde ait: Bonũ est magis ire ad domuꝫ luctus q̃ꝫ ad domũ conuiuij. Licꝫ enĩ multos frangat aduersitas: tamen multo plures extollit ꝓsperitas: sicut scriptũ est Cadent a latere tuo mille: sinistro. s. ꝑ quod significatur aduersitas: ⁊ decem milia. i. multo plures a dextris tuis: in quibꝰ prosperitas designat. Deniqꝫ quia vtrobiqꝫ periculũ est orat sapiens ⁊ dicit: Diuitias ⁊ paupertatẽ ne dederis mihi: ne forte aut diuitie extollerent in superbiã: aut paupertas deijceret in impatientiã. Unde ⁊ dñs sicut in passione patientiam: ita ⁊ in processione humilitatẽ exhibẽ curauit. In illa enĩ tanq̃ꝫ ouis ad occisionem ductus est: ⁊ quasi agnus corã tondente se obmutuit ⁊ non aperuit os suum. Qui cum percuteretur non cõminabatur: sed magis orabat dicens: Pr̃ ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt. In processione autẽ quid? Parabant sese populi: vt exirent obuiam ei: nec eum latebatq noerat quid esset in homine. Propter quod ⁊ ipe paratus est: nõ in curribꝰ aut in eqs: non in frenis argenteis: aut in sellis auro

tectis:ſed humilis aſelli tergo ſedens ſuppoſitis apl'oꝝ veſtibꝰ: q̃s ego de precioſioribus regionis fuiſſe nõ credo. Sed qd fuit q̄ ꝓceſſioné habere voluit? qui mox futurã nouerat paſſioné? Forte vt amarior eſſet paſſio quã ꝓceſſio preceſſiſſet. Ab eodé eni ꝑpl'o in eodé loco ⁊ ipo tp̄e pauciſſimis diebus interpoſitis primo cũ tanto triumpho ſuſceptus: poſtea crucifixus eſt. O q̃ȝ diſſimile eſt Tolle tolle: crucifige eum: ⁊ benedictus qui venit in noie dñi oſanna in excelſus. O q̃ȝ diſſimile Rex iſrael: ⁊ nõ habemus regé niſi ceſaré. O q̃ȝ diſſimiles rami virentes ⁊ crux: flores ⁊ ſpine. Cui prius proſternebant̃ veſtiméta aliena: ecce ſuis exuitur: ⁊ ſors mittit̃ ſuper ea. Ue tibi amaritudo peccatoꝝ noſtroꝝ: propter que diſſoluéda tanta amaritudo neceſſaria eſt. Iam vo ad ꝓceſſioné accedés tanq̃ȝ quattuor ordines in ea mihi videor intueri: fortaſſis in hac noſtra ꝓceſſione oés hodie poterũt inueniri. Preibant auté aliqui: ⁊ viam parabant. Ipſi ſunt qui viam parãt dño ad corda veſtra: qui nos regunt ⁊ dirigunt greſſus noſtros in viam pacis. Alij ſequebant̃: ⁊ hi ſunt qui proprie inſcientie cõſcij deuote ſequunt̃: ⁊ adherét ſemꝑ veſtigijs precedentiũ. Aderũt auté diſcipuli tanq̃ȝ domeſtici: lateri eius adherentes. Ipſi ſunt qui parté optimã elegerũt? qui in clauſtris ſoli deo viuũt: ſemꝑ deo adherétes: ⁊ eius placitũ ꝯſiderãtes. Ipſiȝ quoq; iumentũ cui inſidebat nõ defuit: quod deſignat duros corde ⁊ animos quodãmõ beſtiales. Uerũ nõ fuit ibi aialiũ huiuſmodi copioſior multitudo: nec oportuit. Tales eni magis oneri ſunt q̃ȝ honori: nec propter eos ꝓceſſio valde glorioſior eſt. Huiuſmodi nãq; cantare nõ norunt: ſed male ſonoros dant rugitus. Ipſi ſunt qui ſemꝑ virga egent ⁊ calcaribꝰ Attñ nec ipſos relinquet dñs: dum diſciplinam ferre voluerint. His eni dicit̃ Seruite dño in timore? ⁊ apprehédite diſciplinã: neq̃n iraſcatur dñs ⁊ pereatis de via iuſta. Poſtq̃ȝ eni iumentũ hoc diſciplinaȝ ferre noluerit? quid reſtat niſi vt abijciat eũ dñs cũ indignatione quadã: ⁊ ꝓtinꝰ exeat a via currés ad ſpinas ⁊ tribulos: a quibus ſuffocatur verbũ dei: que ſunt diuitie huiꝰ mundi ⁊ voluptates carnis? Siqui tales ſunt h̄ quibꝰ ſit grauis ordo ⁊ oĩa oneroſa: q̃s pũgi frequẽter oporteat ⁊ vrgeri? obſecramꝰ eos vt ſtudeant de iumẽtis: ſi forte queant i hoies cõmutari: ⁊ cõputari inter aliq̃s ceteroꝝ: vt ſint aut de preeuntibꝰ: aut de adherétibꝰ ⁊ collateranis: aut de ſequétibus. Q̃d ſi nõ faciũt? obſecro vt vel in eo quod ſunt ꝑmaneant interim: ⁊ patiẽter ferant q̃ ſalubria ſunt etſi minus ſuauia? donec complaceat dño reſpicere humilitaté eoꝝ: ⁊ in melius aliquid eos ꝓmouere. Uultis auté vt aliquatenꝰ cõſolemur iumentũ noſtrũ? Scimus equidé q2 cantare nõ nouit. Neq; eni de eis eſt qui dicere poſſunt: Cantabiles mihi erãt iuſtificatiões tue: in loco peregrinationis mee. Attñ vnũ eſt quod nemini ceteroꝝ tã prope eſt dñs. Nã nec ipſi q hincinde adherét tã prope eũ habét vt iumentũ cui inſidet. Et audi hoc ipm a ꝓpħa Prope eſt dñs his qui tribulato ſũt corde. Nã ⁊ mater qué egrotanté nouit filiũ: magis fouet ⁊ amplectit̃ ſepius. Nemo ergo indignet̃: nemo ꝯtemnat: dũ voluerit chriſti eſſe iumentũ. Eteni qui ſcandaliſauerit vnũ de puſillis iſtis: illũ grauiter offendit: qui eos tanq̃ȝ mater miſericordie ſue gremio fouet donec roborent̃. Unde ⁊ moruȝ infirmitates patientiſſime ferendas beatꝰ Benedictꝰ admonuit. Quattuor ergo genera ſunt in ꝓceſſione dñi. Boni prudentes: ⁊ boni ſimplices. Hi ſunt qui preeunt ⁊ qui ſequunt̃. Bonos auté addidi: q2 prudentes nõ boni iniqui ſunt: iuxta illud Sapientes ſunt vt faciãt mala? ⁊ ſimplices nõ boni ſtulti ſunt. vnde ſubdit̃ Bene aũt neſciunt facere. In ꝓceſſione auté dñi nec iniquus locum habet nec ſtultus. Porro qui adherét ⁊ contemplatiui ſunt. Qui portãt ⁊ onerantur: eo ipſi ſunt duri corde ⁊ parũ deuoti. Sed ecce omnes ſunt in proceſſiõe dñi: ⁊ nemo ex ipſis faciem eius videt. Nã qui precedunt occupati ſunt in parãda via ſolliciti circa peccata ⁊ tentationes alioꝝ. Qui ſequunt̃ ipſi omnino faciem eius videre non poſſunt: ſed ſicut moyſi dictũ eſt poſteriora vident. Jumentum cui inſidet

nunq̃ȝ ad videndũ leuat oculos: sed pronũ
est semꝑ i terrã. Qui v̉o adherẽt ipsi aliq̃n
videre possunt: sed raptim ⁊ non cõtinue:
nec plene dum adhuc sunt in via. Attamẽ
quantũ ad alios ipsi magis facie ad facieȝ
eũ vident: iuxta quod item de moyse scri-
ptum est: quia ceteris quidem prophetis ꝑ
visiones ⁊ somnia: moysi v̉o facie ad facieȝ
loquebatur. Quantũ ad plenam sane visio
nem nec ipse moyses dũ viueret in hoc mũ
do impetrare potuit faciei ipsius visioneȝ:
quia sicut ipse ait non videbit me homo et
viuet. Non videbor inquit in hac vita: nõ
videbit quis faciem meaȝ in hac vita: ⁊ in
ꝓcessiõe ista. Ipse itaqȝ magna pietate sua
donet nobis sic in eius processione perseue
rare dum viuimus: vt in magna illa ꝓces-
sione qua cũ sanctis suis oibꝰ a patre susci-
piendus est: ⁊ traditurus regnũ deo ⁊ pr̃i
sanctã ciuitatẽ cũ ipso ingredi mereamur.

¶ Item ipso die de insignibꝰ q̃nqȝ diebus ꝓcessiõis: refectionis: passionis: requie-tionis: ⁊ resurrectionis Sermo. iij.



Dum vniuersa
faceret deus in numero ⁊ põ-
dere ⁊ mensura: specialius tñ
ea opera quibus in terris vi-
xx sus est ⁊ cum hoibꝰ cõuersatus est: ⁊ q̃cũqȝ
vij in eis operatꝰ locutus aut passus est ita dis
posuit: vt ne minimũ quidẽ momentũ: ne
vnũ iota a sacramento vacarit aut preterie
rit sine mysterio. Euidentius tñ quattuor
proximos dies ⁊ ipsum quẽ hodie colimus
illustrauit: diem ꝓcessionis: diem refectio-
nis: passionis: requietionis: ⁊ resurrectio-
nis sue. Notabiles admoduȝ dies: ⁊ inter
ceteros insignes magis. Prima siquidem
die gloriã suscipe dignatus est humanaȝ: ⁊
cũ ingẽti quodã tripudio ⁊ exultatiõe vni-
uerse terre hierosolymã nõ ꝓprijs vt hacte
nus ꝯsueuerat pedibꝰ: sed iumẽto vectꝰ in-
trare. Et hec quidẽ ad passionẽ preparatio
fuit: excitata hinc maxime inuidia sacerdo
tũ. Sane vẽturas aliq̃n turbas vt raperẽt
eum ⁊ regem facerent: fugiens legit decli-
nasse. Nũc v̉o non quesitus affuit: vt tanq̃ȝ
rex israel susciperet ⁊ predicaret ab eis: q̃n
etiã in hec ipsa preconia eorꝫ: quod dubiuȝ
non est: animos excitauit. Sic nimirũ ⁊ de
passione aduertere est. Exijt q̃nqȝ ⁊ abscon
dit se a iudeis: nec volebat iam ambulare ĩ
iudeam palam: quia querebant eum iudei
interficere. Sciens aũt q̃ venerit hora eiꝰ
tanq̃ȝ potestatẽ habẽs spõtaneus ipse se ob
tulit passioni. Decebat nempe pontificem
nostrũ tẽtari ꝑ omnia ꝓ similitudine absqȝ
peccato: vt tanq̃ȝ verus homo ⁊ ꝓspera ho
minum ⁊ aduersa oportune vitaret: oportu
ne susciperet: ⁊ vtrarũqȝ rerum in seipso no
bis salutare preberet exemplum. Ut eni tẽ
perantie est preconia populi ⁊ seculi huius
prospera declinare: sic interdum iustitie est
certa quidem dispensatione admittere ea.
Persecutio quoqȝ ⁊ temporalis omnis ad
uersitas pro loco ⁊ tempore prudenter ali-
quando fugiẽda erit: cũ autẽ necesse fuerit
viriliť tolerãda. Et his qdẽ duobꝰ ꝓsperi-
tatẽ ⁊ aduersitatẽ loquor: humana ois vita
versať. Nihilominus autẽ in quattuor illis
notissimis vtiqȝ speciebus virtus vniuersa
consistit. Ita ergo oẽm virtutẽ implere de
cuit eũ in quo plenus habitabat omnis ple
nitudo virtutum: vt notum fiereret omni-
bus q̃ȝ is maxime sciret abundare: sciret ⁊
penuriam pati. Non enim dei sapientia de
his erat quos perderet prosperitas sua: nõ
dei virtꝰ de his quos occidere posset auer
sio. Utrũqȝ eni scriptũ est q̃ auersio: nõ tñ
omnũ: sed paruuloꝝ interficiat eos: ⁊ pro-
speritas nõ quorũlibet: sed stultorũ perdat
eos. Q̃modeste tñ hanc ipsam videť gliaȝ
suscepisse ad triumphalem occursum in asi
no veniens: non in curribus aut in equis.
Et dicebat: Si quis vobis aliquid dixerit:
dicite quia dñs his opus habet. Magnuȝ
opus: opus salutis. Nempe hoies ⁊ iumen
ta saluare venerat: multiplicans misericor-
diam suã deus. Initia nostre conuersionis
fouet ista dignatio: vt primũ ex ancilla filiũ
generemus. Solutus est ad mandatum do
mini: qui antea tenebatur aut non valens
aut nolens facere bene: aut vtroqȝ fortius
vinculo alligatus nec volens. s. nec valens.
Non nouit interim purius in domino gra
tulari: ꝑsuasum tenet placere ei quod agit:

⁊ ꝯsolaꝛ in eo qđ sibi deum reputet fieri de
bitorem: sepius memorãs q2 dñs his opus
habet. Nã ꝓcessu temporis in eo magis af-
ficietur vt suo sollicitẽꝛ debitoꝛ: ⁊ timeat ne
forte tantis beneficiis inueniaꝛ ingrat⁹: di-
cens q2 seruus inutilis sum ⁊ bonoꝝ meoꝝ
non eges. Atq3 hec qdem verax affectio: et
fidelis. Hic filius libere: cum quo ancille fi
lius heres esse nõ possit. Ita ergo in ꝓcessio
ne. Ceteꝝ ante passionẽ suã: affectuosissim⁹
paterfamilias refectionem suis curauit do
mesticis exbibere. Et in hoc quoq3 apparu
it benignitas ⁊ humanitas saluatoris. Cum
dilexisset suos: in finem dilexit eos. Et dice
bat: Desiderio desideraui hoc pascha man
ducare vobiscu3: anteq3 patiaꝛ. Oportebat
enim: Expetierat eos sathanas vt cribraret
sicut triticũ: opus erat preuenire refectionẽ
Deniq3 ⁊ refecti si paulo minus defecerũt:
quid ieiuni fecissent? Hinc fuit: ꝙ non mõ
corpora s3 maxime corda refecit. Neq3 eni3
corporalis passio sed tentatio spiritalis ista-
bat: ꝙ singulariter ille futurus esset donec
transiret. Ea nimiꝝ hostia sicut sola ꝓdesse
potuit sic sola suffecit: nec decuit xp̃m simlˀ
⁊ petrũ ⁊ iacobũ ⁊ ioannẽ pro salute hoium
pati. Crucifixi tñ cum eo fuerunt alii duo:
sed duo neq3: de qbus nulla suspicio posset
haberi tãq3 ex eis minus efficax sacrificiu3
suppleretꝛ. Quibus ergo panib⁹ in cena re-
fecit apostolos? Ut ego arbitror qnq3. Me
us inqt cibus est: vt faciã voluntatẽ patris
mei. Cibus vtiq3: sed cibus cordis. Quid
enim eque ꝯfirmat ⁊ roborat cor humanu3
qd in omni necessitate ꝯfortat ⁊ sustẽtat vt
diuine exequutio volũtatis: velut in quen
dam aie ventrẽ cõscientiã sc3 eius ingesta.
Sic ⁊ sermonẽ diuine exhortationis ⁊ pro-
missionũ eius ꝯsolationem ⁊ orantiũ lachry
mas panes cordis esse: sollus ille ignorat cu
ius iam aruit cor pro eo ꝙ suũ ipsius pane3
comedere sit oblitus. Sup oĩa aũt caro dñi
est cibus ⁊ cibus vite: panis de celo viuus.
Nullum ex his hac tam solẽni cena dñi de-
fuisse reperies: si diligenter aduertas. Re-
cumbentibus adhuc vndecim discipulis
surgit a cena: precingitur linteo aquam po
nit in peluim: discipulorum pedes abluit et
extergit. Non est voluntas carnis ⁊ sangui
nis hec: voluntas patris est ⁊ sanctificatio
nostra. Deniq3 si non lauero te ait dñs ad
petrum obnixius recusantem: nõ habebis
partem mecũ. Scimus aũt quis dixit: Eu3
qui venit ad me non eiiciam foras: q2 descẽ-
di de celo non vt faciam voluntatem mea3
sed voluntatem eius qui misit me. Oportu-
ne aũt ⁊ vtiq3 more suo post exemplũ opis:
exhortationẽ sermonis adiunxit. Inter lo-
quendum quoq3 iam copiosissimus extitit
sermo: multis eos ꝓmissionibus propter in-
stantem maxime passionem fouere ⁊ refo-
cillare curauit: de resurrectione sua de ad-
uentu paracliti de eoꝝ ꝯfirmatiõe ⁊ assum-
ptiõe aliqsi ad seipsum. Nec multo post vẽ-
tum est orationem: et vsq3 tertio in agonia
factus orabat. Ubi quidem nõ solis oculis
sed quasi membris omnibus fleuisse vide-
tur: vt totum corpus eius quod est ecclesia
totius corporis lachrymis purgaretur. Nã
de sacramẽto quidem corpus et sanguinis
sui nemo qui nesciat hanc quoq3 tantam et
tam singularem alimoniam ea primum die
exhibitam: ea die commendatam ⁊ manda
tam: deinceps frequẽtari. Ex hoc iam dies
sequitur passionis. In qua nimirum sicut
totum hominem saluum fecit sic de toto se
fecit hostiam salutarem: corpus exponens
tantis suppliciis ⁊ iniuriis: animũ vo cuius-
dam humanissime gemine compassionis af
fectui: hinc quidem super merore inconso-
labili sanctarum feminarum inde super de
speratione discipulorum: In his quatuor
crux dominica fuit: ⁊ hec omnia ꝓpter nos
passus est: qui tanta charitate compassus ẽ
nobis. Uerũtamen que de eoipso erant fi-
nem habuere: sicut ipse lamentantibus mu
lieribus ait: Finem vtiq3 celerrimum ⁊ ce-
leberrimum: primo quidem requiem dein-
de resurrectionem. Nos quoq3 si festine-
mus in illam ingredi requiem: per multas
tribulationes nobis meminerimus transe-
undum. Et prius quidem donec sumus in
tribulatione: magnum nobis videtur aspi-
rare ad requiem: tanq3 nihil simus ampli⁹
desideraturi. Uex nõ erit nobis reqes ne i
requie qdẽ ipa a desiderio glie: a desiderio

resurrectiõis. Amodo inqt iam dicit spũs: vt requiescant a laboribus suis. A labore ḡ quiescunt qui in dño moriunẗ: sed nõ quiescunt iterim a clamore. Deniqꝫ sub throno dei clamant anime occisoꝝ: ꝙ ⁊ si nihil habeant qd̃ molestet nondũ tñ totum habeãt qd̃ delectet: donec requiem resurrectio: donec sabbatum pasca sequaẗ. Amen.

¶ In cena dñi de sacramentis. Sermo.

lxx viij  Ii sunt dies quos obseruare debemus: dies pleni pietate ⁊ grã: qbus etiã sceleratorum hoĩum mentes ad penitẽtiam ꝓuocanẗ. Tanta siqdem vis est sacramentoꝝ eoꝝ que diebus istis recolũtur: vt possint ipsa quoqꝫ corda lapidea scindere ⁊ pectus omne licet ferreũ emollire sufficiãt. Deniqꝫ videmus vsqꝫ hodie ad passionem xp̃i non mõ celestia compati sed terrã moueri ⁊ petras scindi: ⁊ ĩ ꝯfessione peccatorũ aperiri monumenta. At ṽo qm̃ sic est in spiritualibus cibis sicut ⁊ in corporalibus vt ĩ quibusdam statim presto sit sapor in aliqb⁹ oporteat laborare: que manifesta sunt nr̃o nõ indigent ministerio: que ṽo clausa sunt diligentẽ volunt habere ꝯsideratiõe. Nõ tradit mater paruulo nucem integrã: sꝫ nucem frangit: nucleũ porrigit. Sic ⁊ ego vob carissimi si possem sacramẽta que clausa sũt aperire debueram: sed quia minus possum vtinam vobis ⁊ mihi pariter mater sapientia frangat nuces istas: nuces quas ꝓtulit sacerdotalis virga virtutis quã emisit dñs ex syon. Multa quippe sunt sacramenta: ꝑscrutandis oĩbus hora non sufficit. Fortassis ⁊ aliqui vestrum imbecilles sunt ad tanta simul capienda. De tribus itaqꝫ sacramẽtis que satis ꝯgrua sunt huic tempori dicẽdũ erit: qd̃ ipse dñs donauerit. Sacramentum dicit̃ sacrũ signũ: siue sacrũ secretum. Multa siqdem fiunt ꝓpter se tm̃: alia ṽo ꝓpter alia designanda: ⁊ ipsa dicunẗ signa et sunt. Ut enim de vsualibus sumam⁹ exemplum: datur anullus absolute ꝓpter anullũ ⁊ nulla est significatio. Daẗ in inuestituraꝫ hereditatis alicuius: ⁊ signũ est ita vt iam dicere possit qui accipit anullus non valet quicqꝫ: sed hereditas est quã querebã. In hunc itaqꝫ modũ appropinquans passioni dñs de gratia sua inuestire curauit suos: vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili ꝓstaretur. Ad hoc instituta sunt oĩa sacramẽta: ad hoc pedum ablutio: ad hoc eucharistie participatio: ad hoc deniqꝫ ipse baptismus initium sacramentoꝝ oĩum: in quo cõplantamur silitudini mortis eius vnde ⁊ trina mersio tridui qd̃ nunc celebrandũ est formam gerit. Sicut enĩ in exterioribus sunt diuersa signa: ⁊ vt cepto ĩmoremur exẽplo varie sunt inuestiture. Uerbi gratia: Inuestitur canonicus ꝑ librũ: abbas ꝑ baculum eps̃ per baculum ⁊ anullũ simul: sicut inqꝫ in huiusmodi reb⁹ est: sic ⁊ diuisiones gratiaꝝ diuersis tradite sunt sacramẽtis. Que est gratia: vnde ꝑ baptismum inuestimur? Utiqꝫ purgatio delictoꝝ. Quis enĩ põt facere mundũ de ĩmundo cõceptũ semine: nisi qui solus est mundus: ⁊ in quẽ peccatum non cadit deus? Huius qdem grẽ sacramẽtum prius erat circuncisio: vt originalis rubiginem culpe que manauerat a parentib⁹ primis cultellus eraderet. Sed veniẽte domino q agnus est totus suauis ⁊ mitis: cui⁹ iugum suaue ⁊ onus leue: optime totũ mutatum est: vt inueteratã rubiginẽ cũ vnctione sancti spũs a qua dilueret ⁊ acerbitas illa cessaret. Sed forte querat aliqs ⁊ dicat: Si deletum est in baptismo qd̃ ꝯtraximus a parentibus: cur adhuc manet cupiditas fomes ⁊ quoddã incentiuũ peccati? Neqꝫ enĩ dubium qn a primis parentibus in nos tradita sit lex ista peccati. Oẽs siqdem ĩ peccatrice voluntate generamur: ꝓpterea licet inuiti illicitos quosdam cõcupiscentiarum motus ⁊ tanqꝫ bestiales sentimus. Dixi vobis sepius nec mente excidere debet: qm̃ in causa ꝓmi hoĩs cecidimus oẽs. Cecidimus aũt sup aceruũ lapidũ ⁊ in luto: vnde nõ solum inquinati sed etiam vulnerati ⁊ grauiter quassati sumus. Lauari ꝓinde cito possumus: nã ad sananduꝫ opus est curatione multa. Lauamur igiẗ in baptismo qa deleẗ cirographuꝫ dãnationis nostre: ⁊ hec grã nobis ꝯferẗ vt iam cõcupiscentia nõ noceat si tñ a ꝯsensu abstineam⁹. Ita tanqꝫ sanies

inueterati vlceris remouet᷑ dū tollit᷑ dāna-
tio ꝛ responsum mortis q̄d ꝑus inde emana
bat. Sed qs poterit tam efferos motus frā
gere: q̄s prurit⁹ vlceris huius ferre queat?
Confidite q: ꝛ in hoc gr̄a subuenit: ꝛ vt se-
curi sitis sacramētum corporis ꝛ sanguinis
preciosi in inuestiturā habetis. Duo enī il-
lud sacramentū operat᷑ in nobis: vt videlȝ
ꝛ sensum muniat ꝛ in grauioribus peccatis
tollat oīno ꝯsensum. Si q̄s vestrū non tam
sepe modo: nec tam acerbos sentit mot⁹ ira
cundie: inuidie: luxurie: aut ceterorū huius
modi gratias agat corpori ꝛ sanguini dn̄i:
qm̄ virtus sacramenti opat᷑ in eo ꝛ gaudeat
ꝙ pessimū vlcus accedat ad sanitatē. Sed
tn̄ qd agimus: ꝙ in hoc corpore peccati ꝛ i
tpe malo non possumus esse sine peccato?
Nunqd desperabim⁹? Absit. Si dixerim⁹
ait beatus ioannes q: peccatū non habem⁹
nosmetipsos seducimus. Si autē ꝯfitemur
peccata nostra: fidelis est de⁹ qui dimittat
nobis peccata nostra ꝛ emūdet nos ab omi
iniquitate. Nam vt de remissiōe quotidia-
norū minime dubitemus: habem⁹ eius sa-
cramentū pedū ablutionem. Queritis for-
te vnde sciam ꝙ sacramētū sit huius remis
sionis: maxime cū ipse dn̄s ꝓmiserit petro
dicens q̄d ego facio tu nescis mō scies autē
postea: nihil tn̄ de sacramento locutus sit sȝ
tm̄ exemplum inqt dedi vobis vt ꝛ vos ita
faciatis. Uer multa habebat illis dicere: q̄
tunc portare non poterant. Ideoq̄ȝ nec ex
toto voluit eos anxios ꝛ suspectos relinquē:
nec dicere q̄d non caperent. Uis aūt nosse
q: pro sacramento illud est non pro solo exē
plo factum? Illud attende q̄d petro dictuȝ
est. Si non lauero te nō habebis ptē mecū.
Aliqd igit᷑ latet q̄d necessariū ē ad salutē:
qn̄ sine eo nec ipse petrus partem haberet
in regno xp̄i ꝛ dei. Uide enim si nō expauit
petrus ad tante cōminationis terrificum
verbū. Si non agnouit salutare esse myste-
riū: cur respondit. Dn̄e non tm̄ pedes me-
os sed ꝛ manus ꝛ caput? Et vnde scim⁹ ꝙ
ad diluenda peccata que non sunt ad mor-
tem ꝛ a quibus plene cauere non possum⁹
ante mortē ablutio ista ptineat? Ex eo pla-
ne ꝙ offerenti manus ꝛ caput pariter ad la

uandū responsum est. Qui lotus est nō idi
get nisi vt pedes lauet. Lotus enī est q gra
uia peccata nō habet: cuius caput idest intē
tio ꝛ manus idest operatio ꝛ ꝯuersatio mū-
da est. Sed pedes qui sūt affectiōes aīe dū
in hoc puluere gradimur ex toto mūdi esse
non pn̄t: qn aliqn̄ vanitati: aliqn̄ voluptati
aliqn̄ curiositati plusq̄ȝ oportet cedat aīus
vel ad horam. In multis enī offendim⁹ oēs
Uerūtn̄ nemo ꝯtēnat: aut paruipēdat. Im
possibile est enī cū eis saluari: impossibile ē
dilui ea nisi p xp̄m ꝛ a xp̄o. Nemo inq̄ȝ pni
tiosa securitate dormitet declinās in verba
malicie ad excusandas excusatiōes in pec-
catis: qm̄ vt audiuit petrus ab ipso nisi la-
uerit ea xp̄s non habebim⁹ ptē cū eo. Nec
ideo tn̄ pro eis necesse ē nimis eē sollicitos
ignoscet facile imo ꝛ libenter si modo nos
agnoscam⁹. In huiusmōi nāq̄ȝ quasiineui-
tabilibus ꝛ negligētia culpabilis est: ꝛ timor
imoderatus. Hinc est ꝙ in oratiōe quā ipe
istituit: quotidie ꝓ peccatis illis voluit nos
orare. Sic enī de ꝯcupiscentia dixim⁹: q: lȝ
dānationem abstulerit: q: iuxta aplm nulla
dānatio est his qui sunt in xp̄o iesu: tn̄ ad
humiliandū nos ipsam adhuc patit᷑ viuere
in nobis ꝛ grauiter affligere nos: vt sentia-
mus qd gr̄a nobis prestet: ꝛ semp ad illius
auxilium recurramus: sic ꝛ de minoribus
istis peccatis pia dispensatiōe nobiscū agit᷑
vt non penitus auferant᷑. Sed in illis nos
erudit deus: ꝛ cū minima cauere nō possu-
mus: certi sim⁹ ꝙ nō nostris viribus maio
ra superem⁹: semp q̄ȝ timorati ꝛ oīno sollici-
ti simus: quo eius gr̄am non amittam⁹ quā
nobis tā multipliciter necessariā eē sentim⁹.

¶ Item vnde supra. Sermo .ij.



V Igilate animo lxx
fratres: nec infructuose ptran ix
seant vos huius tpis sacramē-
ta. Copiosa est bn̄dictio: date
receptacula munda: deuotas aīas: vigiles
sensus: affectus sobrios: puras cōscientias
exhibete tantis carismatibus gr̄arum. Nimi-
rum admonet vos sollicitudinis huius nō
modo spūalis ipa ꝯuersatio quā ꝓfessi estis
sȝ generalis ecclie obseruatio cui⁹ filij estis

Uniuersi siqdem christiani sacra hac septi-
mana aut pre solito aut preter solitū pietatē
colūt modestiā exhibent: humilitatē sectā
tur indunt grauitatē: vt xp̄o patienti quo-
dāmodo compati videant. Quis enim tā
irreligiosus vt non cōpungat? quis tam in
solens vt non humiliet: qs tam iracundus
vt non indulgeat: qs tam delitiosus vt non
abstineat: qs tam flagitiosus vt nō ꝯtineat:
qs tam maliciosus vt non peniteat his die-
bus? Merito qdem. Nempe adest passio
dn̄i vsq; terram mouēs: petras scindēs: api
ens monumenta. Prope est etiam resurre-
ctio eius: in qua solēnitatē celebrabitis al-
tissimo dn̄o vtinam vsq; in altissima que fe
cit magnalia alacritate ꝛ auiditate spūs sub
euntes. Nihil in mundo melius fieri q̃ qd̄
a dn̄o factū est his diebus: nihil mūdo vtili
us poterat cōmendari q̃ vt ritu ꝑpetuo sin
gulis celebret annis memoriale eius in desi
derio anime ꝛ memoriā abundantie suaui-
tatis huius eructuet. Utrūq; autem ꝓpter
nos: qd̄ in vtroq; nobis salutis fructus in
vtroq; vita spiritus nostri. Mirabilis pas-
sio tua dn̄e iesu que passiones oīum nostrū
propulsauit: ꝓpitiata est omnibus iniquita
tibus nostris: ꝛ nulli vnq̃ pesti nostre inue-
nitur inefficax. Quid enim tam ad mortē
quod non tua morte soluat? In hac igitur
passione fratres tria specialiter cōuenit in-
tueri: opus: modum: causam. Nam ī opere
quidem patientia: in modo humilitas: i cā
charitas cōmendat. Patientia aūt singula
ris qd̄ videlicet cum supra dorsum ei⁹ fa-
bricarent peccatores cum sic extenderet in
ligno vt dinumerarent omnia ossa ei⁹: cum
fortissimū illud propugnaculum qd̄ custo-
dit israel vndiq; foraret ꝯfoderent manus
eius ꝛ pedes: sicut ouis ad occisionem du-
ctus sit ꝛ tanq̃ agnus coram tondente non
aperuit os suū: non aduersus patrem mur-
murans a quo missus fuerat: non aduersū
humanum genus pro quo que non rapuit
exoluebat: non deniq; vel contra populum
ipsum peculiarem sibi a quo pro tantis be-
neficijs tanta mala recipiebat. Plectuntur
aliqui ꝓ peccatis suis ꝛ humiliter sustinēt:
hoc ipsum tamen eis ꝛ ad patientiam repu
tatur. Flagellant alij non tam purgandi q̃
probandi coronandiq;: ꝛ maior in his pati-
entia cōmendatur. Quomodo non maxia
censeatur in xp̄o: qui in funiculo heredita-
tis sue ab his quib⁹ specialiter saluator ad-
uenerat crudelissima morte mulctat sicut
omnino nullum peccatum nec actu proprio
nec contractu sic nec in quo crescere possit
habens? Nimirū in quo habitabat oīs ple-
nitudo diuinitatis non vmbratione sed cor
poraliter: in quo deus est mundum sibi re-
concilians non figuratiue sed substantialit:
qui deniq; plenus est gratie ꝛ veritatis nō
cooperatiue sed personaliter. Ut faciat op⁹
suum: alienum est opus eius ab eo Isaias
loquitur: quia ꝛ opus suum fuit quod de-
dit ei pater vt faceret: ꝛ elienum ab eo: vt ta
lis talia sustineret. Ita ergo habes in opere
patientiam. Nam modum ipsum si diligen
ter attendas: non modo mitem agnosces sꝫ
ꝛ humilem corde. Nempe in humilitate iu
dicium eius sublatum est: cum nec ad tan-
tas blassemias nec ad falsissima q̄ sibi obi-
ciebantur crimina responderet. Uidimus
inquit eum ꝛ non erat aspectus: non specio
sum forma pre filijs hominum sed obprobri
um hominum tanq̃ leprosum nouissimum
virorum: plane virum dolorum adeo ꝑcus-
sum ꝛ humiliatum: ita vt non esset ei spēs
neq; decor. O nouissimum ꝛ altissimum. O
humilem ꝛ sublimum. O obprobrium ho-
minum ꝛ gloriam angelorū. Nemo illo sub
limior: nemo humilior. Deniq; sputis illit⁹
est obprobrijs saturatus est: morte turpissi-
ma condemnatus est: cum sceleratis repu-
tatus est. Nihil ne merebitur vel ista humi
litas que hunc habet modū? imo que tam
est vltra modum? Sicut est patientia singu
laris sic ꝛ humilitas admirabilis: vtraq; si-
ne exemplo. Utrāq; tamē magnifice causa
ipsa cōmēdat. Nimirū charitas ē. Propter
nimiam enim charitatē suā qua dilexit nos
deus: vt seruū redimeret nec pr̄ filio nec si-
bi filius ipe pepercit. Uere nimiā: q: ꝛ hec
mensurā excedit ꝛ modū supat: plane sup-
eminēs vniuersis. Maiorē inquit charita-
tē nemo hꝫ: q̃ vt aīam suā ponat qs ꝓ ami-
cis suis. Tu maiorem habuisti dn̄e ponens

eam pro inimicis. Cum enī adhuc inimici essem⁹: p mortē tuā ⁊ tibi recōciliati sum⁹ ⁊ patri. Quenā ergo videbit̄ vl' fuisse vel eē vel fore huic filiis charitati? Vix pro iusto qs moritur: tu p iniustis passus es: moriēs propter delicta nostra: qui venisti iustifica re gratis peccatores: seruos facere frēs: ca ptiuos coheredes: exules reges. Nec sane aliud aliquid patientiā hanc ⁊ humilitatē eque illustrat: q̄3 q͛ tradidit in mortē aiam suā: ⁊ pctā multoꝝ tulit: etiā pro trāsgresso ribus rogans vt nō perirēt. Fidelis sermo ⁊ omni acceptione dign⁹. Quia enī voluit oblatus est. Nō mō voluit ⁊ oblatus est: s3 q: voluit. Solus nimiru3 potestatē habuit ponēdi aia3 suā: nemo eā tulit ab eo. Cum accepisset acetū dixit Cōsūmatū est. Nihil restat implendū: nam nō est qd̄ expectē. Et inclinato capite fact⁹ obediēs vsq3 ad mor tē tradidit spm̄. Quis tā facile qn̄ vult dor mit? Magna quidē infirmitas mori: s3 pla ne sic mori virtus imēsa. Nēpe qd̄ infirmū est dei: forti⁹ est hoīb⁹. Potest humana ve sania sibiipsi in mortē sceleratissimas iniicē man⁹: s3 non est hoc ponere animā suā. Ur gere eā magis ⁊ violenter abrumpe q̄3 ad nutum ponere est. Tibi impie iuda misera plane facultas fuit nō ponēdi animā: s3 pen dendi: nec tradēte te: s3 trahēte laqueo ne quissim⁹ ille spūs tuus exiuit nō emissus a te: s3 amissus. Solus in mortē tradidit a ia3 suam: qui solus virtute ppria est regressus ad vitā: solus ponēdi potestatē habuit: qui solus eque libertatē habuit resumendi: im perium habēs vite ⁊ mortis. Digna ergo charitas tam inestimabilis: humilitas tam admirabil': patiētia tā insuperabil'. Digna plane tam sancta: tam imaculata: tam acce ptabilis hostia. Dignus est agnus qui oc cisus est accipere fortitudinē: facere ad qd̄ venit: tollere peccata mūdi. Ego autē dico pctm̄ triplex qd̄ inualuit sup terrā. Putatis q: velim dicē ꝯcupiscentā carnis: ꝯcupiscē tiā oculoꝝ ⁊ supbiā vite? Funicul⁹ triplex est: qui difficile rumpit̄. Propterea multi trahunt imo trahuntur hoc funiculo vani tatis: sed prior ille ternari⁹ non imerito pre ualet in electis. Quomodo enim nō illius

patientie recordatio omnē arceat volupta tem? Quomodo non illius humilitatis cō sideratio superbia3 vite prorsus extundat? Nam charitas illa digna plane cuius me ditatio sic mentem occupet: sic totā sibi vē dicet animam: vt omnino vitium curiosi tatis exufflet. Fortis ergo cōtra hec passio saluatoris: sed aliud ego triplex eque pec catum quemadmodum virtus crucis ex pūgat dicere cogitaui: ⁊ id forte vtilius au diatur: Primū quidem originale: secundū personale dixerim: tertiū singulare. Et ori ginale quidem maximū illud vocatur: qd̄ a primo adam contrahimus: in quo pecca uimus omnes: pro quo morimur vniuersi. Maximum plane: quod sic non modo to tum humanū genus: sed ⁊ quemlibet ipsi⁹ generis occupat: vt non sit qui euadat: nō sit vsq3 ad vnum. A primo homine in nouis simum vsq3 protenditur: ⁊ in singul' quoq3 a planta pedis vsq3 ad verticem capitis dif funditur hoc venenū. Sed ⁊ aliter nihilo minus in vniuersam dilatatur etatē: ab ea s. die qua sua quemq3 concipit vsq3 ad eam qua cōis recipit mater. Alioqn vnde gra ue iugum sup oēs filios adam a die exitus de ventre matris eoꝝ vsq3 in diem sepultu re in matrem omniū? In sordibus genera mur: in tenebris confouemur: in dolorib⁹ parturimur. Ante exitū miseras oneram⁹ matres: in exitu more vipereo laceramus: mirū q͛ nō ipsi pariter laceramur. Prima3 vocem plorationis edimus: merito qui dem vtpote vallem plorationis ingressi: vt nobis illud sancti iob possit aptari: Homo natus de muliere breui viuens tpe: replet̄ multis miserijs. Q̄ꝫ verū hoc sit: nō verba nos docuere: s3 verbera. Homo inquit na tus de muliere. Nihil abiectius. Et ne for te ex ipsa sibi voluptate corporeoꝝ sensuū: quā de sensibilib⁹ hauriat blandiat̄: in ipso stati introitu de hoc quoq3 terribiliter ad monetur cum dicitur: breui viuens tempo re. Ac ne spaciosu3 illud quod inter ingres sum ⁊ egressum relinquitur sibi: liberum putet: repletur ait multis miserijs. Multis et multiplicib⁹ inquā miserijs corporis: mise rijs cordis: miserijs dū dormit miserijs dū

vigilat: miserijs quaqua uersum se vertat.
Nimirū ipse quoqꝫ natus ex virgine: imo
factus ex muliere: sed benedicta in mulie-
ribus? qui loquitur ad matrem: mulier ec
ce filius tuus etiam breui viuens tempo-
re sup terram: ⁊ nihilominꝰ multis repletꝰ
miserijs: in illa breuitate appetitus est insi-
dijs: interrogatus cōtumelijs: pulsatus in-
iurijs: vexatus supplicijs: conuitijs lacera-
tus. Tu ne hāc sufficere possis obediētiā?
que reatū omnē prime preuaricationis ab
soluat? Immo vo sicut delictū: ita ⁊ donū.
Nam peccatū ex vno in condemnationē:
gratia autē ex multis delictis in iustifica-
tionem. Et quidē graue omnino delictum
illud originale: quod non solū personā infe
cit: sed ⁊ naturam. Personale tn̄ cuiqꝫ gra
uius est: cum iam laxatis habenis exhibe-
mus vndiqꝫ membra nostra arma iniqui-
tatis pctō: nō mō iaꝫ patrio: sed propio cri-
mine cōpediti. Singulare vo grauissimū
est: quod cōmissum est in dn̄m maiestatis:
cum viri impij virum iustumꝰ iniuste occi-
derunt: ⁊ sacrilegas manus in ipsum dei fi
liū iniecerunt crudelissimi homicide: imo
si fas est dicere etiā deicide. Quid duo pre
cedētia ad tertiū? Ad hoc expaluit ⁊ expa-
uit tota machina mundialis: ⁊ pene in anti
quū chaos sunt oīa reuoluta. Ponamꝰ ali-
quē de regni principibꝰ regiā terrā popu-
lasse in vastitate hostili: ponamꝰ aliū qui cū
eēt de ꝯuiuio ⁊ ꝯsilio regis: vnicū eius filiū
ꝑditorijs manibus suffocarit: nūquid nō
primus secundi respectu innocens videbi
tur ⁊ imunis? Sic est omne peccatū: q̄ntū
ad hoc peccatū: ⁊ tn̄ hoc peccatū in se ꝑtu-
lit qui seipsum fecit peccatū: vt de peccato
damnaret peccatū. Per hoc enī omne pec
catū tā originale q̄ꝫ personale deletū est: ⁊
ipsum quoqꝫ singulare eliminatū ꝑ seipm.
Argumentū mihi est a maximo qꝫ duo mi
nora sunt explossa: ⁊ ecce argumentū. Pec
catum multoꝝ tulit: ⁊ pro trāsgressoribꝰ ro-
gauit vt nō perirēt. Pater ignosce illis: q̄r
nesciūt quid faciunt. Uolat irreuocabile
verbū tuū dn̄e: nec reuertet̄ ad te vacuum
sed faciet ad quod misisti. Uide nunc ope-
dn̄i que posuit prodigia super terram. Fla-
gellis cesus: spinis coronatus: clauis cōfos
sus: affixus patibulo: obprobrijs saturatꝰ:
omniū tn̄ doloꝝ imemor ait: ignosce illis.
Hinc multe miserie corpis: hinc multe mi-
sericordie cordis: hinc dolores: hinc mise-
rationes: hinc oleum exultatiōis: hinc gut
te sāguinis decurrētis in terrā. Misericor
die dn̄i multe: sꝫ ⁊ miserie dn̄i multe. Uin-
cent ne miserie misericordias: an misericor
die miserias superabunt? Uincant miseri-
cordie tue antique dn̄e: vincat sapiētia ma
litiam. Magna enī illoꝝ iniquitas: sed nū-
quid non maior pietas tua dn̄e? Multum
per omnē modum. Nūquid redditur pro
bono malū ait: quia foderunt foueam ani-
me mee? Plane foderunt impatientie fo-
ueam: occasiones indignationis plurimas
⁊ permaximas ministrantes. Sed quid eo
rum fouea ad abyssum māsuetudinis tue?
Retribuentes mala pro bonis foueam fo-
derunt: sed charitas non irritatur: nō pre-
cipitat̄: nunq̄ꝫ excidit: non in foueam ruit:
⁊ pro retributis malis cumulat bona. Ab-
sit vt musce moriture exterminēt suauitatē
vnguenti: quod de tuo corpore fluit: quia
apud sinum tuum misericordia: ⁊ copiosa
apud eum redemptio. Musce moriture ex
ultationes ⁊ insultationes quas tibi reddit
generatio praua ⁊ exasperans. Tu autem
quid? In ipsa eleuatione manuum tuaruꝫ
cum iam sacrificium matutinum in holo-
caustum vespertinū trāsiret: in ipsa inquā
virtute incensi quod celos ascendebat: ter
ram operiebat: inferos respergebat: exau-
diendus pro tua reuerentia clamas: Pa-
ter ignosce illis: quia nesciunt quid faciūt.
O q̄ꝫ multus es ad ignoscendum: o q̄ꝫ ma-
gna multitudo dulcedinis tue domine: o
q̄ꝫ longe sunt cogitationes tue a cogitatio-
nibus nostris: o q̄ꝫ firma est etiam sup im-
pios misericordia tua. Mira res. Ille cla-
mat ignosce: iudei crucifige. Molliti sunt
sermones eiꝰ sup oleū: ⁊ isti sunt iacula. O
charitas patiēs: sꝫ ⁊ cōpatiēs. Charitas pa
tiēs ē sufficit: charitas benigna ē: cumulꝰ ē.
Noli vinci a malo charitas abūdās: sꝫ vin
ce ī bono malū supabundās ē. Nō enī sola
patiētia: sꝫ benignitas ad penitētiā iudeos

adduxit: qꝫ benigna charitas etiam quos
tolerat amat: ⁊ amat tā ardēter. Patiens
charitas dissimulat expectat sustinet delin
quentē: sed benigna trahit adducit cōuer
ti facit ab errore vie sue: deniqꝫ cooperit
multitudinē peccatorum. O iudei lapides
estis sed lapidē ꝑcutitis firmiorē: de quo
resonat tinnitus pietatis ⁊ ebullit oleū cha
ritatis. Quō potabis dn̄e desiderantes te
torrēte voluptatis tue: q sic ꝓfundis cruci-
figentes te oleo mīe tue? Patet igit̄ qꝫ pas
sio hec: potētissima ē ad exhauriēda omni-
um genera peccatorū. Sed qs scit si data ē
mihi? Mihi data ē: qꝫ alteri dari nō potu-
it. Nūqd angelo? Sed ille nō eguit. Nun-
qd diabolo? Sed ille nō resurgit. Deniqꝫ
nō in similitudinē angelorū: absit aūt vt in
similitudinē demonū: sed in similitudinē
hominū factus ē ⁊ habitu inuēt⁹ vt hō. Ex
inaniuit enī semetipm̄: formā serui accipi-
ens. Fili⁹ erat: ⁊ factus ē tanqꝫ seru⁹. Nec
solū formā serui accepit vt subesset: sꝫ etiā
mali serui vt vapularet: ⁊ serui peccati vt
penā solueret cū culpā nō haberet. In simi-
tudinē inqt hominū nō hoīs: qꝫ ꝓmus hō
necī carne peccati: nec in similitudinē car
nis peccati ē creat⁹. Xp̄s aūt in vniuersali
miseria pressus ⁊ ꝓfundi⁹ se imersit: ne sub
tili⁹ ille diaboli oculus magnum hoc pieta
tis deꝓhēderet sacramētū. Ideo habitu ⁊
oī habitu inuētus ē vt hō: nec in eo quātū
ad nature debitū signū aliqͦd singularita
tis apparuit. Quia enī ita inuētus ē: ideo
crucifixus. Paucis aūt reuelauit seipm̄ vt
eēnt q crederēt: reliqs absconditus ē: qꝫ si
cognouissēt nunqꝫ dn̄m glorie crucifixissēt.
Ad hoc etiā illi singulari pctō ignorātiam
copulauit: vt sub aliq̄ iusticie vmbra igno-
rātib⁹ posset ignosci. Duo aūt nobis in he
reditate reliquerat ille vetustus adā q fu
git a facie dei: laborē videlicet ⁊ dolorē: la-
borē in actiōe: dolorē in passiōe. Non hoc
ip̄e audierat in paradiso: quē acceperat vt
operaret̄: vt custodiret illū. Operaret̄ de-
lectabiliter: custodiret fideliter sibi ⁊ poste
ris suis. Xp̄s dn̄s laborē ⁊ dolorē cōsidera-
uit: vt tradiret eos in man⁹ suas: imo se ma-
gis in manus eorū infixus in limo ꝓfundi:
⁊ intrauerūt aque iste vsqꝫ ad animā eius.
Uide inqt ad patrē humilitatem meā ⁊ la
borē meū: qꝫ pauper sum ego ⁊ in laborib⁹
a iuuētate mea. Laborauit sustinens man⁹
eius in laboribus seruierūt. De dolore vi-
de qd dixerit? O vos oēs q trāsitis ꝑ viā:
attēdite ⁊ videte: si est dolor sicut dolor me
us. Uere languores nostros ip̄e tulit: ⁊ do
lores nostros ip̄e portauit: vir dolorū paup
⁊ dolēs: tētatus ꝑ oīa absqꝫ peccato. Et in
vita passiuā habuit actionē: ⁊ ī morte pas
sionē actiuā sustinuit: dū salutem operaret̄
in medio terre. Proinde memor ero qꝫdiu
fuero laborū illorū quos ꝑtulit in ꝑdicādo:
fatigationū in discurrēdo: tētationū ī ieiu
nādo: vigiliarū in orando: lachrymarū in cō
patiēdo. Recordabor etiā dolorū eius con
uitiorū: sputorū: colaphorū: subsannationū:
exprobrationū: caluorū: horūqꝫ similium: q̄
ꝑ eū ⁊ sup eū habūdātius trāsierūt. Facit
ergo mihi fortitudo facit similitudo: sed si
accesserit etiā imitatio vt sequar vestigia
eius. Alioquin exquiret̄ a me sanguis iu-
stus q effusus ē sup terrā: nec imunis ero
ab illo tā singulari scelere iudeorū ꝙ vide-
licet tāte charitati ingratus fuerim: ꝙ spi-
ritui grē cōtumeliā fecerim: ꝙ sanguinem
testamēti pollutū dixerim: ꝙ cōculcauerim
filiū dei. Sūt pleriqꝫ q laborē ⁊ dolorē pati
unt̄: sed necessitas in causa ē: nō volūtas: ⁊
hi nō sunt ꝯformes imagini filij dei. Sunt
q ex volūtate sustinēt: sed nō ē eis sors ne-
qꝫ ꝑs ī sermone isto. Uigilat tota nocte lu
xuriosus nō solū patienter sed ⁊ libēter: vt
suā expleat voluntatē: vigilat raptor ferro
vestitus vt deripiat ꝑdā: vigilat fur vt do
mū ꝑfodiat alienā. Sed hij oēs ⁊ horū simi
les lōge sūt a labore ⁊ dolore quē cōsiderat
dn̄s. Hoīes aūt bone voluntatis q xp̄iana
volūtate diuitias pauꝑtate mutarunt: vel
etiā nō habitas tanqꝫ habitas ꝯtēpserunt:
relinquētes oīa ꝓpter ip̄m: sequunt̄ eū quo
cūqꝫ ierit. Huiusmodi autē imitatio vali
dissimū mihi argumentū est: ꝙ ⁊ passio sal
uatoris ⁊ similitudo humanitatis in meā
transeunt vtilitatē. Hic enim sapor hic fru
ctus est: ⁊ laboris ⁊ doloris. Uide ergo qꝫ
magnificauerit facere tecū illa maiestas

De omnibus que in celo sunt: et sub celo
dixit ⁊ facta sunt. Et qd facilius dictu? Sȝ
nũqd solo verbo factũ ẽ cuȝ te quẽ fecerat
refecit? Triginta ⁊ tribus annis sup terrã
visus ⁊ cũ hoibus ꝯuersatus etiã habuit ĩ
factis calũniatores: in dictis insidiatores
nõ habẽs vbi reclinaret caput suũ. Quare
hec? Quia verbũ a sua subtilitate descẽde
rat: ⁊ grossius acceperat indumẽtũ. Nã ca
ro factum erat: ⁊ ideo grossiori ⁊ morosiori
ope vtebant. Sicut aũt cogitatio vestit sibi
vocẽ corporeã absq̃ȝ sui diminutiõe: vel an
te vocẽ vel post vocẽ: sic fili⁹ dei assumpsit
carnẽ: nõ cõmixtionẽ passus neq̃ȝ diminu-
tionẽ: nec ante carnẽ nec p carnem. Apud
patrẽ inuisibilis: sed hic manus nr̃e tracta
uerũt de verbo vite: ⁊ qđ erat ab initio vi
dim⁹ ocul nr̃is. Hoc autẽ verbũ q: carnẽ
purissimã ⁊ animã sanctissimã vnierat sibi
moderabat actiões corporis sui: tum quia
sapiẽtia ⁊ iustitia erat: tum quia nullã pror-
sus habebat legem in membris suis repu-
gnante legi mentis sue. Meum verbũ nec
sapientia nec iusticia est: sed tñ vtriusq̃ȝ ca-
pax: ⁊ possunt ei hec abesse ⁊ adesse: abesse
facilius. Familiare enim iam nobis est car
nis nostre seruire vitijs: q̃ȝ actiones ⁊ pas-
siones eius ordinare: pro eo ꝙ oĩs etas ab
adolescentia prona est in malũ: inter flagel
la quoq̃ȝ ⁊ gladios etiã sub discrimine mor
tis ad suas ambiẽs voluptates. Felix cui⁹
cogitatio hoc enĩ ẽ v̈bũ nostrũ oẽs actiões
suas ad iustitiã dirigit: vt intẽtio sana sit: ⁊
operatio recta. Felix q passiones corporis
sui ꝓpter iustitiã ordinat: vt quicquid pati
tur ꝓpter dei filiũ patiat: quatin⁹ ⁊ a corde
tollat murmuratio: ⁊ in ore verset gratiaꝝ
actio ⁊ vox laudis. Qui sic extulit se: iste tol
lit grabatũ suũ ⁊ vadit in domũ suam. Gra
batũ corp⁹ nostrũ est: ĩ quo prius languidi
iacebamus: seruiẽtes ꝯcupiscẽtijs ⁊ deside
rijs nr̃is. Nunc portamus illud cũ spũ co
gimus obedire: ⁊ mortuũ nr̃m portamus:
q: corpus mortuũ ẽ ꝓpter peccatũ. Ambu-
lamus tñ nõ currimus: q: corpus qđ corrũ
pit aggrauat animã: ⁊ deꝑmit terrena iha
bitatio sensum multa cogitãtẽ. Ambulans
etiã ĩ domũ nostrã. In quã domũ? In ma
trẽ omniũ: q: sepulchra eoꝝ domus illoꝝ ĩ
eternũ. Vel potius in domũ nostrã: quam
habemus ex deo nõ manufactã eternam ĩ
celis. Qui sub hoc onere ambulamus: po-
sito eo qd putatis: quõ curremus: quõ vo
labimus? Volabimus plane sup pẽnas vẽ
toꝝ. Amplexatus est nos dñs iesus: p labo
rẽ ⁊ dolorẽ nostꝝ adhereamus nos quoq̃ȝ
ei vicarijs quibusdam amplexibus: ꝓpter
iusticiã ⁊ iusticiã suã actiões ad iusticiã di-
rigẽdo: passiões ꝓpter iusticiã sustinendo:
dicamusq̃ȝ cũ spõsa: Tenui eũ nec dimittã
Dicamus cũ patriarcha: Nõ dimittã te ni
si benedixeris mihi. Quid enim iam mihi
superest nisi benedictio? Quid post ample
xum nisi osculum restat? Si sic adhererem
deo: quõ iã nõ exclamarẽ libere: osculetur
me osculo oris sui? Ciba nos dñe interim
pane lachrymarum: ⁊ potuȝ da nobis in la
chrymis in mensura: donec perducas nos
ad mensuram bonam ⁊ confertam ⁊ coagi
tatam quaȝ dabis in sinus nostros: qui es
in sinu patris deus benedict⁹ in sc̃la. Amẽ

¶ Item vnde supra. Sermo tertius.

DE virga iesse de ue lxxx
nimus ad virgã crucis: ⁊ ꝓn-
cipiũ redẽptiõis fine cõcludi
mus. Ex illa xp̃s iesus virga
virgine mirabiliter ẽ generat⁹: in ista mar
tyr martyrũ caput ⁊ martyrij forma turpi-
ter est appensus. Illa virga directiõis ista
virga virtutis: virga directionis virga re
gni tui: ait illud familiare sancti spirit⁹ or-
ganũ: q: nihil virgine rectius: subtilius ni
hil. Audi ⁊ de alia. Virgã v̈tutis tue emit-
tet dñs ex syon. Profecto crux xp̃i virga
virtutis fuit: in qua dñs virtutuȝ viriliter
pugnauit ⁊ vicit. Assumpsi ait ꝓpheta mi-
hi duas virgas: vnã vocaui decorẽ: ⁊ alte-
rã funiculũ. Virga pulchritudinis vterus
virginis: pulchra inqt vt luna: virga funi-
culi lignũ patibuli exterminans regnũ dia
boli: imponẽs frenũ malicie eius. Latãq̃ȝ
eius euagationeȝ validissima potestate co
hercẽs. In hoc diũ ꝯfossum ẽ latus innoxi-

um!vt ad hoꝛã crucifixus ẽ innocẽs mani
bus ⁊ mũdo coꝛde:terribilis ille latro cui⁹
manus plene sunt sanguine: in hoc interiȝ
ꝯfossus ẽ ⁊ ꝯfractus. Sed aliter xp̄s:aliter
ip̄e:xp̄s ad momentũ:ille in eternuȝ. Xp̄s
debellauit aereas potestates: et affixit eas
cruci sue ait apl̄s. Magnũ sacramentũ cru
cis:nec aliq̄d hoc sacramẽto sacrati⁹. Re-
spice crucẽ stantẽ! ⁊ vide quãta altitudine
de terra erigat̃ ad celum:⁊ veritatẽ rei ip̄a
imagine ꝓtestet̃. Nonne tibi videt̃ figura
ipsius celũ ⁊ terrã sublimi ꝯtinuatiõe con-
tingere? Hoc enĩ firmissimũ ⁊ indissolubi-
le gluten quo glutinant̃ rationales creatu
re:vt ex vtraqꝫ fiat illa ciuitas cuius parti-
cipatio eius in idip̄m. Uide etiaȝ q̄m qua-
driphari a ratione quattuoꝛ mũdi climata
cõpꝛehendat:⁊ omnẽ ad se ꝑtrahat creatu
rã. Astat iesus ĩ medio quadrifida sui ꝑte
distẽtus ⁊ expãsis manibus oĩbus ad se ex
oĩ ꝑte veniẽtib⁹ amplissimũ finũ mĩe osten
dit. Apud dñm mĩa:⁊ copiosa apud euȝ re
dẽptio. Pꝛoꝛsus copia:q: nõ gutta:sed co-
pia sanguinis de coꝛꝑe iesu: largiter ꝑ q̄n-
qꝫ ꝑtes emanauit. Sufficeret ad redẽptio
nẽ oꝛbis vel vna ꝑ̄ciosissimi sanguinis gut
ta:sed data ẽ copia vt virtus diligẽtis ĩ be
neficij redundatione clarescat. Sed ne foꝛ
te occurreret tibi: vt vbiqꝫ terrarum cur-
rens creatoꝛem tuum inuenire nõ posses!
a quacũqꝫ ꝑte ꝓcedas:siue ab oꝛiente: siue
ab occidẽte:siue a meridie:vel a septẽtriõe
paratus ẽ ip̄e suscipe vere veniẽtẽ:⁊ blan
da confouere dulcedine. Sed attẽde q̄d ti
bi expꝛimatur de coꝛde crucifixi altissimi.
ꝯscientie. Domine quotiens passionis tue
in cordibus nostris amaritudinem rumina
mus totiens de nobis expauescimus. De-
disti enim metuentibus te significationem
vt fugiant a facie arcus. Quia si ex hoc mū
do transisti ad patrem cum tantis cruciati-
bus: quid faciet de nobis peccatoribꝰ? Si ī
viridi ligno hec facta sunt: in arido quid fi
et? Dum tales in oratione fundimus que-
rimonias: consolatur nos dulciter increpā
do illa summa ⁊ vera charitas per scriptu-
rarum auctoritatem siue per occultaz inspi
rationem. Quid de mea passione tā tristes
estis. Nolite timere pusillus grex. Passus
sum: vt vos gaudeatis: thesaurizaui vobis
thesauros exultationis: quia thesaurizare
debent patres filijs: resurrexi vt iubiletis.
Redeo ad vos: cur non creditis? Incipiēs
a moyse ⁊ omnibꝰ prophetis interpretabaᵗ
illis in omnibus scripturis que de ipo erāt
Beati qui nouerunt gustum felicis experi
entie q̄z mirabiliter in oratiōe ⁊ meditatōe
scripturas dignatur dominus reserare? Et
quidem sententiarum dominus est ⁊ scien-
tiarum: potest eas prout voluerit dispēsare.
Incipiens a moyse ⁊ prophetis interpreta-
batur illis in omnibus scripturis. Hec faċ
quando corda nostra illuminat radijs cha-
ritatis. Illi enim tenet quod latet et quod
patet in diuinis sermonibus: qui charita-
tem seruat in moribus. De sola dilectione
pendent moyses ⁊ prophete. Tunc appro-
pinquamus castello quo tēdebamus: quia
per infusionem charitatis desideratum vi-
te consilium obtinemus. Ipse finxit se lon-
gius ire. Dixi. Sapiens efficiar: ⁊ ipsa lon-
gius recessit a me. Nouiter conuersis in p̄n-
cipio videntur vie domini dure: sed paula-
tim in charitate crescentes eas sine offen-
diculo incipimus currere. Unde ⁊ coege-
runt eum: quia perfectionis culmen non le
uiter attingitur. Sed paulatim virtutū gra
dibus ad apicem charitatis per violentiaz
deuenitur. Coegerunt eum. Ne mireris si
regnum celorum violentiam patitur: qn̄ et
ipse dn̄s eoꝝ dixerit. Si igiᵗ q̇daz naturali
duricia cor tuum senseris induratuz: iuxta
orationibus intende meditationibus: cur-
re vbi est impetus spiritus. Ne carni assen
sum dederis: ingere te vigilijs. Per lachry
marum violentiam vince dn̄m maiestatis:
⁊ dic ei. Mane nobiscum: qm̄ aduespascit:
⁊ inclinata est iam dies. Hanc cām possumꝰ
multipliciter intelligere: ⁊ in ea multas de-
litias inuenire. Mane nobiscum: qm̄ adue
sperascit. Cum p̄speramus in virtutum suc
cessibus in die sumus. Cum nos obnubilāt
tribulationum angustie incipit nobis adue
sperascere. Cum tristitia vos cōfundit nob̄
aduesperascit. Et qr ad te qui solus laborez
⁊ dolorem ꝯsideras cor nostrū respicit: ma-
ne nobiscum dn̄e: qm̄ aduesperascit. Iam
veniunt aque vsq̧ ad aīam. Iam deuotōis
delicie vertunᵗ in miseriaz. Iam oēs angu-
los mentis ventus delectationis concutit.
Mane nobiscū: qm̄ aduesperascit. Tu tri-
bulatis corde es refrigeriū: tu refugiuz: tu
fias solacium. Tua est potestas: tuū est im-
perium. Ad te sunt intenti oculi oīum. Te
solum sitiens aīa ꝯcupiscit. Mane nobiscū
qm̄ aduesperascit. Sine te nihil possumus
facere. Tu solus certamina das ī nocte. Tu
turris fortitudīs a facie inimici tribulātis.
Tue miseratōis oculus oīa q̄ sub celo sūt re
spicit. Mane nobiscū qm̄ aduespascit. Per

te ꝯsurgit nob ad vespeꝝ fragoꝛ meridian⁹
⁊ oꝛimur vt lucifer: cum nos ꝯsumptos pu-
tamus. Tu lux nr̃a cũ sedemus in tenebris
qꝛ non ꝯfundit omnis qui in te ꝯfidit. Ma
ne nobiscũ dñe: qm̃ aduesperascit. Inclina
ta est iam dies: facte sunt tenebre: vespi lon
gioꝛes: qꝛ abundantes appropinquãte mũ-
di termino supercrescit iniqtas ⁊ charitas
refrigescit. Ne extinguat in nocte lucerna
nr̃a: mane nobiscũ: qm̃ aduesperascit. Uer
gente mũdi vespere: sole iusticie recedente
genus humanum: frigus iniquitatis oppri
mit: omnis nox ꝑfidie occupat: lux verita-
tis deficit. Ne deficiamus cũ deficientib⁹:
mane nobiscuz dñe: qꝛ aduesperascit. Uite
mee iam instat vespera: coꝛpus ꝯsumit egri
tudo perualida. Iam moꝛs in ianuis mina-
tur aspera. Timoꝛ ⁊ tremoꝛ totam ꝯsciaz cõ
cutit: ⁊ terribilem sententiã iudicij ꝑtime-
scit. In manus tuas cõmendo spm̃ meum.
Ne tradas aĩam ꝯfitentem tibi potestatib⁹
tenebraꝝ: qꝛ in te solo est mea salus. Ad te
sunt oculi nostri: ne peream⁹. De multitu-
dine miseratiõis tue mens fiduciã accipit.
Mane nobiscũ dñe: qm̃ aduesperascit. Ad
vesperum possum⁹ intelligere vexate men-
tis desiderium atq; refrigeriũ: cum feruoꝛe
tribulationis discedẽte oꝛatio ⁊ meditatio
tranqllum in se parant deo hospitiuz: vt eũ
cogant ad mãducandũ ⁊ inuitent ad cenan
dum: iuxta qd̃ scriptuz est. Siqs aperuerit
mihi ianuam intrabo ad eum ⁊ cenabo cuz
eo: ⁊ ip̃e mecũ. Factus est enim sicut viatoꝛ
declinans ad manendũ. Unde ⁊ coegerũt
eum: ⁊ intrauit cũ illis. Et factum est dũ re-
cumberet cum illis: accepit panẽ ⁊ bñdixit
ac fregit ⁊ poꝛrigebat illis: ⁊ apti sunt oculi
eoꝝ: ⁊ cognouerunt eum. Panis iste panis
est gratie. Hunc panem ipse per se accepit:
qꝛ non quasi inferioꝛ sz patri coequalis do-
na gratie prout voluit habuit. Benedicit
panem qñ gratie benedictionez nobis dat
legislatoꝛ: vt eamus de virtute in virtutem
Frangit ⁊ poꝛrigit illis: qꝛ non volẽtis neq;
currentis: sed dei est miserentis. Nec panẽ
poꝛrigit integrum: qꝛ diuisiones gratiaruz
sũt. Sed idem dominus: qui sicut bucellaz
mittit cristallum suam. Et quid est qd̃ dicit

aperti sunt oculi eoꝝ: ⁊ in fractione panis
cognouerunt euz: In fractione fit diminu-
tio: ⁊ quedam exinanitio. In fractione vir
tutem humilitatis intellige per quã seipsuz
fregit diminuit ⁊ exinaniuit etiam ipse qui
est panis vite. Et ꝑ hoc ꝙ se exinaniuit: co-
gnitionem suã nobis dedit. Iste est etiam
panis desiderabilis: quem per dies multos
daniel non comedit: qꝛ multi iusti ⁊ ꝓphete
voluerunt videre ⁊ non viderunt incarna-
tam sapientiam patris: multi extuauerũt su
spirijs pro desiderio videndi filium hoĩs: sz
abscõditus erat in sinu patris. Paruuli pe-
tierunt panez: ⁊ non erat qui frangeret eis
Sapientia occulta panis integer ⁊ occult⁹:
que vtilitas in vtrisq;: Dñe inclina celos
tuos ⁊ descende: frange esurienti panẽ tuũ
panem teipsum: vt aperiantur oculi hoĩs:
nec reputetur ei in peccatum: si voluerit eẽ
sicut tu: sciens bonũ ⁊ malum: siue maluz et
bonum. Cognoscat te in panis fractione: q
ab initio voluit attentare. Frange te: vt sese
discat frangere: qꝛ non cognosceris nisi in
fractione panis. Audiuit balaam sermones
dei: ⁊ visiones omnipotẽtis intuit⁹ est. Sed
cadebat apertis oculis: quia non cognosce-
bat dñm in fractiõe panis. Sic videas mul
tos hodie studentes scripturas: docentes ĩ
cathedris: pꝛedicantes in ecclesijs. Sz opa
eoꝛum non concoꝛdant cum verbis. Confi-
tentur se nosse deum: factis autem negant:
quia in fractione panis deũ cognoscere re-
cusant. Et quidẽ panis nobis factus est do
minus: ⁊ nos sumus panis eius. In sudoꝛe
vultus sui dignat⁹ est vesci pane suo: vt nos
nr̃o pane vesceremur in gaudio. Si vis co-
gnoscere sicut se fregit ita te frãge. Qui. n.
dicit ĩ christo se manere: debet sicut ille am
bulauit ⁊ ipse ambulare. Non est in sermo-
ne regnum dei: sed in virtute. Frange ergo
te ad laboꝛem obedientie ad humilitatem
patiẽtie: poꝛta in coꝛpoꝛe tuo stigmata iesu
christi serui foꝛmã accipiens nõ pꝛelati. Et
cum te exinanieris ⁊ fregeris: tunc cogno
sces deum in fractione panis. Et quãdo ce-
perimus loqui de pane gratie dum frangit
oculi aperiunt ⁊ dominus recognoscitur: qꝛ
quando cum ceteris gratiarum donis in-

funditur nobis virtus humilitatis tūc vere eum cognoscamus: quia ex acceptis donis nos ei humiliter subdimur: ⁊ quicquid boni accipimus ad ipsum referimus. Ideo sapiens attestatur: quia ab humilibus laudatur deus. Uide quomodo dictis nostris nūc gregorius concordat. Qui inquit ceteras virtutes sine humilitate congregat quasi pulverem in ventum portat: ⁊ vnde amplius facere conatur inde amplius excecatur. Uera ergo humilitas oculos aperit: dum virtutes ceteras propter quas homo vento superbie poterat excecari frangit ⁊ diminuit ⁊ homo se ex se nihil eē veraciter cognoscit Et quanto magis decrescit in despectione sui: tanti amplius crescit in cognitione dei. Multi videntur habere contemplationis gratiam: sed tenentur oculi eorum ne eum agnoscant: quia adhuc veterem non oīno deposuere superbiam nec perfecte humilitatis semitam apprehenderūt: vt cognoscerent eum in fractione panis: frangentes. s. suas virtutes ⁊ proprias voluntates: sicut ille qui factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem: mortem autem crucis. Ille enī vere agnoscit: qui ambulat sicut ille ambulauit. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Mira res. Cum incipit cordi magis dulcescere tūc fugit: vt de absentia dulciter faciat nos dolere. Tales sunt amoris delicie. Oculi. n. amoris ipsuz faciunt auolare. Fuge dilecte mi: assimilare capree hynnuloq; ceruorum super montes aromatum. Ascende sup cherubin: ⁊ super pennas ventorum: ⁊ esto tu similis capree hynnuloq; ceruorum, vt oculos dilectionis tue non auertas a nobis: et si te nostris subtrahis aspectibus qui humilia respicis ⁊ alta a longe cognoscis. Et dixerunt ad inuicem. Nōne cor nostrum ardēs erat in nobis dum loqueretur nobis ī via: ⁊ aperiret nobis scripturas. Clausula ista ñ est exponenda: sed ruminanda. Quotiens enim in nobismetipsis marcescit anima nr̄a ⁊ possident nos dies afflictionis: quotiens tedijs vel tentationum vulneramur sagittis ad memoriam reducamus quod aliquādo in oratione senserimus quod in meditatione gustauerimus: qualiter locutus sit nobis in galilea cum transmigraremus ad delicias contemplationis. Nonne cor nostrū ardens erat in nobis? O dulcis ardor: dulcis splendor: dulcis amor. Ardor confortās splendor illuminans: amor inebrians. O q̄z dulciter ardens: q̄z mirabiliter splendens: q̄z suauiter totū cor hominis implēs. Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante: aut cum ardoribus stare sempiternis Cum iam non erit ignis in syon: sed eo minus in hierusalem in splendoribus eternitatis: tūc etiam recordabimur de hoc paruo igniculo quē sensimus in hac valle plorationis: ⁊ dicemus ad inuicem. Nōne cor nostrum ardens erat in nobis: cuz sub paupertate degeremus militie regularis: ⁊ staremus ad canendum in nocturnis vigilijs ⁊ post vigilias furtiuis orationibus incumberemus? Illis beatissimis interuallis q̄z magna erat in cordibus nostris multitudo dulcedinis. Nonne nox erat illuminatio in delicijs? Nonne cor nostrum erat ardens ī nobis de iesu: cum in claustro residētes meditaremur in silentio: quādo secrete deus erat in tabernaculo cum super eum cor nostrū ascenderet: vt cogitaremus patrie gaudia: cum concentus celi resonaret in conscientia? Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via cum in diuinarum scripturaruz dulcedine nostras reficeremus animas inuenientes ī ipsis delectationes mirabiles super omnes diuitias? Nonne docebat nos vnctio xp̄i de omnibus: medullatas nobis infundēdo delicias? Nonne cor nostrum ardens erat ī nobis ī via: dū aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora. Non incongrue eadem hora dicuntur surgere: quia nisi ad horam: nec horā quidem possunt esse tales delicie in anima. Cito abeunt ⁊ pertrāseūt: ⁊ cum teneri putantur velocius euanescūt. Ideo autem fugiunt: vt earuz plenitudinē que dabitur in patria feruētius appetamus. Ideo animum inflāmant ⁊ allitiunt vt surgamus: vt non in hierico descēdamus. Ibi insidiantur latrones: vt spolient ⁊ vulnerēt descendentes. Sed nobili quadam supbia despicere debemus hec temporalia: que mu

tabilia sunt sicut luna. Anima nostra spiri-
tualis leticie delicijs sit assueta. Surgentes
igitur oratio ⁊ meditatio reuertūtur in hie
rusalem: cum post spiritualium deliciarum
refectionem pacis intime possident quietē.
Undecim isti qui sunt in hierusalem cōgre
gati dona spiritus septiformis ⁊ quattuor
principales virtutes possunt intelligi. Ille
que sunt cum ipsis: fides: spes: ⁊ charitas:
⁊ si qua alia sunt gratiarum dona dici pñt.
Congregatos istos inuenerunt: non autē
congregauerunt: quia ⁊ si pro posse nostro
attendamus virtutibus ꝯgregandis: nihil
tamē sine patre luminum possumus facere
qui velle ⁊ perficere operat in nobis. Istis
duobus oratio ⁊ meditatio adiunguntur.
Dicunt quia surrexit dominus vere: quan
do amanti conscientie insibilant gaudium
resurrectionis dominice. Sz quid sibi vult
quod subiungit: apparuit simoni? Uidete
ne forte propter nos dictum sit: qui speciali
ter filij sumus obedientie: qui sapientibus
⁊ insipientibus debitores sumus sine con-
tradictiōe vocis ⁊ sine murmuris obedire
rancore. Fidelis sermo ⁊ omni acceptione
dignus magnum leticie cumulum partu-
riens obedientibus: quia dominus appa-
ruit simoni ⁊ ipsi soli speciali prerogatiua p̄
omnibus. O si deuote mentis memoria re-
uoluamus q̄z dulcis sit eius apparitio obe-
dientibus: in illo agone horribili atqz terri-
bili in illa miserabili hora in qua anima co-
gitur a corpore separari. Multis enim ap-
paret christus cum vexillo obedientie vt in
effabili exultationi exhilaret animam obe-
dientem in illa tribulatione: ⁊ forsitan pōt
ipsum obedientem his sermonibus conso-
lari. Ne timeas fili obedientie: ne timeas.
Intuere manus propter obedientiam affi-
xis: considera pedes expositos fixuris cla-
uorum: attende quia propter obedientiam
mortuus sum. Et si propter fragilitatez hu-
mane conditionis obedientia tua minus p
fectuz aliquid habuerit: volo vt plenitudo
mee obedientie sit tue obediētie minus suf
ficientis supplementum. O d vel illa hora
tali consolatiōe potest esse suauius? Quod
potest imprimi hūano cordi dulcius? Po-
nite hec in cordibus vestris filij obedientie
Gaudete ⁊ exultate quia surrexit domin⁹
vere: ⁊ apparuit simoni. Et ipsi narrabant
que gesta erant in via: ⁊ quomodo cogno-
uerunt eum in fractione panis. Extremam
hanc clausulā possumus referre ad illa bea
te quietis gaudia cum sedebit vnusquisqz
sub vite sua ⁊ ficulnea sua in pulchritudine
pacis in tabernaculis fiducie ⁊ requie opu
lenta: cuz platee hierusalem auro sternent
⁊ per omnes vicos alleluia cantabitur. Im
plebuntur autē infantibus ⁊ puellis: sequē-
tibus agnum quocūqz ierit in vestibus al-
bis. Tunc narrabimus que gesta sunt ī via
⁊ quomodo cognouimus dominum in fra-
ctione panis. Q̄ dulciter nos humiliat hic
in loco afflictiōis vt delicietur in cordibus
nostris: qui secreta sua abscondit a sapienti
bus ⁊ prudentibus ⁊ reuelat ea paruulis.
Tunc recordabimur periculorum in qbus
versamur: tribulationum in quibus affligi
mur: miseriarum in quibus inuoluimur et
mirabiliter letabimur: quia hec omnia ve-
lut vmbra transierunt: ⁊ de splendorib⁹ in
quib⁹ erimus iubilum germinabunt. Tūc
plantabimus vineas in mōtibus samarie:
audiemur vocē gaudij et vocē leticie: vocē
sponsi ⁊ vocem sponse. Uidebimus gloriaz
regis: ⁊ decorem regine. Tunc letabit v̄go
in choro: dyadema regni portans in capite
suo. Ostendet nobis fructum sanctissimi vē
tris sui. In humilitate nostra videbitur do
minus maiestatis. Tunc videbit ⁊ affluet
mirabit ⁊ dilatabit cor nostrū simul lauda-
bim⁹: q: oculo ad oculū videbim⁹: aspectū
ꝯtra aspectū aspiciemus: facie ad faciem co
gnoscemus: ore ad os loquemur dicentes.
Tibi dñe potestas ⁊ īperiū: ⁊ honor ⁊ glia.
Te laudat ois spūs in scl'a scl'or. Amen.

¶ Infra octauas pasche de lepra naamā.
Sermo primus.

Sicut ī corpor
medicina prius purgationes
adhibent deinde refectiōes:
vt videlz p̄us examiat corp⁹
ab humorib⁹ noxijs de hinc cibis sanorib⁹
foueat: sic medic⁹ aiaꝝ dñs xp̄s cui⁹ tota di

ſpẽſatio quã exhibuit ĩ carne medicina ſalu
tis eſt añ paſſionẽ ſuã ſeptẽ dedit purgatio
nes poſt reſurrectionẽ: totidem cibos ſalu-
bres parit et ſuaues. Heliſeꝰ nꝭ naaman le-
proſũ ſepties in iordane mergi pcepit: q int
pretatur deſcenſus. In deſcenſu dñi noſtri
ieſu chriſti: id eſt in humilitate conuerſatio
nis eius: quam exhibuit ante paſſionẽ mũ-
damur ⁊ purgamur. in reſurrectione vo ⁊
vita quem oſtendit quadraginta diebꝰ re-
ficimur: ⁊ delectabilibꝰ paſcimur alimẽtis.
Septempliciter enim occupauit nos lepra
ſuperbie: in proprietate poſſeſſionũ: in glo-
ria veſtium: in volup tate corpoꝝ: in ore q̃z
dupliciter: ſim iliter ⁊ in corde. Prima eſt
lepra domus: quia diuites eſſe volumus in
hoc ſeculo. Sed ab iſta mundamur ſi mer-
gimur in iordane id eſt in chriſti deſcenſu.
Inuenimus enim quoniã cum diues eſſet
ille: propter nos pauper factus eſt. Deſcen
dit ab inenarrabilibus celi diuitijs: ⁊ ve-
niens in mundum nec iſtas qualeſcũq; di-
uitias habere voluit: ſed in tanta pauperta
te venit: vt natus continuo poneretur in
preſepio: quia non erat ei locus in diuerſo-
rio. Deniq; quis neſciat: quoniã filius ho
minis non habebat vbi caput reclinaret?
Qui bene mergitur hic: quando queret di
uitias huiꝰ mundi? Et vere magna abuſio
⁊ nimis magna: vt diues eẽ velit vermicu-
lus vilis: propter quem deus maieſtatis et
dñs ſabaoth voluit paper fieri. Porro in le
pra veſtis omnẽ ſeculi huius pompoſam in
tellige vanitatem. Nam ab illa nihilominꝰ
in iordanis merſione mũdaberis: vbi inue
nies chriſtum dñi vilibus pãnis inuolutũ:
factum opprobrium hominũ ⁊ abiectionẽ
plebis. A lepra quoq; corporis mũdamur
in ipſo iordane: ſi bene cogitãtes dominicã
paſſionem erubeſcamus ſequi corporis vo
luptatem. At in ore duplex vt diximus eſt
lepra. Cum enim aduerſum quẽquã conti-
gerit murmuramꝰ: ⁊ impatientie verbum
tanq̃ʒ lepre ſanies effluit. Sed ab hac mun
damur: ſi illum attẽdimus qui tanq̃ʒ ouis
ad occiſionẽ ductus ẽ: ⁊ nõ aperuit os ſuũ
Qui cum malediceret nõ remaledicebat:
cũ pateret: non cõminabat. In pſperis q̃ʒ
⁊ ꝯtra eũ qui dixit non qui ſeipm cõmẽdat
ille pbatus eſt: commendamꝰ noſmetipſos
nõ in multa patiẽtia: ſed in arrogãtia: ⁊ inq
nat nos altera lepra verbũ iactantie. Ut ḡ
mũdemur ab illa: mergamur in iordane: ⁊
imitemur eum qui nõ q̃rebat gloriam ſuã.
Uñ ⁊ demonia que clamabãt qꝛ ipſe eſſet
dei filiꝰ pcipiebat obmuteſcere: ⁊ illumina
tos cecos dicere phibebat. In corde du-
plex eſt lepra: ppria volũtas: ⁊ ppriũ ꝯſiliũ:
vtraq; nimis peſſima eoq; pernicioſior ma
gis quo interior. Uoluntatẽ dico propriã q̃
nõ eſt cõis cũ deo ⁊ hoibꝰ: ſʒ noſtra tñ: qñ
quod volumꝰ non ad honorẽ dei: nõ ad vti
litatẽ fratrũ: ſed propter noſipſos facimus:
non intendentes placere deo ⁊ pdeſſe fra-
tribus: ſed ſatiſfacere proprijs motibꝰ ani-
morũ. Huic contraria eſt recta fronte cha-
ritas: que eſt deus. Hec enim aduerſus eũ
inimicitias exercens eſt: ⁊ guerrã crudeliſ-
ſimã. Quid enim odit aut quid punit deꝰ.
preter volũtatẽ propriam? Ceſſet voluntas
ppria: ⁊ infernꝰ non erit. In quẽ enĩ ignis
ille deſeuiet: niſi in propriam voluntatem?
Etiam nunc cum frigus aut famem aut ali
quid tale patimur: quid leditur niſi volun
tas propria. Qꝛ ſi voluntarie ſuſtinemus: iã
ipſa voluntas cõmunis eſt: ſed infirmitas
quedã ⁊ velut pruritus voluntatis adhuc
de proprio eſt: ⁊ in illo omnes penas ſuſtine
mus donec penitus conſumam̃. Nam vo-
luntas illa proprie dicitur cui aſſentimus ⁊
cui ſe liberum inclinat arbitriũ. hec aũt de-
ſideria ⁊ concupiſcẽtie que inuitos tenent
nõ voluntas ſed corruptio voluntatis eſt.
Porro voluntas propria quo furore domi-
nũ maieſtatis impugnet: audiant ⁊ timeãt
ſerui proprie volũtatis. Primo nempe ſub-
trahit ſemetipſaʒ ⁊ ſubducit eiꝰ dñatui: cui
tanq̃ʒ auctori ſeruire debuerat dum effici-
tur ſua. Sed nunquid contenta erit hac in-
iuria? Addit adhuc: ⁊ quod in ſe eſt omnia
quoq; que dei ſunt tollit ⁊ diripit. Quem
enim modum ſibi ponit humana cupidi-
tas? Nonne qui per vſuram acquirit pe-
cuniam modicam: ſimiliter mundum lu-
crari conaretur vniuerſum: ſi non deeſſet
poſſibilitas: ſi ſuppeteret voluntati facul-

tas. Dico fiducialiter: nemini qui sit ī pro-
pria voluntate posset vniuersus mundus
sufficere. Sed vtinā vel rebus istis eēt cō
tēta: ne in ipm horribile dictu deseuiret au
ctorem. Nunc autē ⁊ ipsum quod in ipsa ē
deum perimit voluntas propria. Omnino
enim vellet deum peccata sua aut vindica
re non posse: aut nolle: aut ea nescire. Vult
ergo eum non esse deum: que quantum in
ipsa est vult eum aut impotentem aut iniu
stum esse aut insipientem. Crudelis plane
et omnino execranda malitia: que dei po-
tentiam iustitiam sapientiam perire desi-
derat. Hec est crudelis bestia: fera pessima
rapacissima lupa: ⁊ leena seuissima. Hec est
immundissima lepra animi: propter quam
in iordane mergi oporteat: ⁊ imitari eum q
non venit facere voluntatem suam. Unde
⁊ in passione Non mea inquit voluntas: sꝫ
tua fiat. Lepra vō proprij consilij eo perni-
ciosior est quo magis occulta: ⁊ q̄nto plus
abundat: tanto sibi quisqꝫ sanior esse vide-
tur. Hec illorum est qui zelum dei habent:
sed non sm̄ scientiam: sequentes errorem
suum: ⁊ ita obstinati in eo vt nullius velint
consilijs acquiescere. Hi sunt vnitatis di-
uisores: inimici pacis: charitatis expertes:
vanitate tumētes: placentes sibi: ⁊ magni
in oculis suis: ignorantes dei iustitiā: ⁊ suā
querentes constituere. Et que maior super
bia: q̄ꝫ ꝙ vnus homo toti cōgregationi iu-
dicium suum preferat: tanq̄ꝫ ipse solus ha-
beat spiritum dei? Idolatrie scelus est non
acquiescere: ⁊ quasi peccatum ariolandi.
Eant nunc qui se faciunt religiosiores: qui
non sunt sicut ceteri hominum: ecce arioli
⁊ idolatre facti sunt: si tamen vel ei qui di-
xit hoc plusq̄ꝫ sibi iudicāt esse credendum.
Neqꝫ hinc dissonat vitatj sermo quē dixit.
Si ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethni-
cus ⁊ publicanus. Sed vbi poterit hec le-
pra mundari: nisi in iordane. Ibi mergere
quicunqꝫ huiusmodi es: ⁊ attende quid fe
cerit magni consilij angelus: quomodo cō
silium suum postposuerit consilio vel ma-
gis voluntati mulieris vnius: beatam vir-
ginem loquor ⁊ fabri pauperis ipse est io-

seph. Inuentus enim in medio doctorum
audiens eos ⁊ interrogās: quodammodo
a matre increpatꝰ est. Fili vt quid fecisti no
bis sic? At ille Quid est inquit ꝙ me que-
rebatis? Nesciebatis quia ī his que patris
mei sunt oportet me esse? At illi non intel-
lexerunt verbum. Et quid fecit verbum?
Nō capiebat in se: descēdit ita vt esset etiā
sub illis. Quis iam non erubescat obstina-
tus esse in consilio suo: quando suum sapi-
entia ipsa deseruit? Sic mutauit consilium
suum: vt quod iam tunc ceperat extūc vsqꝫ
ad tricesimuꝫ etatis sue annum prorsus di-
miserit. Nihil enim ab hoc duodecimo an
no de eius doctrina vel operibus inuenis
vsqꝫ ad annos triginta. Sed forte queren-
dum ab ipso est: quomodo voluntatē suā
consiliumue reliquerit. O domine volun-
tas de qua dixisti vt non fieret si bona non
erat: quomodo tua erat? Si bona erat: qua
re relicta est? Sic ⁊ consilium si non bonū:
quomodo tuum: si bonum: quomodo relin
quendū? Et bona erant ⁊ eius erant: neqꝫ
minus tamē relinquenda ob hoc videlicet
vt fierent meliora. Neqꝫ enī oportebat pro
pria preiudicare communibus. Erat ergo
voluntas christi: ⁊ bona erat: qua dicebat:
si fieri potest transeat a me calix iste: sed ea
de qua dicebat: fiat voluntas tua: melior
erat: quia communis nō solum patris: sed
et christi ipsius: oblatus est enim quia ipse
voluit ⁊ pctā nr̄a ⁊c̄. Nisi enī granū frumē-
ti cadens in terram mortuum esset: ipsum
solum maneret: mortuum vō multum fru-
ctum attulit. Atqꝫ hec volūtas patris erat:
vt videlicet haberet quos adoptaret in fi-
lios: christi erat vt sit ipse primogenitus in
multis fratribus: nostra erat quia pro no-
bis faciebat vt nos redimeremur. De con
silio quoqꝫ idem dicimus. Christi enī erat
⁊ bonum erat consiliū illud quod ait quia
in his que patris mei sunt oportet me esse:
sed quia illi non intellexerunt mutauit il-
lud consilium: vt nos mundaret ab ea le-
pra q̄ proprij cōsilij est. Exemplum enī de-
dit nobis: vt ⁊ nos ita faciamꝰ. Nam ab ini
tio nouerat qd̄ eēt facturꝰ: sꝫ voluit formā

nobis humilitatis istius exhibere: ꝛ ad la-
uādā pessimā hāc leprā diuinū in seipo pa
rare iordanē. Audiāt igit̄ vtriq̄ȝ pariter q
ꝓprie volūtatis, ꝛ qui ꝓprij cōsilij lepra sor-
dēt: audiāt quid spūs dicat ecclesijs: breui
vno versiculo leprā vtrāq̄ȝ ꝯdēnās. Sapiē
tia ait q̄ desursum ē ꝑmū quidē pudica cō-
tra ꝓprie voluntatis īpuritatē: deinde paci
fica ꝯtra ꝓprij ꝯsilij obstinatā rebellionem
Cū ab his septē purgatus fuerit eger: tan-
q̄ȝ post septē feilas: querat septē fercula: q̄
sunt dona spūs sancti. Porro sicut in vita
dn̄i ante passionē septē purgatiōes inueni-
mus: sic in apparitionib⁹ septē que post re-
surrectionē facte legunt̄ septē illa dona spi
ritus sancti possum⁹ inuenire. In ꝑma spi-
ritū timoris accipe q̄n veniētib⁹ mulierib⁹
sanctis descēdit angelus ď celo: ꝛ terremo
tus factus est: ita vt ipas timore ꝑterritas
oportuit ab angelo ꝯsolari. In spū pietatis
apparuit symoni: quia magna oīno ꝛ vere
dn̄o iesu digna pietatis dignatio ꝙ ei qua
si singulariter ꝛ ante ceteros dignat⁹ est ap
parere: quē p̄ ceteris de negatiōe eius rea
ꝯsciētia cōfundebat: vt vbi abūdauit deli-
ctū: supabūdaret ꝛ grā. In spū ꝯsciētie du
ob⁹ ꝑgētibus in emaus scripturas exposu-
it: incipiēs a moyse ꝛ ꝓphetis. In spū forti
tudinis ianuis clausis intrauit ostēdēs ma
nus ꝛ latus: sicut solēt in signū virtutis cly
peoꝝ foramina demonstrari. In spū ꝯsilij
frustra in piscatiōe laborātes: mittere ī de-
xterā rethe cōsuluit. In spū intellect⁹: ape
ruit eis sensum vt intelligerent scripturas.
In spū sapientie die quadragesimo eis ap
paruit: quā vidētib⁹ illis eleuatus ē: ꝛ vide
rūt filiū hoīs ascēdētē: vbi erat ꝑus. Usq̄ȝ
ad illā eni diē: quasi p stulticiā ꝑdicationis
saluos faciebat credētes. Postq̄ȝ vō coram
eis ascēdit ad patrē iā cepit sapia ďclarari.

¶ Infra oct. pasche: Quō qbusdā nō-
dū natus sit xp̄s. Sermo secūdus.

lxxx  mnia que de sal
vi ua
tore legim⁹: medicamina sūt
aiaꝝ nostraꝝ. Videamus er-
go ne q̄n forte dicat̄ de nobis
curauimus babylonē ꝛ nō ē sanata. Cogi-
tet vnusq̄sq̄ȝ quātū operent̄ in eo tā saluta
ria medicamēta. Sūt eni quibus nōdū na
tus ē xp̄s: sunt qbus nōdū ē passus: sunt q-
b⁹ nōduȝ surrexit vsq̄ȝ adhuc. Alijs quoq̄ȝ
nōdū ascēdit: alijs nōdū misit spm̄ sanctuȝ.
Quō enim operat̄ eius humilitas: q cū in
forma dei eēt nō rapinam arbitrat⁹ ē eē se
equalē deo: semetipm formam serui accipi
ens? Quō inq̄ȝ dei humilitas in supbo ho
mine operat̄? Que illius humilitatis vesti
gia: in his qui adhuc toto desiderio: terre-
nis diuitijs ꝛ honorib⁹ inhiant? An nō mō
exhilarat̄ ꝯsciētia vestra frēs mei: qď dicē
potestis puulus natus ē nobis? Sūt qbus
nōdū xp̄s passus ē: q labores fugiūt mortē
metuūt vsq̄ȝ adhuc: quasi vero ille ꝛ labo-
res sustinēdo ꝛ morte moriēdo nō vicerit.
Sunt qbus nōdum surrexit: q in laboꝝ an
xietate ꝛ afflictione penitētie morte afficiū
tur tota die: nōduȝ spūali cōsolatione rece
pta. Sed nisi breuiati fuissent dies illi: qs
posset sustinere? Alijs resurrexit sed nōdū
ascēdit imo cū eis adhuc cōmorat̄ pia dul-
cedine in terris: his scilicet q in deuotione
sunt tota die: flēt ī orōnib⁹: suspirāt ī medi
tatiōib⁹ suis: ꝛ oīa festina ꝛ iocūda sunt eis
ꝛ p oēs dies illos ꝯtinuū alla cātatur. Sed
oportet lac eis subtrahi: vt discāt vesci soli
do cibo: ꝛ expedit eis vt xp̄s vadat: et hec
tpalis deuotio subtrahat̄. Sȝ q̄n hec cape
poterūt? Desertos sese a dn̄o ꝑuatos grā
cōquerunt̄. Sed expectēt paululū: sedeāt ī
ciuitate donec induant̄ solidiori quadam
virtute ex alto: ꝛ maiora ꝑcipiāt carismata
spūs sancti sicut apl'i in graduȝ ꝓmoti sunt
altiorē ꝛ supeminentiorē viā charitatis in
gressi: non iaȝ soliciti quomodo flerēt pau-
lulū: sed quomodo magna quadā victoria xxx
de cōmuni aduersario triumpharēt ꝛ con
culcarēt sathanā sub pedibus suis. l vii

¶ In octauis pasche: De verbis beati
iohānis apostoli. Sermo ꝑmus.

 mne quod na
tum ē ex deo: vincit mūdum.
Postq̄ȝ vnigenit⁹ dei non ra
pinā arbitrat⁹ ē eē se equaleȝ
deo: hoīs quoq̄ȝ dignat⁹ ē fieri fili⁹ ꝛ habi-

tu īuentus est vt hō: nō īmerito iam de ce-
lesti generatiōe exiguitas hūana p̄sumit.
Neqꝫ enī idignū ē deo eoꝝ fieri p̄ꝛem: qꝛ
se xp̄s fecerit frēm. Hinc ē ꝙ btūs iohānes
q sepi⁹ nobis ac studiosius hāc cōmendat
adoptionē filioꝝ dei ī ipo q̄ꝫ euāgelij sui
pꝛincipio quotq̄t inq̄t receperūt eū dedit
eis potestatē filios dei fieri. Huic igit̄ v̄bo
sil'e ē q̄d audiuim⁹ hodie de ei⁹ epl'a recita
ri. Omne inq̄t q̄d natū est ex deo: vicit mū
dū. Quotquot enī sunt xp̄i cū xp̄o eos mū
dus odit: ſꝫ cū xp̄o supat̄ pariter ⁊ ab ip̄is.
Nolite ait mirari si odit vos mūdus: scito-
te qꝛ me p̄oꝛē vob̄ odio hūit. Et itē. Cōfidi
te inq̄t: qꝛ ego vici mūduꝫ. Sic nimiꝝ ma-
nifesta fit p̄mōis illius v̄itas: quē apl's ait.
Quos p̄sciuit inq̄t haud dubiū qn de⁹ p̄ꝛ
⁊ p̄destinauit ꝯformes fieri imaginis filij
sui. Uide ꝯfirmationē. Post ip̄m adoptan
tur vt sit ip̄e p̄mogenit⁹ in multis frib⁹:
post ip̄m odit eos mūdus: post ip̄ꝫ ⁊ ab eis
vincit̄ mūdus. Bene ḡ q̄d natū est ex deo
vicit mūdū: vt sit testimoniū celestis gene-
ratiōis victoꝛia tētatiōis. Et sicut is q fili⁹
est p̄ naturā mūdū cū suo p̄ncipe triūpha-
uit: sic ⁊ nos victoꝛes īueniamur quotq̄t su
mus filij adoptiōis. Uictoꝛes sane: sed in
ip̄o q ꝯfoꝛtet nos in quo ⁊ possum⁹ oīa: qꝛ
hec est victoꝛia q̄ vicit mūdū fides nr̄a. Fi
de siq̄dē in dei filios adoptam̄: fidē in nob̄
mūdus in maligno posit⁹ odit atqꝫ p̄seq̄tur
fide q̄ꝫ ⁊ vicit̄ sic scriptū est. Sci p̄ fidē vi-
cerūt regna. Quidni attribuat̄ fidei victo
ria: cuius ē etiā vita? Iust⁹ inq̄t ex fide vi-
uit. Quotiēs ḡ tētatiōi resistis: q̄tiēs vicis
malignū: noli p̄pꝛijs tribuē virib⁹ noli ī te
ſꝫ magis ī dn̄o gl'iari. Qn̄.n. foꝛtis ille arma
tus tue cedēt īfirmitati? Audi deniqꝫ q̄d
dn̄ici ꝯstitut⁹ pastoꝛ oui l'admōeat. Aduer-
sari⁹ inq̄t v̄r diabol⁹ tāq̄ꝫ leo rugiēs circuit
q̄rēs quē deuoret: cui resistite foꝛtes ī fide.
Uides queādmodū sibi v̄itatis testimōia
ꝯcināt. Paul⁹ fide regna vicisse scōs: petr⁹
p̄ncipi mūdi resistēdū ī fide: ioānes q̄ꝫ hec
est inq̄t victoꝛia q vicit mundū: fides v̄ra.
Seq̄tur. Quis est enim qui vincit mundū
nisi qui credit quoniā iesus est filius dei?
Certum id quideꝫ fratres omnem qui nō
credit in filium dei: ex hoc ipso iam nō mo
do victū esse ſꝫ etiā iudicatū. Sine fide enī
impossibile est placere deo. Uerūtn̄ potest
foꝛte mouere ꝙ tam multos videmus cre-
dētes iesum filiū dei eē: adhuc tn̄ mūdi ni
hilominus cupiditatibus irretitos. Quid
ergo ait quis ē qui vincit mundū? nisi qui
credit: qm̄ iesus ē filius dei cū ⁊ ip̄e iā mū-
dus id credat? An nō ipsi quoqꝫ demones
credūt ⁊ cōtremiscūt? Sed dico. Putasne
filiū dei reputat iesum quisq̄s ille ē hō: qui
ipsius nec terret̄ cōminatiōibus: nec attra
hit̄ p̄missiōibus: nec p̄ceptis obtemperat:
nec ꝯsilijs acquiescit? Nōne is etiā si fate
atur se nosse deū factis tn̄ negat? Poꝛꝛo fi-
des sine operibus moꝛtua est in semetipsa.
Nec sane miꝝ videri pōt: si nequaq̄ꝫ vin-
cit que nec viuit quidē. Queris que nā sit
viuida ⁊ victoꝛiosa fides? Illa sine dubio
p̄ quā xp̄s habitat in coꝛdib⁹ nostris. Xp̄s
enim ⁊ virtus ē ⁊ vita nostra. Cū xp̄s appa
ruerit vita vestra ait apl's: tūc ⁊ vos appa-
rebitis cū ip̄o in gloꝛia. Unde gloꝛia nisi d̄
victoꝛia? Aut quare cū ip̄o apparebimus:
nisi qꝛ in ip̄o ⁊ vincimus? Deniqꝫ si his tm̄
potestas data ē filios dei fieri q suscipiunt
xp̄m: de eis quoqꝫ solis intelligendū ē q̄d
dicit̄: Omnis qui natus ē ex deo vincit mū
dū. Inde ē ꝙ hic quoqꝫ cū dixisset quis est
qui vincit mūdū: nisi q credit ꝙ iesus ē fi-
lius dei: vt planius faceret eā cōmēdari fi-
dē p̄ quā vt dictū est xp̄s in coꝛdibus habi
tat: addit ꝯtinuo de ipsius aduētu dicens:
Hic ē qui venit p̄ aquā ⁊ sanguinem iesus
xp̄s. Adhuc aūt supeminētioꝛem viā osten
dēs: et sp̄us ē inquit q testificat̄ qm̄ iesus
ē filius dei. Sane q̄d interponit signanter
repetēs non in aqua solū: sed in aqua ⁊ san
guine: ad differētiā moysi arbitroꝛ accipiē
dū. Moyses siquideꝫ in aqua venit: a qua
⁊ nomē accepit vt moyses vocaret̄. Reco-
lāt q̄b⁹ nota ē hystoꝛia veteris testamenti:
queādmodū in egypto dū paruuli omnes
israelitici germinis necarēt̄ expositū ī aq̄s
moysen tulerit filia pharaonis. Et vide si
nō manifeste xp̄i in hoc ip̄o videt̄ p̄cessisse
figurā. Simili nēpe cū pharaone etiam he
rodes suspitiōe laboꝛās: ad eadē cōuersus

ē crudelitatis argumēta: sed eodē mō est ⁊
ipe delusus. Utrobiqꝫ ꝓ vnius suspecta ꝑ-
sona trucidat̄ numerositas puerorum: vtrobi
qꝫ qui querebat̄ euadit. Et quō moysen fi-
lia pharaonis: ita xp̄m quoqꝫ egyptus que
non īmerito pharaonis ītelligit̄ filia susci-
pit ↄseruādum. Manifeste tn̄ plusqꝫ moy-
ses hic: vtpote qui venerit non in aqua tm̄
sed in aqua ⁊ sanguine. Aque enim multe
populi multi. Uenit ergo in aqua tm̄ q cō-
gregauit quidē populū: sꝫ populū nō rede
mit. Naz ⁊ ipa quoqꝫ de seruitute egyptia
liberatio nō moysi sed agni sanguine facta
ē: liberādos nos ꝑfigurās a vana nostra cō
uersatione huius seculi sanguine agni īma
culati iesu xp̄i. Hic est verus legifer noster
apud quez copiosa redēptio ē. Mortuus ē
enim nō tm̄ ꝓ gēte: sed vt filios dei q dispsi
fuerāt cōgregaret in vnū. Memento sane
hūc eē iohannē qui vidit ⁊ testimoniū ꝑhi
buit: ⁊ scimus q: verū ē testimoniū eius exisse
de latere dn̄i dormiētis in cruce sanguinez
simul ⁊ aquā: quo videlicet dormiēti nouo
ade noua de latere suo ꝓferret̄ ⁊ redimeret̄
pariter ecclesia. Sic ergo hodieqꝫ ad nos
per aquam ⁊ sanguinem venit: vt sit aqua
et sanguis testimonium aduentus eius fi-
deiqꝫ victricis. Nō solum autem: sed testi-
monium est maius his: qd perhibet spiri-
tus veritatis. Horum trium testimonium
verum est certūqꝫ: ⁊ felix anima que mere
tur illud accipere. Tres eniz sunt qui testi-
monium dant in terra: spiritus aqua ⁊ san
guis. In aqua quidem baptismū intellige
in sanguine martyrium: in spiritu charita-
tē. Spūs eni ē qui viuificat: ⁊ fidei vita di-
lectio. Deniqꝫ si queras qd spūi ⁊ charita-
ti respondeat paulus: q: charitas dei diffu
sa ē in cordibus nostris per spm̄ sanctū qui
datus est nobis. Necessario quoqꝫ spūs ad
dit̄ aque ⁊ sanguini: cum eodem apostolo
teste sine charitate quicquid habeas nihil
ꝓsit. Jam vero quia baptismū aque martyri
um diximus sanguine designari: memento
⁊ vnicū ⁊ quottidianū esse baptismū simili
ter ⁊ martyriū. Est enim ⁊ martyrij genus
et quedam effusio sanguinis in quottidia-
na corporis afflictione: est ⁊ baptismus aliqs
in compunctione cordis et lachrymarum
assiduitate. Sic quippe infirmis ⁊ pusillis
corde necesse est vt quez semel ꝓ xp̄o pone
re non sufficiunt: saltem mitiori quodā sed
diuturniori martyrio sanguinem fundant
Sic ⁊ baptismi sacramentum quoniam ite
rari nō licet: his qui sepius in multis offen
dunt frequenti oportet ablutione suppleri
Unde ⁊ propheta: Lauabo inquit per sin-
gulas noctes lectum meum: lachrymis me
is stratum meū rigabo. Uis ergo nosse qs
est qui vincit mundum? Que in eo vincen
da sunt diligentius intuere. Siquidem et
hoc ipm̄ beatus iste iohānes indicat dicēs:
Charissimi nolite diligere mundum: neqꝫ
ea que in mundo sunt. Omne enim quod ī
mundo est: concupiscentia carnis est: ⁊ con
cupiscentia oculorum: ⁊ ambitio seculi. He
sunt tres turme quas fecerunt caldei: sed
memini quoqꝫ factū iacob fecisse tres tur-
mas cum timeret a facie esau rediēs de me
sopotamia Et nobis ergo aduersus triplex
genus tētationis triplici opus est munimē
to: vt carnis quidez concupiscentia ipsius
mortificatione vincatur: quam si memini-
stis in sanguinis testimonio diximus intel
ligendam: oculorum vero concupiscentiam
superet studium compunctionis ⁊ assidui-
tas lachrymarum: porro ambitionis vani-
tatem virtus charitatis excludat: que sola
castigat animum: sola purgat intentionem
Certum quippe triumphati mundi testi-
monium ē si corpus castiges ⁊ subijcias ser
uituti ne pernitiosa libertate seruiat volu-
ptati: si fletui prebeas oculos magis qꝫ pe-
tulantie vel curiositati: si deniqꝫ spirituali
dilectione flagrans nulli animum dederis
vanitati. Merito sane vnus est qui in ter-
ra pariter ⁊ in celo testimonium perhibet
spiritus: quia siue corporis afflictio cessa-
bit: siue fons lachrymarum exiccabitur:
sed charitas nūqꝫ excidit. Prelibatio que-
dam in presenti est: consumatio ⁊ plenitu-
do manet in futuro. Ueruntamen lꝫ maneat
at post aquā ⁊ sanguinem spūs aqua qppe
⁊ sanguis regnum dei non possidebunt: in
terim tamen aut vix aut nullo modo inue
nire est spiritum sine illis: quoniaz hi tres

ingt vnũ sunt:vt quolibet ex his trib⁹ defi
ciẽte adesse cetera ñ psumas. Sic vo iucta
testimonia ista credibilia facta sunt nimis
nec poterit cui in terris suppetũt hec care-
re testimonio vel in celis. Confitet dei filiũ
corã hoĩbus nõ verbo neqꝫ lingua sed ope
ꝛ veritate: filius quoqꝫ ꝯfitebit eũ corã an-
gelis dei. An vero ei deesse poterit in testi-
monio pr̃is cui filiũ videat attestantẽ? Sine
dubio ꝯfitebitur ꝛ ipe qđ viderit in abscõ
dito. Sed neqꝫ spũs qdem a patre filioqꝫ
dissentiet: qppe q pr̃is filijqꝫ sit spũs. De-
niqꝫ quonã modo careat testimonio ei⁹ in
celo: q habere illud meruit ꝛ i terra? Tres
ergo sunt q testimoniũ dant in celo: pater
ꝛ filius ꝛ spũs scũs. Et nequã forte dissonã
tiã suspiceris: hi tres vnũ sunt. Magnũ p
fecto habituri sunt testimoniũ quos in ce-
lo pater susceperit tanqꝫ filios ꝛ heredes:
filius asciuerit tanqꝫ frẽs ꝛ coheredes: spi
ritus scũs adherentes deo vnũ spm̃ faciet
esse cũ eo. Est eni spũs ipe idissolubile vin
culũ trinitatis: p quẽ sicut pater ꝛ fili⁹ vnũ
sunt sic ꝛ nos vnũ sumus in ipo: eo miserã-
te qui pro discipulis hoc ipm orare dgna-
tus est iesu christo dño nostro.

¶ Item vnde supra.

lxxxviij Ex epistola bea-
ti iohãnis hodie nobis est le-
ctio recitata: in qua diximus
testimoniuz dari triplex in ce-
lo: triplex in terra. Et quidez p meo sapere
illud stabilitatis h̃ repatiõis ẽ signũ: illud
angelos istud hoĩes: illđ beatos a miseris
istud iustos discernit ab ipijs. Angelis siq-
dẽ qui in pma illa puaricatione supbiente
lucifero i veritate steterũt: merito testimo
niuz phibet visio trinitatis hoĩb⁹ quos di
uina miseratio saluat spũs aqua ꝛ sanguis
Quidni phibeat testimonium pater: a qui
bus honoratus vt pater est? Tibi vo mali-
gne sic loquitur. Si ergo ego pater: vbi est
honor meus? Careas omnino necesse ẽ te-
stimonio patris: cuius tibi gloriam vsurpa
re conaris nõ honorare eum cupiens: sed
equare. Sedebo inquit in mõte testamẽti
ꝛ similis ero altissimo Ita ne mõ creat⁹ pr̃i
spiritum ꝯsedebis? Et certe necdũ dixit ti
bi: sede a dextris meis. Si nescis o ipudẽs
vnigenit⁹ ille est: cui eterna generatiõe pa
tris eq̃litas collata est ꝛ ꝯsessus. Tu rapi-
nã cogitãs esse eq̃lis deo filio gloriã iuides
gl̃iam quasi vnigeniti a pr̃e vt ne ab ipo q
dem testimoniũ merearis habẽ. An vo po
terit detestato a pr̃e ꝛ filio: vtriusqꝫ spũs
attestari? Abhoiat supbũ pfecto ꝛ inqetũ
q sup qetũ ꝛ hũilez reqescit. Amator pa-
cis ꝛ vnitatis ꝯsecrator aduersuz te p pace
ꝛ vnitate zelat. Quid mirũ frẽs: si timem⁹
ne forte pusillã hãc vineã dñi depasci sin-
gularis ferus icipiat? Quãtos etiã celestis
vinee palmites pma illa singularitas ꝯcul-
cauit? Sed forte supbiã qdem in eo facile
aduertistis: non aũt singularitatem. Dico
ergo vbi stabat vniuersitas angeloꝝ? Nũ-
qd singularitatis caruit vitio: q sedere vel
le p̃sumpsit? An forte q̃ritis vñ mihi nota
sit hec statio angeloꝝ? Duos teneo idone-
os testes: quoꝝ vterqꝫ qđ vidit hoc testat
Uidi dñm sedentẽ ait isaias: seraphin vo
stabãt. Et daniel. Milia inqt miliũ mini-
strabãt ei: ꝛ decies cẽtena milia assistebãt
ei. An ꝛ tertiũ desideratis: vt in ore triũ te-
stium stet omne verbũ? Aplm pfero q vs
qꝫ ad tertiũ raptus est celũ: ꝛ rediẽs loque
batur. Nõne omnes sunt administratorij
spũs? Siccine vbi stant oẽs vniuersi mini-
strant: tu pacis inimice sedebis? Plane cõ
tristas spiritum: qui habitare facit vnius
moris in domo. Offendis charitatẽ: q scin
dis vnitatẽ: rũpis vinculũ pacis. Merito
pinde angeloꝝ q suũ nec ordinẽ nec domi
ciliũ reliquere charitati vnitati ꝛ paci spi-
ritus atestat: a quo sane tua ꝛ iuidia: ꝛ sin-
gularitas ꝛ iqetudo reprobat. Et hoc qdẽ
de eo testimonio qđ dat in celis. Est ꝛ ali
ud qđ in terra datur ad discernẽdos vtiqꝫ
qui i ea sunt exules ab idigenis: hoc est ce-
li ciues a ciuibus babilonis. Quando eni
sine testimonio electos suos deserat deus?
Aut certe que nam eis esse poterit conso-
latio inter spem ꝛ metum sollicitudinẽ anxi
am fluctuantibus si nullum omnino ele-
ctionis sue habere testimonium mereren
tur? Nouit dominus q sunt eius: et solus

ipſe ſcit quos elegerit a ꝓncipio. Quis vo
ſcit hominum: ſi ē dignus amore vel odio.
Q₃ ſi vt certū ē certitudo nobis oīno nega
tur: nūquid nō tāto delectibiliora erūt ſi q̈
forte electiōis huiꝰ ſigna poſſumꝰ inuenire
Quaꝫ enī requiem habere poteſt ſpūs nr̄
dū ꝑdeſtinatiōis ſue nullū adhuc teſtimo-
nium tenet? Fidelis ꝓinde ſermo ⁊ oī acce
ptiōe dignus: quo ſalutis teſtimonia cōmē
danꝶ. Hoc ſane verbo ⁊ electis ꝯſolatio mi
niſtraꝶ: ⁊ ſubtrahiꝶ reprobis excuſatio. Co
gnitis ſiquidem ſignis vite qſqs hec negli
git: manifeſte cōuinciꝶ in vano accipe ani
mā ſuā: ⁊ ꝓ nihilo habere terrā deſiderabi
lē cōprobaꝶ. Tres ſunt inqt q teſtimonium
dant in terra: ſpūs: aqua ⁊ ſanguis. Scitis
fratres q: in ꝑmo hoīe peccauimus oēs: i
ip̄o etiā cecidimus vniuerſi. Cecidimꝰ ſa-
ne in carcerē: luto pariter ⁊ lapidibꝰ plenū
Exinde iacebamus captiui ingnati ⁊ con-
quaſſati: donec venit deſideratꝰ gētiū: qui
nos redimeret: ablueret: adiuuaret. Hic ē
enī q ſanguinē ꝓpriū dedit in redēptioneꝫ
aquā ſimul ꝓduxit de latere ſuo in ablutio
nē: emiſit deinde de excelſo ſpm̄ ſuū q adiu
uaret infirmitatē noſtram. Vis ergo noſſe
an hec aliqd opereꝶ in te ne forte reus ſis
ſanguinis dn̄i quē euacuas quātū in tē eſt
ſed ⁊ aqua ip̄a que debuerat mūdare i ſor
dibus ꝑmanēti iudiciū dānatiōis accumu
let: ſpūs quoq₃ cui reſiſtis nō liberet male-
dictū a labijs ſuis? Cauēdū enī ne ſint tibi
hec infructuoſa: q: neceſſario eēnt pariter
⁊ dānoſa. Quis eſt aūt q teſtimoniū habet
effuſi nō ſine cauſa ſanguinis xp̄i: niſi q cō
tinet a peccatis. Seruus enīꝫ peccati eſt q
peccatū facit: vt ſi deinceps cōtinere potu
erit ⁊ iugum abicere miſere ſeruitutis cer
tiſſimū ſit teſtimoniū redēptiōis quā ope-
raꝶ ſine dubio ſanguis xp̄i. Vex non ſuffi-
cit peccatori ꝯtinētia: ſi nō adſit penitentia
Habet ergo ⁊ ab aqua teſtimoniuꝫ q labo-
rat in gemitu ſuo: lauās ꝑ ſingulas noctes
lectū ſuū. Sicut enim ſanguis ille redemit
vt nō regnet peccatū in noſtro mortali cor-
pore: ſic aqua illa abluit ab his peccatis q̄
cōmiſimus ante. Sed qd erit ꝙ de lōgo ca
thenaꝝ vſu ⁊ carceris habitatione crudeli
cōfracti ſumus atq₃ colliſi deficimus i via
vite? Inuocemus ſpm̄ viuificatorē ⁊ adiu
torē: confidentes q: dabit pater qui in ce-
lis ē ſpm̄ bonū petētibus ſe. Sane nouum
ſuꝑueniſſe ſpm̄ certiſſime cōuerſatio noua
teſtaꝶ. Iā vt breuiter repetaꝫ a ſanguine ⁊
aqua ⁊ ſpū habere ē teſtimoniū ſi cōtines
a peccatis: ſi dignos agis penitētie fructꝰ
⁊ facies opera vite.

¶ Item vnde ſupra. Sermo tertius.



Eſus chriſtus qui i aqua ⁊ ſanguine venit.
Nō in aqua tm̄: ſed in aqua
⁊ ſanguine. Habet ergo teſti
moniū aque: habet ⁊ ſanguinis teſtimoni-
um. Venit nimirum in aqua ⁊ ſanguine.
Habet etiā teſtimoniuꝫ ſpūs: q: ſpūs eſt q
teſtificaꝶ: q: xp̄s ē veritas. Teſtimoniū di- lxxx
lectiōis qua dilexit nos eſt aqua: q: exitus ix
aquaꝝ deduxerūt oculi mei: q: nō cuſtodi
erūt legē tuā. Vox in rama audita ē: plora
tus ⁊ vlulatꝰ mltꝰ: rachel plorās filios ſuos
Rachel ouis ſiue videns interꝑtaꝶ. Et qs
ouis noīe cōmodius deſignari poteſt q̄₃ is
de quo ſcriptū eſt: Sicut ouis ad occiſionē
ductus ē? Et quis vidēs: niſi qui dixit Vi
dēs vidi afflictionem populi mei qui eſt in
egypto: ⁊ deſcendi liberare eū? Neq₃ enīꝫ
dormitabit ſiue dormiet: qui cuſtodit iſrl̄.
Natus igiꝶ virgo de virgine: puer paruu-
lus ſuꝑ terrā effuſus de vtero matris: plo-
rauit vagiēs ⁊ vlulauit. Quid deplorabas
puer ſancte? Tuā ne miſeriam? Sed miſer
natus es: q: ſic voluiſti? In īfantia tua no
ſtrā potius deplorabas miſeriā: q: languo
res noſtros tuliſti: ⁊ labores noſtros porta-
ſti. Ploraſti ꝓ nobis: vt nobis īpetrares ī-
dulgētiā. Vox quideꝫ ploratus ⁊ vlulatus
tui ī rama. i. in excelſis audita ē: ſed nō ex-
audita: q: etſi naſcendo capitalem reddide
ras hominē ſanctū: nondum tamē morien
do ſatiſfeceras. Rachel plorās filios ſuos
noluit conſolari quia nō ſunt: q: filijs ſuis
nōdū redēptis per effuſionē lachrymaruꝫ
rēnuit oīno ꝯſolari donec opus ſuū ꝑficēt
Vox deniq₃ ſanguinis frīs nr̄i abel clamat
in celū ⁊ exaudita ē: qn̄ videlꝫ in ara crucis

seip̄m obtulit deo in odorē suauitatis. Uir
inuētus ē q̄ pierat: reuixit q̄ mortuꝰ fuerat
Et deletū est cyrogͣphū qd̄ ꝯtrariū erat no
bis: nō solū in aq̄: ſꝫ in aq̄ ⁊ sanguie. Uere
credibilia ⁊ valde mirabilia testimōia amo
ris tui: aq̄ ⁊ sanguis dn̄e. Diligebas eos ꝓ
q̄bus vtiqꝫ plorasti: ⁊ tandē obdormisti in
cruce ⁊ soporatꝰ es. Ibi cognouit cēturio
ꝙ filiꝰ dei eras. Dixeras te filiū dei: ſꝫ non
agnoscebāt icreduli: licet magnitudine mi
raculoꝝ testificaret̄ spūs: ꝙ esses veritas.
Hec tria cōueniūt in vnū: aduersus diabo
lū ⁊ pn̄s sclm̄ neq̄ꝫ: vt redimeret̄ hō: cōtē
neret̄ mūdus: ⁊ hūiliaret̄ sicut vulneratus
supbꝰ. Hoꝝ triū testimonijs īdigemꝰ ⁊ nos
Felix nāqꝫ aīa: q̄ his tribꝰ vel duobꝰ vel sal
tē vno roborat̄ testimōio. Quis ē q̄ testimo
niū hēt sanguinis? Plane q̄ redēptus est
a dn̄o: quē redemit de manu inimici. Nū
qd redēptū dixerim: q̄ facit peccatū? Nō
ne q̄ facit peccatū seruus ē peccati? Nōne
sub potestate diaboli tenet̄ q̄ tētatiōibꝰ eiꝰ
resistere nō pōt: sed regnat pctm̄ i mortali
eiꝰ corpe? Nā vere redēptū dixerim: q̄ nec
blādimētis diaboli allicit̄: nec dolis decipi
tur: nec tormētis supat̄. Testimonium ḡ hꝫ
sanguinis q̄ ⁊ si sentiat pctm̄: nō tn̄ ꝯsentit
pctō: desiderijs qdē q̄ sentit ꝑ corruptionē
nature viriliť resistēs ꝑ adiutoriū gr̄e: nā ꝑ
fecto testimoniū hēt aque: i q̄ praua ⁊ igni
ta extīcta sunt desideria: q̄ nō solū opat̄ im
mo meditat̄ iustitiā: esuriēs ⁊ sitiēs nō ille
cebras carnis sed voluptates aī. O btā aīa
in q̄ non repugnat caro aduersus spm̄ nec
spūs aduersus carnē: q̄ iam tā fortiter q̄ꝫ su
auiter opat̄. In sanguine ḡ redēptio: ⁊ in a
qua extīctio. Nā in spū ꝯfirmatio est. Re
cepto nanqꝫ spū ibāt apli gaudētes a ꝯspe
ctu ꝯcilij qm̄ digni hīti sunt ꝓ noīe ihū cō
tumeliā pati: nō solū aduersa sustinētes: ſꝫ
⁊ gloriātes in tribulatiōibus. Cōuertē aīa
in requiē tuā: q: dn̄s bn̄fecit tibi. Quia eri
puit aīaꝫ meā de morte ꝑ sanguinē redimē
do: oculos meos a lachrymis praua deside
ria extinguendo: pedes meos a lapsu in bo
nis cōfirmādo. Hec tria testimoniū dant
in terra: his videlꝫ q̄ nondū sciētes celestia
ꝯtēplari circa terrena occupant̄: ⁊ de tpali
bus viriliť meditātes martha magis q̄ꝫ ma
ria esse norūt. Hij sollicitudīe nō pigri ꝓui
dent bona tpalia nō ad carnis delectatio
nē: sed cōmuni ꝯsulētes vtilitati. Nā quoꝝ
ꝯuersatio in celis est: maiꝰ hn̄t testimoniū
p̄ris ⁊ filij ⁊ spūs scī. Testimoniū hēt p̄ris
cui data est potestas nō solū sup̄ mēbra sua
ſꝫ sup̄ cor suū: ipans nō solū mēbris. ſꝫ etiā
cogitatiōibꝰ suis. Testmoniū hn̄t filij cui
data ē sapīa: ꝑ quā sciāt cōprehendē versu
tos ī astutia sua: ⁊ cognoscē astutias satha
ne q̄ trāsfigurat se ī angelū lucis: Cui notū
ē ⁊ dulce ē: nō plus sape q̄ꝫ sape oportet: ſꝫ
sape ad sobrietatē. Un̄ secreta celestia mo
desto scrutat̄ scrutinio: ne forte temerariꝰ
scrutator maiestatis opprimat̄ a gloria. Te
stimoniuꝫ habet spūs: q̄ qd̄ pōt ꝑ patrē no
uit: ꝑ filiū diligit: ⁊ amplectit̄ ꝑ spm̄ sanctū
charitate nimiꝝ diffusa in cor ꝑ spm̄ scm̄ q̄
datus ē ei: nō solū ad remissionē sed ad di
lectionē ⁊ dilectiōis ꝯfirmationē. Deinde
tres sunt q̄ testimoniuꝫ dāt i inferno: ignis
⁊ sulphur ⁊ spūs ꝓcellaꝝ. Ignis videlicet
iracūdie: sulphur imundicie: ꝓcella ꝯscie.
Infernꝰ locꝰ ē tormentoꝝ: ⁊ vere grauiter
cruciat̄ q̄ igne vrit̄ iracundie: fetore punit̄
imūdicie: ⁊ ꝓcella iactat̄ ꝯscie. In inferno
sunt carnales: in terra aīales: in celo spūa
les. Carnales dicunt̄ a carne: aīales ab aīa
spūales a spū. Carnales qui curā carnis ꝑ
ficiūt in desiderijs: que carnis sunt sapiūt:
⁊ ideo deo placere nō pn̄t. Prudētia enim
carnis mors ē ⁊ inimica est deo. Legi enim
dei nō ē subiecta: neqꝫ eni potest. Quare?
Quia docet id qd̄ lex dei dedocet: videli
cet delectari i carne. Lex dei docet castiga
ri corpus: ⁊ in seruitutem redigi: Prudētia
carnis docet corpus nutrire: ⁊ satisfacere
desiderijs carnis. Carnales ergo in carne
viuunt: ⁊ in aīa mortui sunt. Et vbi viuūt:
ibi sentiunt. Sentiūt ergo delectationes et
molestias carnis: q: in ea viuūt. Miserias
aūt aīe nō sentiūt: quia in ipsa mortui sunt.
Aīa.n. q̄ peccauerit ipa moriet̄. Aīales sūt
q̄ in aīa viuūt: quā viuificauit spūs dei. Si
cut eni aīa vita est corporis: ita spūs dei vi
ta est aīe. Uiuūt ergo qui penitentiā agūt
de illicitis q̄ cōmiserūt: de cetero ꝯtinētes.

Hi pctã declinãt:sed occasiones pctõꝝ nõ declinãt. Turpitudines fugiũt pctõꝝ: sed pericula nõ timẽt occasionũ. Nolũt fornicari:sed epulant̃ quotidie splendide:⁊ induunt̃ purpura ⁊ bysso:⁊ necessitatib⁹ non ɔtẽti supinducũt sup̃fluitates. Et vt breuit̃ dicã:illicita cauẽt:sed illicitis se exponunt. Spirituales sunt q nõ solũ pctã imo occasiones pctõꝝ declinãt:q2 spiritual' iudicat oĩa: ⁊ discernit nõ solũ licita ⁊ illicita:sed etiam cõmoda ⁊ incõmoda. Carnal' nulla:aĩalis aliq̈:spiritual' oĩa. Carnal' nõ discernit quid liceat:vel qd nõ liceat: sed qd nõ expediat vel impediat. Spiritual' v̊o discernit ⁊ licita ab illicitis:⁊ expediẽtia ab impedientib⁹:⁊ edificãtia a destruẽtibus:dicẽs cum apl'o: Omnia mihi licẽt: sed non oĩa expediunt: Omnia mihi licẽt: sed nõ omnia edificant Ergo mortui sunt carnales:viuunt animales:proficiunt spũales.

¶ Sermo in dñica post octauã pasche.

xcv  I natiuitatis ⁊ resurrectionis dñice digna deuotione solẽnia celebram⁹ hodiernum quoq; ascensionis diem non minus deuote conuenit celebrari. In nullo siquidem a festiuitatibus illis ista degenerat: sed finis earũ ⁊ adimpletio est. Merito quidem solẽnitatis ⁊ letitie dies agit: quando sol ille celestis sol iustitie nostris se presentauit obtutibus nube carnis ⁊ mortalitatis sacco fulgorem suum ⁊ lucem temperans inaccessibilem. Magna quoq; letitia ⁊ exultatio multa nimis: qñ cõsciso sacco letitia circũdatus est: factaq; de medio sacci ipsius non quidem substantia: sed vetustate: sed corruptione: sed miseria: sed vilitate nostre dedicauit primordia resurrectionis. Uerũtñ quid mihi ⁊ solẽnitatibus istis: si 9uersatio mea vsq; adhuc detinetur in terris? Quis vo vel desiderare psumeret ascensum celi: nisi quia is qui descenderat prior ascendit? Dico ego vobis nõ multo mihi tolerabilior videret exilij hui⁹ habitatio q3 gehẽna: nisi dñs sabaoth reliqssz nob semẽ fiducie ⁊ expectationis: qñ eleuatus est nubibus: ⁊ spem fecit credentibus. Deniq; nisi ego abiero inquit paraclit⁹ nõ veniet ad vos. Quis paclit⁹? Utiq; p quẽ diffũdit charitas: ⁊ spes nõ 9fũdit. Ille paraclit⁹ p quẽ in cel' sit 9uersatio nr̃a: virtus ex alto: p quã sursuz sint corda nr̃a. Uado ingt vob parate locũ. Et si abiero: iterũ veniã ⁊ assumã vos ad meipz. Ubi enĩ fuerit corpus: ibi congregabuntur ⁊ aquile. Uidesne quemadmodum ceterarum solẽnitatum ea quam hodie celebramus ⁊ consummationem habeat: ⁊ fructuz declaret: ⁊ augeat gratiaz? Sicut enĩ cetera oĩa eius qui nobis natus est ⁊ nob datus: ita ipa quoq; ipsius ascensio propter nos facta est: ⁊ facit pro nobis. In nostra siquidez vita multa qd in nobis est videmur agere casu multa necessitate: sed christus dei virtus ⁊ sapientia neutri potuit subiacere. Que enim dei virtutem necessitas cogeret: aut quid ageret dei sapientia casu? Omnia proinde quecũq; locutus est: quecũq; operatus est: quecũq; passus est ne dubites fuisse voluntaria: plena sacramẽtorum: plena salutis. Hec sciẽtes siqd aliqñ eorum q de christi sũt in sciẽtiã nostrã venire 9tingat: nõ sic audiẽdũ ẽ tanq3 si inuenticiũ quippiam proferamus

sed tanq̄ȝ id quod etiam priusq̄ȝ causa scire
tur constaret nequaquam sinecausa fuisse.
Sicut enī qui scribit certis rationibus col
locat vniuersa:ita que a deo sunt: ordinata
sunt:maximeqȝ ea que presens in carne est
operata maiestas.Sȝ ve anguste cognitio-
ni:ve pauptati sciētie nostre : qui tñ ex pte
cognoscimus ⁊ parte modica. Vix scintil-
lule quedam nobis elucent de tanta lumi-
nis copia:de lucerna posita sup cādelabrū.
Sane quantominus singuli capimus:tan-
to fidelius ceteris cōmunicanda sunt q̄ sin
gulis reuelanť.Et ego frēs que mihi ad no
stram edificationem de ascensione imo de
ascensionibus suis donare ipse dignať: nec
volo nec debeo subtrahere vobis:ṗsertim
ꝙ hec sit spiritualiū prerogatiua bonoꝝ:vt
cōicata non minuanť. Aliquibus fortassis
hec nota sunt quibus silr reuelata sunt:sed
propter eos qui forte non aduerterūt subli
mioribus intenti ⁊ alijs occupati:seu etiam
propter eos qui minus capacis intelligen-
tie sūt:mihi incumbit loqui q̄ sentio.Chri-
stus qui descēdit ipse est qui ascendit.Apli
verba sunt hec:Ego aūt credo eum in hoc
ipso ꝙ descēderit ascēdisse.Sic enī oporte-
bat christū descendere:vt nos ascēdere do
ceremur.Cupidi siqdē sumus ascensionis:
exaltationem cōcupiscimꝰ vniuersi. Nobi
les enī creature sumus ⁊ magni cuiusdam
animi:ideoqȝ altitudinem naturali appeti
mus desiderio. Sȝ ve nobis:si voluerimꝰ
eū sequi q ait:Sedebo in monte testamēti
in lateribꝰ aquilonis. Heu miser ī lateribꝰ
aquilonis. Frigidus est mons ille:nō te se
quimur.Potestatis habes ꝯcupiscentiam
altitudinē presumis potētie.Quāti tñ vsqȝ
hodie feda sequūť infeliciaqȝ vestigia:imo
vo q̄ȝ pauci euadunt:quibꝰ nō dominandi
libido dñeť.Hinc est ꝙ benefici vocanť: q
potestatē habēt:hincqȝ laudať peccator in
desiderijs aīe sue.Potētibꝰ siqdē oēs adu-
lanť:iuidēt oēs. Quē seqmi miseri hoīes?
quē seqmini? An nō videtis sathanā tanq̄ȝ
fulgur cadentē? Nōne iste est mons in quē
ascēdit angelus?⁊ diabolus factꝰ ē? Vel il
lud aduerte:ꝙ post casū suū iuidia cruciā-
te:male sollicitꝰ de supplantādo hoīe: illius
tñ montis ascensum nullatenꝰ ausus ē sua-
dere ei:in quo nimirū pro inani ascensu tā
imane precipitiū cognosceret exptus.Sed
nō defuit versuto hosti quid ageret.Simi-
lem ei montē alterū demōstrauit:eritis in-
quiens sicut dij sciētes bonū ⁊ malū. Per-
niciosa etiam hec ascensio:imo ⁊ descensio
magis est de hierusalē in hierico. Pessimꝰ
mons inflans sciētia ? in quē tñ vsqȝ hodie
tāta videas ꝯcupiscētia plurimos repere fi
lioꝝ adā:ac si nō nouerit q̄ntū pr̄ eoꝝ ī illiꝰ
montis ascēsu descēderit : imo q̄ȝ grauiter
ceciderit : q̄ntū tota deicta sit ⁊ cōquassata
posteritas.Nōdū sanata sunt vulnera q̄ ti-
bi in ascensu montis illius inflicta sunt:licȝ
adhuc in pr̄e lateres?⁊ nunc iterū in ꝓpria
ṗsona conaris ascēdere.vt sit error nouissi-
mus peior priore? Quenā miseris tā dira li
bido? Filij hominuȝ vsqȝq̄ graui corde?vt
qd diligitis vanitatē:⁊ queritis mēdaciū?
An ignoratis q̄m infirma mūdi elegit deꝰ:
vt ꝯfundat fortia?⁊ q̄ stulta sunt mundi ele
git deus:vt ꝯfundat sapiētes? Non nos di
uine cōminationis terror reuocat:ṗdituri
sapientiā sapientiū: ⁊ prudentiā prudentiū
reprobaturi?nō patris exemplū:nō deniqȝ
sensus ipse nr̄:⁊ dure experientia necessita
tis:cui sumus addicti per insipientē sciētie
appetitū? Ecce vobis frēs montē demōstra
uimus alterū:nō in quē ascēdatis:sȝ quem
fugiatis.Ipse est in quē ascēdebat q voluit
eē sicut deus sciens bonū ⁊ maluȝ:ipse quē
vsqȝ hodie filij eius accumulant ⁊ eleuant:
nihil videris que agenda sunt vt conuale-
scat ad agenda que videris ascende tu ad
orationem:ora instanter:ora perseuerāter:
sicut ille pernoctabat in oratiōe:⁊ dabit pa
ter bonus spiritum bonum petēti se.Et vi-
de q̄ȝ vtiliter orationis tempore etiam cor-
poralis loci secretum querimus?quando hȝ
ille non solum docuit verbo:intra inquiēs
in cubiculum tuum:⁊ clauso hostio ora pa-
trem tuum : sed ⁊ commendauit exemplo:
ne domesticorum quēquā admitteres: sed
solus ascēderes ad orōnē. Putas poterimꝰ
aliqd ampliꝰ de ascēsionibꝰ eius inuenire?
Potimꝰ vtiqȝ. Volo enī vt nec iumēti ipsiꝰ
sis imemor sup qđ legiť ascēdisse. Volo vt

nẽ ipsam cruci ascensionẽ omittas. Nã ꝛ in illa exaltari oportebat filiū hominis Et ego inquit si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsū. Itaqꝫ cū iam ꝛ cognitio suppetit et velle adiacet quid agis ꝙ perficere bonum non inuenis? sꝫ asinini quidam ꝛ bestiales motus legem contrariam habent ꝛ captiuare te volūt? Quid inqꝫ facies super concupiscentijs irratōabilibus? que sunt in mẽbris tuis? Urget te etiam cum ieiunare ꝯsentis gule illecebra: cū vigilare proponis somnolẽtia te premit. Quid facim⁹ huic asino? Asininum enim istud est cōmune cū asinis: quia comparatus es iumentis insipientibus ꝛ similis factus es illis. Ascende domine super asinum istum ꝛ conculca bestiales hos motus: quia domari debent ne dominari preualeant. Nisi enim calcati fuerint conculcabunt nos: nisi premantur oprimẽt nos. Propterea sequere aīa mea ꝛ in hac ascensione xp̄m dominum: vt sub te sit appetitus tuus ꝛ tu dominerís illius. Nam vt in celum ascendas prius necesse est eleuare te super te: calcādo carnalia desideria que in te militant aduersum te. Sequere etiam ascendentem in crucem exaltatum a terra? vt nō solum super te sed ꝛ super omnem quoqꝫ mundum mentis fastigio colloceris: vniuersa q̄ in terris sunt deorsum aspiciens ꝛ despiciẽs sicut scriptum est. Cernet terram de longe Nulla te mundi oblectamenta inclinent: nulle aduersitates deijciant. Absit tibi gloriari nisi in cruce domini tui iesu xp̄i p q̄ tibi mundus crucifixus est vt que mūdus appetit crucem reputes: ꝛ tu crucifix⁹ mūdo illis que mundus crucem reputat toto inherẽs amore. Iam vo quid ex hoc restat? nisi vt ad illum ascendas qui est super oīa deus benedictus in secula? Dissolui iam ꝛ cum christo eē multo magis optimū. Beatus vir cuius ē auxilium abs te ait pp̄heta ad dominū: ascensiones in corde suo disposuit: ibit de virtute in virtutem vsqꝫ ad vidẽdum deum deorum in syon. Hec est vltima ascensio: in qua implentur omnia sicut ait apostolus. Christus qui descendit ipse est et qui ascẽdit super omnes celos: vt adimpleret omnia. Sed de illa ascensione quid dicam? Quo ascendemus? vt vbi christus est ꝛ nos simus. Quid ibi erit? Oculus non vidit deus absqꝫ te: que preparasti diligentibus te. Desideremus hanc fratres mei: suspiremus ad eam iugiter: eo magis affect⁹ vigeat quo deficit intellectus. XCVI

¶ Item vnde supra de triplici virtute. Sermo. qntus.



Riplicem in nobis ecclesia primitiua virtutem lucas sanct⁹ breui sermone cōmendat vbi post dominicam ascensionem vnanimiter eos in oratione perseuerasse describit: expectantes celestem cōsolationem cuius acceperāt repromissionem Laudabili siquidem magnanimitate pusillus grex pastoris solatio destitutus: minime tamen dubitaus q̄m illi cura esset de eis sꝫ paternam pro eis gereret sollicitudinem deuotis pulsabat supplicationibus celum: certus ꝙ penetrarent illud iustorum oratiōes nec pauperum preces spernerentur a dn̄o aut sine copiosa benedictione redirent. Sꝫ nec sine longanimitate persistebant indeficientes iuxta propheticum illud: si moram fecerit expecta eum quia veniet ꝛ non tardabit. Porro vnanimitas quidem legitur euidenter expressa: ꝙ hec sola diuini spirit⁹ carismata mereatur. Neqꝫ enim est deus discensionis sed pacis: neqꝫ habitare facit nisi vnius moris in domo. Iure igitur preparationem cordis eorum audiunt auris diuina: nec ab expectatione sua confudit eos qui ꝛ magnanimes ꝛ longanimes ꝛ vnanimes essent. Certissima nāqꝫ hec testimonia sunt fidei spei ꝛ charitatis. Et quidem euidenter spes longanimitatem: vnanimitatẽ charitas operatur. Nunquid fides quoqꝫ magnanimum facit? Et sola. Quicqd enim sine fide presumit: non illa animi solida magnitudo sed ventosa quedam inflatio ꝛ timor inanis. Uis audire magnanimẽ virū? Omnia inquit possum in eo qui me confortat. Imitemur triplicem hanc preparatōem fratres: si desideram⁹ superefluentem men

suram spiritus obtinere. Omnibus enī preter xp̄m ad mensuram datur spiritus: sed mēsure cumulus sap ereffluētis videt̄ quodāmodo excessisse mensuram. Euidēs fuit magnanimitas in conuersione nostra: sit ēt in consūmatiōe longanimitas: sit vnanimitas in conuersatione. Huiusmodi siquidez animabus celestis illa hierusalez desiderat instaurari: quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere xp̄i: nec longitudo spei in persistendo: nec charitatis iniunctura quod est vinculum perfectionis.

xc ¶ Itē vn̄ supra de v̄bis Isaie. Sermo. vj.

vij Hodie sedenti in throno antiquo dierꝝ cōsessurꝰ pariter oblatus est filius hoīs ⁊ erit deinceps non mō germē dn̄i in magnificentia ⁊ gloria sed ⁊ fructus terre sublimis. Felix imo ⁊ amplectenduz ineffabilibus gaudijs sacramentum. Idez enim ⁊ germē dn̄i ⁊ fructus terre: idez ip̄e dei filius ⁊ fructus ventris marie est. Idez filius dauid ⁊ dn̄s: de quo hodie gaudium eius impletum est vnde olim precinens aiebat. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Quomodo enī nō dn̄s: germē dn̄i? Idē tn̄ ⁊ filius eius: vtpote fructus terre sublimis fructus virge que de radice iesse p̄cessit. Hodie igit̄ suū huīc ⁊ hoīs filiuz apud semetipsum pater clarificat: claritate quā habuit priusq̄z mundus fieret apud ipsum. Hodie veritatē que de terra est orta celum sibi redditam gloriatur. Hodie sponsus aufertur a filijs: ⁊ lugendum eis est sicut ipse predixit. Non enī poterāt filij sp̄osi lugere donec sponsus cum eis erat: sed venit dies vt auferat̄ ab eis vt decetero lugeant ⁊ ieiunent. Ubi illd̄ petre qd̄ dixeras: dn̄e bonū est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. Ecce enim ingressus est amplius ⁊ p̄fectius tabernaculuz nō manufactū: idest nō huius creationis. Quomodo ḡ iam bonuz est nos hic esse? Immo v̄o molestū est graue est: periculosum est. Nimirum vbi malicie plurimū: sapientie modicum: si tn̄ vl'modicum inuenit̄. Ubi viscosa oīa: oīa lubrica op̄ta tenebris: obsessa laqueis pctōꝝ. Ubi piclitant̄ aīe: vbi sp̄us affligūt̄ sub sole: vbi tm̄ vanitas est ⁊ afflictio sp̄us. Leuemꝰ igit̄ frēs mei leuemus in celū corda nr̄a cū manibus: ⁊ ascendentem dn̄m sequi velut q̄busdam passibus deuotionis ⁊ fidei ꝯtēdamus. Erit enim cum sine mora sine difficultate obuiam illi in nubibus rapiemur: ⁊ id poterunt corpora spiritalia qd̄ merito interim nequeunt sp̄us aīales. Nūc enim quātis conatibus corda necesse est leuare: que quidem vt miserabiliter satis in libro p̄p̄e experientie legimus et corruptio corporis aggrauat ⁊ terrena inhabitatio deprimit. At forte tradendū est qd sit leuare cor: aut quēadmodum illud oporteat eleuari. Sed tradenduz sane ab apostolo: q̄z a nobis. Si consurrexistis cum xp̄o que sursum sunt q̄rite vbi xp̄s est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terrā. Ac si manifestius dicat. Si cōsurrexistis ⁊ coascendite: si conuiuitis ⁊ cōregnate. Sequamur fratres sequamur agnum: quocunq̄z ierit. Sequamur patientem: sequamur resurgentez: sequamur multo libentius ascendentem. Crucifigat̄ vetus homo nr̄ simul cum eo vt destruat̄ corpus peccati vt vltra non seruiamus peccato: mortificatis nimirum membris v̄ris que sunt sup̄ terrā: sz et quomō ip̄e resurrexit a mortuis p̄ gliaz patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. In hoc enī mortuus est ⁊ resurrexit: vt peccatis mortui iusticie viuamꝰ. Ceterꝫ qm̄ vite nouitas locū exigit tutiorē ⁊ resurrectionis dignitas altiorē expetit gradum: sequamur etiā ascendentē q̄rere videlz ⁊ sapere que sursum sunt vbi ē ille: nō que sup̄ terrā. Queris quis ille sit locus? Apostolū audi. Que sursum est inquit hierlm̄ libera ē: q̄ ē mater nr̄a. Uis scire quenā ibi sunt? Uisio pacis ē. Lauda hierlm̄ dn̄m lauda deū tuū syon: q posuit fines tuos pacē. O pax q̄ exuperas oēm sensum: o pax ēt sup̄ pacē: o mensura sup̄ mēsuraz ꝯferta ⁊ coagitata ⁊ supef fluēs. Cōpatere igit̄ xp̄o aīa xp̄iana: ꝯresurge ⁊ coascēde: qd̄ ē declina a malo ⁊ fac bonū inq̄re pacē ⁊ p̄sequē eā. Sic nimirꝫ paulus in actibus ap̄lōꝝ de ꝯtinentia ⁊ iusticia ⁊ spe vite eterne memorat̄ docuisse discipu-

los⸗sic veritas ipsa monet in euãgelio lum
bos precingere:lucernas accẽdere:⁊ dein-
ceps hominib⁹ expectantib⁹ dñm suũ simi
les inueniri. Ceterũ gemina quedã si bene
aduertistis ascensio nobis ab apostolo com
mendatur:in eo ꝙ ⁊ querere ⁊ sapere mo-
nuit non infima sed superna. Quã fortasse
distinctionem ne ipse quoqȝ propheta pre-
terisse omnio videbit̃ dicens: Inquire pa-
cem ⁊ persequere eam⸗vt hoc sit pacem se-
quendam querere:persequi inquisitã:qđ
est sapienda querere:quesita sapere:q̃ sur-
sum sunt:nõ que super terram. Nimirum
donec diuisa sunt corda nostra:⁊ multos in
terim sin⁹ inueniunt̃ habere:nec sibi oĩno
coherere vident̃ vel particulatim ea ⁊ mẽ-
bratim quodãmodo leuare necesse est:vt i
superna illa hierusalem colligantur cuius
participatio eius in idipsum:vbi nõ tm̃ sin
guli:sed ⁊ omnes pariter incipiant habita-
re fratres in vnũ:non modo.s.non diuisi i
metipsis:sed nec inter seipsos. Ecce enĩ vt
tanqȝ ꝑncipalia cordis ipsius mẽbra distin-
guam⸗nonne intellectus in nobis est ⁊ affe
ctus:⁊ hi quoqȝ sepius sibiinuicem aduer-
santes ait alter sũma petere alter infima vi
deatur? Quantus vo hic dolor:qȝ grauis
anime cruciatus⸗dum sic distrahitur:sic di
laceratur:sic abrumpit̃ a seipsa vel ex ea sal
tem quam omnib⁹ experiri in promptu est
corporis scissione coniiciat siquis in suo spi
ritu animaduertere perniciosa ⁊ periculo-
sa insensibilitate neglexit. Distrahunt̃ ho-
minũ crura ⁊ lõgioris obice ligni remouẽ-
tur ab inuicẽ pedes:⁊ dũ adhuc cutis inte
gra manet:quis tñ ille est cruciat⁹? Sicsic
affligi plãgimus miseros:qui corporaliter
inter nos cõuersantes illuminati forte silr
sed dissimiliter inueniuntur affecti. Intel-
ligũt pariter bona q̃ faciant:sed nõ pariter
diligunt intellecta. Nam de ignorantia fra
tres quenã excusatio nobis⸗quib⁹ nunqȝ
doctrĩa celestis:nunqȝ diuina lectio:nunqȝ
spiritualis eruditio deest? Quecunqȝ sunt
vera:quecũqȝ pudica:quecũqȝ iusta: que-
cũqȝ amabilia:quecũqȝ bone fame⸗siq̃ vir-
tus:siqua laus discipline hec discitis ⁊ ac-
cipitis:hec auditis pariter ⁊ videtis in exẽ
plis videlicet ⁊ verbis eorũ qui inter vos
sunt perfecti:quoꝝ ⁊ exhortatio ⁊ conuer-
satio plenius erudit vniuersos. Utinã aũt
hec vt intellectũ admonẽt moueant ⁊ affe-
ctum⸗ne sit intus amarissima contradictio
⁊ diuisio molestissima:dum hinc quidẽ sur
sum trahimur:sed retrahimur inde deorsũ
Nimirum aduertere potes in omnibus fe
re religiosis congregationib⁹ viros reple-
tos consolatione⸗superabũdantes gaudio
iocundos semper ⁊ hilares:feruentes spi-
ritu:die ac nocte meditantes in lege dei⸗
crebro suspicientes in celũ:⁊ puras manus
in oratione leuantes: sollicitos obseruato-
res conscientie:⁊ deuotos sectatores bono
rum operum⸗quibus amabilis disciplina
dulce ieiuniũ:vigilie breues:labor manuũ
delectabilis:⁊ vniuersa deniqȝ cõuersatio-
nis huius austeritas refrigerium videat̃.
Contra sane inuenire est homines pusilla-
nimes ⁊ remissos deficiẽtes sub onere⸗vir-
ga ⁊ calcaribus indigentes:quorum remis
sa letitia pusillanimis tristitia est: quorum
breuis ⁊ rara compũctio⸗animalis cogita-
tio:tepida conuersatio:quorum obediẽtia
sine deuotione:sermo sine circumspectiõe⸗
oratio sine cordis intentione lectio sine edi
ficatione:quos deniqȝ vt videmus vix ge-
henne metus inhibet: vix pudor cohibet⸗
vix frenat ratio:vix disciplina coercet. Nũ
tibi horum vita inferno penitus appropin-
quare videtur⸗dum intellectu affectui ⁊ af
fectu intellectui repugnante necesse habẽt
mittẽ manũ ad opera fortiũ: q cibo fortiũ
minime sustẽtant̃ socii plane tribulationis
sed non consolationis? Exurgam⁹ obsecro
quicũqȝ euismodi sumus⸗resarciamus ani
mas spiritũ recolligamus abiicientes per-
niciosam tepiditatem: etsi non quia pericu
losa est:⁊ deo solet vt interdum miserabili-
ter plangimus etiã vomitũ ꝓuocare⸗certe
q: molestissima plena miserie ⁊ doloris:⁊ i-
ferno plane ꝓxima vmbra mortis iure cen-
setur. Si querimus que sursum sunt:etiam
sapere ⁊ prelibare interim studeamus. For
te enĩ poterit intellectui ⁊ affectui nõ incõ
ueniẽter aptari quod ⁊ querere que sursũ
sunt ⁊ sapere admonemur: vt in principali
bus quemadmodum supradictum est mẽ-
bris suis corda nostra manibus quibusdaȝ

piū conatus exercitij spiritualis leuare studeamus ad deuz. Omnes enim forsan que sursum sunt querimus intellectu fidei ⁊ iudicio rationis: sed nō eque forsitan sapim⁹ omnes que sūt sursum: ⁊ tanq̄ inescati his que sunt super terram. Violento quodam preiudicio affectionis. Unde enim ea quā pauloante ostendimus animoꝝ diuersitas tanta: disparilitas studioꝝ: ꝯuersationū dissimilitudo? Vñ spūalis gratie inopia tāta quibusdā: cum alijs copia tanta exuberet? Profecto nec auar⁹ nec inops est gr̄e distributor: sed vbi vacua vasa desunt stare oleū necesse est. Undiq̄ sese ingerit amor mundi cum consolationib⁹ imo desolationibus suis: obseruat aditus: per fenestras irruit: mentem occupat: sed nō eius qui dixi: Renuit consolari anima mea: memor fui dei ⁊ delectatus sum. Preoccupatum nempe secularibus desiderijs animū delectatio sancta declinat: nec misceri poterunt vera vanis: eterna caducis: spiritualia corporalib⁹ summa imis.: vt pariter sapias que sursum sunt ⁊ que super terram. Felices nimirū viri illi: p quos dñica legit̄ ascensio presignata: enoch raptus: ⁊ ⁊ translatus helias. Felices plane: qui soli iam deo viuunt soli: vacant intelligendo: diligēdo: fruēdo. Neq̄ enim corpra que corrumpantur illas aggrauant animas: aut terrena inhabitatio sensus eorum tanq̄ multa cogitātes deprimit qui cum deo ambulasse noscuntur. Factū ē impedimentum de medio: occasio vniuersa sublata: materies nulla relicta est: q̄ eoꝝ affectuz aggrauet: vel deprimat intellectū. Nam ⁊ priorem ad hoc raptū scriptura cōmemorat: ne forte vincat malitia sapientiā ⁊ intellect⁹ eius vel anima vltra decipi valeat vel mutari. Nobis autē vnde in his tenebris veritas: vnde charitas in hoc seculo nequā in hoc mundo: qui positus est in maligno? Putas erit qui intellectum illuminet: qui inflāmet affectum. Erit vtiq̄ si conuertamur ad christum: vt velamen de cordibus auferatur. Hic est enī de quo scriptum est: Habitantibus in regione vmbre mortis: lux est orta eis. Siqdē prioris ignorantie tempora despiciēs deus annūciauit hominibus: vt omnes vbiq̄ agerent penitentiam: s̄m q̄ Paulus athenienfibus tradit. Memento etenim dei verbum ⁊ sapiētiam incarnatam: cuius vtiq̄ opus erat toto illo tempore quo videri in terris ⁊ inter homines cōuersari dignata est ineffabilis illa virtus: illa gloria: illa maiestas: illuminare oculos cordis: ⁊ suadere fidem hoīb⁹ predicatione pariter ⁊ ostensione signoꝝ. Deniq̄ spūs dñi ait sup me: ad euāgelizandum pauperibus misit me. Et aplis loquebatur. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehēdant. Nec modo ante passionem: sed ⁊ post resurrectionē in multis argumētis per dies quadraginta apparens eis ⁊ loquens de regno dei qñ ⁊ sensum eis vt scripturas intelligerēt legit̄ aperuisse: intellectū potius informabat q̄ purgabat affectum. Qñ enim ad spiritualia afici possent animales? Immo v̄o nec ipsam quidem meram lucem poterāt aliquaten⁹ sustinere: sed exhiberi illis oportuit verbū in carne: solem in nube: lumen in testa: mel in cera: cereum in laterna. Spirit⁹ ante faciem illoꝝ christus dñs: sed non vtiq̄ sine vmbra in qua viuerent interim inter gentes. Unde ⁊ virgini legitur obumbrasse: ne vehemētiori reuerberata splendore ad candidissimaz illam lucem purissimūq̄ fulgorem diuinitatis etiā illi⁹ aquile posset acies hebetari. Minime tamē vel nubes ipsa leuis esse potuit ociosa: sed ea quoq̄ vsus est in salutez: ⁊ discipuloꝝ animos qui nec ad fidei intellectum sine aliqua mutatione affectus poterant ꝓmoueri: nec assurgere adhuc ad spiritualia preualebāt in sue carnis prouocauit affectum: vt amore quodaz humano, operāti mira loquenti homini adherent: amore vtiq̄ carnali adhuc: sed tam valido vt ceteris omnibus preualeret. Nimirum hic erat ille moysi serpens: qui serpentes magoꝝ egypti omnes pariter deuorauit. Deniq̄ ecce nos inquiūt reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te. Beati siquidem oculi qui videbāt dñm maiestatis in carne presentez: auctorē vniuersitatis inter homines conuersantē: virtutibus corruscā-

tem: infirmos curantem: maria calcantem mortuos suscitantē: demonijs imperantē: et potestatē similem hoib⁹ conferentē: mitē ꝛ humilem corde: benignū: affabilem: misericordie viscerib⁹ affluentē: agnū dei pctā nō habentē. Beate aures q̄ verba vite ab ipsius incarnati verbi ore pcipere merebātur: quib⁹ enarrabat vnigenit⁹ q̄ est in sinu patris: ꝛ nota faciebat quecūq̈ audisset a p̄re: vt fluenta doctrine celestis ab ipsi⁹ veritatis purissimo fonte haurirēt vniuersis postmodum gentibus propināda imo eructuanda potarēt. Quid mirū frēs si implebat tristitia cor eoꝝ cum ab eis sese ꝓnūciaret iturū: ꝛ adderet: quo ego vado vos nō potestis venire modo? Quid ni concuterentur viscera: turbaref affectus: hesitaret animus: hereret vultus: paueret auditus: nec omnino equanimiter discessionis eius sermo possꝫ admitti: vt relinqueret eos pro q̄ omnia reliquissent? Ceterū nō vt maneret in carne: sed vt transferref ad spiritū totus ab eo in illam carnē discipulorū fuerat collectus affectus: vt dicere esset aliq̄n etsi cognouimus christum ſm carnē: sed nūc iam nouimus. Unde ꝛ benignissim⁹ ille magister blandis eos refouēs consolationibus ait: Rogabo patrē meū ꝛ alium paraclituꝫ dabit vobis spiritū veritatis: qui vobiscū maneat in eternū. Et itē Ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Nisi eni ego abiero: paraclitus nō veniet. Grande mysterium fratres mei. Quid enim sibi vult: nisi ego abiero paraclitus nō veniet? Ita ne iuisa paraclito presentia christi erat aut contuberniū dn̄ice carnis sp̄ūssanctus horrebat: que sicut angelo prenūciante cognouimus: ne concipi quidē nisi eo superueniēte potuerit? Quid ē ergo: nisi ego abiero paraclitus nō veniet: nisi carnis presentia vestris subtrahatur aspectib⁹ spiritualis gratie plenitudinē occupata mens non admitti: non recipit animus: non capit affectus? Quid vobis videf fratres? Si hec ita sunt immo quia ita sunt audeat quis de cetero fantasticis quibusdam illecebris deditus sectans lenocinia carnis sue: carnis vtiq̈ peccatric, genite i pctis: assuete pctis i q̄ deniq̈ bonū ē illū pariter expectare paraclitum? Audeat inquā qui huic sterquilinio semper inheret qui carnem fouet: in carne seminat: carnē sapit: illam nihilominus consolationē superne visitationis: torrentem voluptatis illum illam sperare gratiam spiritus vehemētis: quam vt veritas ipsa testatur ne cum ipsa quidem verbi carne percipere vllatenus apostoli potuerūt? Errat omnino: siquis celestem illam dulcedinem huic cineri: diuinum illud balsamū huic veneno: charismata illa spirit⁹ misceri posse huiusmodi illecebris arbitraf. Falleris thoma sancte falleris: si videre dn̄m speras ab apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos: non ei diuersoria placent: in medio stat: disciplina communi: cōmuni vita: cōmunibus studijs delectaf. Usq̈quo miser diuerticula captas: et consolationes proprie voluntatis tanto labore queris: tanto labore mendicas? Et quid facio inquis? Ejice ancillam ꝛ filium eius. Non enim erit heres filius ancille cū filio libere. Nulla vt dictum est conuentio veritati ꝛ vanitati: luci ꝛ tenebris: spiritui ꝛ carni: igni ꝛ tepiditati. Sed dum illa moratur inquies: sine aliqua consolatione esse non possum. Immo vo si moram fecerit expecta eā: quia veniet ꝛ non tardabit. Apostoli decem dies in hac expectatione sederunt: perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus ꝛ maria matre iesu. Et tu igitur orare disce: disce querere: petere: pulsare donec iuenias: donec accipias: donec aperiatur tibi. Nouit dominus figmētum tuum: fidelis est: non te patietur tentari supra q̈ possis. Confide in ipso: q̈ si fideliter expectaueris: nec diem decimū expectabis. Preueniet certe in benedictionib⁹ dulcedinis desolatam animam ꝛ orantem: vt feliciter ꝛ non ad insipientiam tibi consolari renuens in ipsius memoria delecteris: inebriatus ab vbertate domus eius: ꝛ torrente voluptatis eius potatus. Sic nimirum ꝛ heliseus quondā orasse legitur: cum dulcissimum illud solatium helie presentiā sibi plangeret subtrahendam. Sed considera diligētius quid orauerit: quid ne re-

ponsum sit postulanti. Oro inqu[it] dñe: vt fiat spūs tuus duplex in me. Nimirū duplicari ei spm̄ oportebat: vt magistri abeuntis absentiam gr̄a duplicata suppleret. Unde ⁊ helias ad eū si videris inqt qñ tollar a te fiet quod petisti. Duplicauit enī spm̄ visio abeuntis: cum euidenter raptus in celum vniuersa pariter eius desideria secum tulit vt inciperet ipse quoq3 iam sapere q̄ sursū sunt: non q̄ sup terrā. Duplicauit spm̄ visio abeuntis: vt intellectui spūali spiritalis iungeret̄ affectus: cum ip̄a vtiq3 cui potissimū inherebat carne raptus in celū: qđ euidentius in ap̄lis inuenit̄ impletū. Ubi enim videntib⁹ illis suus ille iesus tā manifeste eleuatus est ⁊ ferebat̄ in celū: vt nemo eorum opus haberet interrogare quo vadis: ipsa iam vt ita dixerim oculata fide edocti sunt supplices in celū leuare oculos: puras tendere man⁹ ꝓmissa sibi dona charismatum postulantes: donec fieret repēte de celo sonus aduenietis spūs vehemētis. Adueniētis vtiq3 ignis quem dñs iesus mittebat in terrā: volens vehemēter accēdi. Constat siquidē eos ⁊ prius spiritū accepisse: cum videlicet insufflauit ⁊ dixit eis: accipite spm̄ sanctū: sed spiritū plane fidei ⁊ intelligētie non feruoris: quo magis illuminaret̄ ratio q̄3 inflāmaret̄ affectio dum duplicati vtiq3 spūs opus fuit. Quos enī verbū patris disciplinam ⁊ sapientiā ante docuerat ⁊ intellectu adimpleuerat corda eoꝝ: adueniens vtiq3 postmoduʒ ignis diuinus ⁊ inueniēs iam receptacula munda infudit vberi⁹ dona charismatum: ⁊ in spiritualem omnino mutauit amorem: vt accēsa in eis charitas fortis vt mors iam non modo fores: sed ne ipsa quidem ora propter metum iudeorum claudere dignarentur. Cui nos gratie pro nostre exiguitatis modulo preparantes: exinanire per omnia nosmetipsos: ⁊ a delectationibus miseris atq3 caducis consolationibus euacuare studeam⁹ dilectissimi corda nostra: maximeq3 instante nunc die festo ⁊ feruentius ⁊ fiducialius vnanimiter perseueremus in oratione: vt sua nos visitatione: sua consolatione ⁊ confirmatione dignetur spiritus ille benignus: spirit⁹ dulcis: spiritus fortis: infirma roborans: aspera planans: corda purificans: qui cum patre ⁊ filio idipsum: sed non ipse est: vt tres vnum ⁊ vnum esse tres verissime prorsus ⁊ fidelissime catholica ecclesia fateatur: a patre adoptata: a filio desponsata: a spiritu cōfirmata: quibus vt vna substantia: sic ⁊ eadē nihilomin⁹ gl̄ia in secula seculoꝝ. Amē.

¶ In die sancto penthecostes de manifestatione sancti spiritus: ⁊ quid operatur in nobis. Sermo primus.



Celebramus dilectissimi hodie spūssancti solēnitatē tota cū iocūditate celebrandam: dignā omni deuotione. Dulcissimuʒ enī quiddā in deo spūs sanctus est benignitas dei: ⁊ idem ipse de⁹. Proinde si celebramus scōꝝ solēnia: q̄nto magis eius a quo habuerūt vt sancti essent quotquot fuere sancti? Si veneramur sanctificatos: quanto magis ipsum sanctificatorē cōuenit honorari? Hodie itaq3 festiuitas est spūssancti: qua visibiliter apparuit inuisibilis: sicut ⁊ filius cū sit nihilominus inuisibilis in seipso: dignatus est exhibere se in carne visibilem. Hodie spūsscūs reuelat nobis aliqd de seipso: sicut ante de p̄re ⁊ filio aliqd noueram⁹. Nā p̄fecta trinitatis cognitio vita eterna est. Nūc autē ex parte cognoscim⁹: reliq̄ credim⁹ q̄ minime sufficimus comprehendere. Et de patre quidē noui creationē: clamātib⁹ creaturis: ipse fecit nos: ⁊ nō ipsi nos. Inuisibilia enī dei a creatura mūdi p ea que facta sunt itellecta ꝯspiciunt̄. At vō eternitatē ⁊ imutabilitatē ipsius comprehēdere multū est ad me: lucē habitat inaccessibilē. De filio autē magnū aliquid noui eius gr̄a. s. incarnationē. Nā generationē eius qs enarrabit? Quis comprehendat equalem genitū genitori? Iam et de spiritusancto si non ꝓcessionē q̄ ex patre filioq3 procedit: illa enim mirabil' facta est scientia ex me confortata est ⁊ non potero ad eam: noui tamen aliquid videlicet inspirationem. Duo enim sunt: vnde procedat ⁊ quo. Processio a patre ⁊ filio posuit tenebras latibulum suum: sed processio

ad homines hodie cepit innotescere ⁊ ē iā
fidelibus manifesta. Et prius equidem qm̄
sic oportebat signis visibilibus inuisibilis
spūs suum declarabat aduentum: nunc ei⁹
signa quo spiritualiora sunt eo magis con-
grua eo magis videntur spū sancto digna.
Uenit tunc sup discipulos ī linguis igneis
vt v̄ba ignea loquerent̄ ⁊ legem igneam lin
gue ignee predicarent. Nemo conquerat̄:
quod minime nobis illa manifestatio spūs
fiat. Unicuiq; enim datur manifestatio spi
ritus ad vtilitatem. Deniq; si dicere opus
est nobis illa manifestatio potius q̄z aplīs
facta est. Ad quid enim illis necessarie lin-
gue gentium? nisi ad conuersionez gentiū?
Fuit in eis alia quedā manifestatio magis
ad eos pertinens: ⁊ hec vsq; hodie fit in no
bis. Manifestum enim fuit indutos eē vir
tute exalto: qui de tanta pusillanimitate spi
ritus ad tantam deuenire constantiā. Non
est iam fugere non est abscondi ꝓpter me-
tum iudeorꝫ: constantius modo predicāt q̄z
delitescerent ante timidius. Deniq; muta-
tionem illam dextere excelsi: manifeste de-
clarat ꝑncipis apostolorꝫ prius quidem int̄
ancille v̄ba formido postmodum inter prin
cipum verba fortitudo. Ibant ait scriptura
gaudentes a cōspectu concilij: qm̄ digni ha
biti sunt pro nomine iesu contumeliaꝫ pati
quē sane prius cum ducerent̄ ad cōcilium so-
lum reliquerant fugientes. Quis dubitet
aduenisse spm̄ vehementem? qui mētes eo-
rum inuisibili illustraret potentia? In hūc
modum etiam modo que spūs operatur in
omnibus nobis: testimonium perhibēt de
eo. Quia ergo mādatum accepimus vt de
clinantes a malo quod bonum est faciam⁹?
ad declinādū a malo tria operatur ī nobis:
compunctionē: supplicationem: remissionē
Initium enim reuertendi ad deum penitē
tia est: quā sine dubio spūs operatur nō nr̄
sed dei. Idq; et certa ratio docet: ⁊ confir-
mat auctoritas. Quis enim cum ad ignem
algens venerit ⁊ fuerit calefactus? dubitat
ei ab igne venisse calorem quē habere non
poterat sine illo? Sic ergo qui prius in ini-
quitate erat frigidus? si postmodum feruo-
re quodam penitentie accendatur: alium si
bi spiritum qui suum arguit ⁊ diiudicat nō
dubitat aduenisse. Habes hoc ⁊ in euange
lio? vbi cum loqueretur de spū quē acceptu
ri erant credētes in eum: ille inquit arguet
mundum de peccato. Sed quid prodest pe
nitere de culpa? ⁊ non supplicare ꝓ venia?
Necesse est vt etiam hoc spiritus operetur
dulcedine quadam spei replens animum:
per quā fiducialiter postules nihil hesitās.
Uis ne ostendam tibi etiam hoc opus esse
spiritus sancti? Utiq; dum abest ille tale ali
quid in tuo spiritu non inuenies. Deniq;
ipse est in quo clamamus abba pater: ipse q
postulat pro sanctis gemitibus in enarrabi
libus. Et hoc quidē in corde nostro. Quid
autem in patris? Sicut in nobis interpel-
lat pro nobis: ita in patre delicta donat cuꝫ
ipso patre. Aduocatus noster ad patrem in
cordibus nostris: dominus noster in corde
patris. Itaq; quod postulamus idem ipse
donat: qui donat vt postulemus. Et sic̄ nos
erigit pia quadam fiducia: ita deum incli-
nat ad nos magna pia misericordia sua.
Itaq; vt omnino scias quia remissionē pec
catorum spiritus operatur: audi qd̄ aliqn̄
audierunt apostoli. Accipite spm̄ sanctum:
quorum remiseritis peccata remittunt̄ eis.
Et de malo quidem declinando sic. Porro
ad faciendum bonum? quid in nobis bo-
nus spiritus operatur? Profecto monet
mouet: ⁊ docet. Monet memoriam? rōnez
docet: mouet voluntatem. In his enim tri-
bus tota consistit aīa nostra. Memorie sug
gerit bona in cogitationibus sanctis: atq;
ita ignauiam nostram torporemq; repellit.
Propterea quotiens huiusmodi suggestio
nem boni senseris in corde tuo? da honorez
deo ⁊ age reuerentiem spiritui scō: cui⁹ vox
sonat in auribus tuis. Ipse nāq; est qui loq
tur iusticiam? ⁊ in euangelio habes: q: ille
suggeret vobis oīa quecūq; dixero vobis.
Et aduerte qd ꝓmiserit. Ille docebit vos
oīa. Dixeram enim q: docet rōnem. Mul-
ti siqdem monent̄ vt benefaciant: sed mini
me sciunt qd agendum sit nisi adsit denuo
gr̄a spūs: vt quā inspirat cogitationem do-
ceat in opus proferre ne vacua sit in nobis
gratia dei. Sed quid? Scienti bonum ⁊ nō

facienti: peccatum est illi. Propterea nõ solum moneri ⁊ doceri: verꝫ etiam moneri ⁊ affici ad bonum necesse est ab eo vtiqꝫ spũ qui adiuuat infirmitatẽ nostram: ⁊ p quẽ i cordibus nostris diffundit charitas que ẽ bona voluntas. Itaqꝫ cum sic adueniẽs spiritus totam possederit aĩam suggerẽdo instruendo afficiendo loquẽs semp in cogitationibus nostris vt audiamus ⁊ nos qd loquatur in nobis dñs deus orationẽ illuminans voluntatem inflãmans: non tibi videtur qꝫ totam domũ impleuerint dispertite lingue tãqꝫ ignis? Nam in his tribus supe rius dictum est aĩam cõsistere totam. Sint autẽ dispertite lingue propter multiplices cogitatiões: sed eaꝝ multiplicitas ⁊ vno lumine veritatis ⁊ vno charitatis feruore fit tãqꝫ ignis. Aut certe domus adimpletio fini potius reseruet: qñ mensurã bonã ⁊ confertam ⁊ coagitatã ⁊ supeffluentẽ dabunt in sinus nr̃os. Sed qñ hec erũt? Profecto cum completi fuerint dies pentecostes. Felices vos qui iam intrastis qnquagesimam, requiei: ⁊ iubileum ãnum. Frẽs nr̃os alloquor: quibus iam dixit spũs vt requiescant a laboribus suis. Etenim hoc quoqꝫ inter eius opera reperimus. Duo nãqꝫ tempora celebramus frẽs: quadragesime vnum alterum qnquagesime. Illud ante passionem: istud post resurrectionem. Illud in cõpunctione cordis ⁊ lamentis penitentie: istud i deuotione spũs ⁊ all'a solẽni. Prius quidẽ tempus ipsa est vita pñs: posterius vo qetẽ sanctoꝝ significat que est post mortẽ. Cum aũt venerit illius qnquagesime finis: i iudicio scꝫ ⁊ resurrectione cõpletis dieb⁹ pentecostes: aderit plenitudo spũs ⁊ totã reple bit domũ. Plena siquidẽ erit omnis terra maiestate eius: qñ non solum aĩa sed ⁊ ipm corpus spũale resurget: si tñ iuxta apl'i monitũ dum adhuc est aĩale fuerit seminatũ.

¶ Item vnde supra. Sermo. ij.

ix xc 

Hodie dilectissimi celi distillauerunt a facie dei synai ⁊ a facie dei israel: ⁊ pluuia voluntaria segregata est hereditati xp̃i. Spũs enim sanctus procedẽs a patre largiori munere sue maiestatis in apostolos supuenit: ⁊ tribuit eis carismatum dona. Post magnificentiã enim resurgentis post gl'iam ascendentis post residentis sublimitatem: nõ restabat nisi vt expectatio iustoꝝ leticia adueniret: ⁊ celi muneribus celestes hoĩes implerent. Uide ãt si nõ ⁊ sentẽtiaꝝ pondere ⁊ verboꝝ ordine hec oĩa isaias longe ante p̃dixit. Erit inqt in die illa germen dñi in magnificentia et gl'ia: ⁊ fruct⁹ terre sublimis: ⁊ exultatio his qui saluati fuerint de israel. Germen xp̃s iesus solus de mundissimo ꝯceptus semie: qꝫ ⁊ si in silitudine carnis peccati non tamẽ in carne peccati: si filius carnis ade non tñ filius preuaricatiõis ade: qꝫ nõ fuit natura filius ire sicut reliqui oẽs: qui in iniqtatib⁹ sunt cõcepti. Istud ergo germen qđ de virga iesse virore virgineo pullulauit i magnificentia fuit cum resurrexit a mortuis: quia tũc dñe deus meus magnificatus es vehementer: ꝯfessionẽ ⁊ decorẽ induens amict⁹ lumine sicut vestimento. Quãta aũt ascendentis gl'ia cum medius angeloꝝ ⁊ animarum sanctaꝝ ad patrẽ deducerís: ⁊ triũphatrici palma celis inuectus susceptum hoĩeꝫ in ipsa diuinitatis claudis idẽtitate? Quis cogitet nedum loquat qꝫ sit fructus terre sublimis in cõsessu ad dexteram patris: qđ vtiqꝫ celestium oculos reuerberat naturarum qđ angelicus intuitus contremit non attingit? Ueniat ꝗ exultatio dñe iesu his q saluati sunt de isr'l apl'is tuis quos elegisti ante mundi ꝯstitutionẽ: veniat spũs tuus bonus qui sordes abluat ⁊ infundat vtutes in spũ iudicij ⁊ spũ ardoris. Eia igitur frẽs cogitemus sup nos ⁊ in nos opa trinitatis ab initio mundi vsqꝫ ad finem: et videam⁹ qꝫ sollicita fuerit illa maiestas cui administratio pariter ⁊ gubernatio seculorum incumbit ne nos perderet in eternum. Et potenter quidẽ omnia fecerat: ⁊ sapiẽter oĩa gubernabat: ⁊ vtrarũqꝫ rerum tam potẽtie qꝫ sapientie signa manifestissima tenebant in creatione ⁊ ꝯseruatione machine mundialis. Et bonitas quidem in deo erat ⁊ bonitas multa nimis: sed latebat i corde p̃ris cumulanda qñqꝫ sup genus filiorum adam

in tempore oportuno. Dicebat tñ dñs: ego
cogito cogitatiões pacis: vt mitteret eum
nob q ẽ pax nr̃a q fecit vtraq; vnũ: vt iam
daret pacẽ sup pacẽ: pacẽ his q lõge ⁊ pacẽ
his q prope. Verbũ igit dei in sublimi ↄsti
tutũ vt ad nos descenderet ꝓpria benigni-
tas inuitauit: mĩa traxit veritas q̃ se ventu
rũ ꝓmiserat cõpulit: puritas vteri virgina
lis suscepit salua virginis integritate potẽ-
tia eduxit: obediẽtia in oĩbꝰ deduxit: patiẽ
tia armauit: charitas verbis ⁊ miracul ma
nifestauit. Prorsus amplissima mihi nunc
materia ⁊ maloꝝ meorũ suppetit ⁊ bonorũ
dñi mei: vt cũ cogitauerim vias meas con-
uertam pedes meos in testimonia sua. Illa
enĩ bona ineffabilia sũt: q: vt breui verbo
cũcta cõcludã: nihil meliꝰ inuenire potuit
vnde nos redimeret sapientia dei in omni
sapiẽtia sua. Sed ⁊ mala circũdederãt nos
quorũ nõ erat numerus: q: peccaui loquit
iustus super numeꝝ arene maris. Missus
est coluber tortuosus a diabolo vt venenũ
ꝑ aures mulieris in ipsius mentẽ transfun
deret in totius posteritatis originẽ: missus
est iterũ angelus gabriel a deo vt verbum
patris ꝑ aurẽ virginis in ventrẽ ⁊ mentem
ipsius eructuaret: vt eadẽ via intraret anti
dotum qua venenũ intrauerat. Vere vidi
mus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti a pa
tre: quia totum paternũ est quod de corde
patris christus attulit nobis: vt nihil in fi-
lio dei nisi dulce nisi paternũ humani gene
ris trepidatio suspicet. A plãta pedis vsq;
ad verticẽ nõ erat in nobis sanitas: erraue-
ramꝰ ab vtero in vtero damnati anteq̃ na
ti: quia de peccato ⁊ in pctõ concepti. Chri
stus ergo ibi primã medicinã apposuit vbi
primꝰ vulneri patebat locus: ⁊ substantiali
ter vtero virginis illapsus de spũ sancto cõ
ceptus est: vt conceptionẽ nostrã mũdaret
quam spiritus malus si non fecerat infece-
rat tamen: vt nõ eẽt etiã in vtero vita ipsiꝰ
ociosa dum nouem mensibus purgat vul-
nus antiquũ scrutãs vbi dicit vsq; ad viuũ
putredinẽ virulẽtã: vt sanitas semp terna
succederet. Et tunc iam operabat salutem
nostram in medio terre in vtero videlicet
virginis marie: que mirabili proprietate
terre mediu; appellat. Ad illã enĩ sicut ad
mediũ: sicut ad archanũ dei: sicut ad rerũ
causam: sicut ad negociũ seculoꝝ: respiciũt
⁊ q in celo habitãt ⁊ qui habitãt ĩ inferno:
⁊ qui nos precesserũt: ⁊ nos qui sumus ⁊ q
sequũt: ⁊ nati natoꝝ ⁊ qui nascent ab illis.
Illi qui sunt in celo vt resarciant: ⁊ qui in
inferno vt eripiantur: qui precesserunt vt
prophete fideles inueniantur: qui sequun-
tur vt glorificentur: ⁊ eo beatã te dicũt oẽs
generationes genitrix dei: dña mundi: celi
regina. Omnes inquã generationes. Sũt
enĩ generationes celi ⁊ terre. Pater spiri-
tuũ ait apostolus: ex quo omnis paternitas
ĩ celo ⁊ in terra nominat. Ex hoc ergo bea-
tã te dicent omnes generationes: q̃ omni-
bus generationibus vitã ⁊ gloriã genuisti.
In te enĩ angeli letitiã: iusti gratiã: pecca-
tores veniã inuenerunt in eternũ. Merito
in te respiciunt oculi totius creature: q: in
te ⁊ ꝑ te benigna manꝰ omnipotentis qcq̃d
creauerat recreauit. Placebit ne tibi dñe
iesu vt dones mihi vitam tuam sicut dedi-
sti conceptionẽ: quia non solum conceptio
mea imunda: sed mors peruersa: vita peri-
culosa: ⁊ post mortem restat mors grauior
mors secũda? Non solum ait conceptionẽ
meam: sed ⁊ vitam meam: ⁊ per singulos
etatum gradus infantie pueritie adolescẽ
tie iuuentutis tibi dabo: adijciens morẽ ⁊
resurrectionem ascensionem ⁊ missionem
spiritussancti. Hoc autẽ ideo: vt conceptio
mea emundet tuam: vita mea instruat tuã:
mors mea destruat tuam: resurrectio mea
precedet tuam: ascensio mea preparet tuã:
porro spiritus adiuuet infirmitatem tuam.
Sic enim plane videbis ⁊ viam per quam
ambules: ⁊ cautelã qua ambules: ⁊ ad quã
ambules mansionẽ. In via mea cognosces
viam tuam: vt sicut ego paupertatis ⁊ obe-
dientie: humilitatis ⁊ patientie: charitatis
⁊ misericordie ĩdeclinabiles semitãs tenui
sic ⁊ tu eisdez vestigijs ĩcedas: nõ declinãs
ad dexteram neq; ad sinistram. In morte
autẽ mea dabo tibi iustitiam meam dirum
pens iugũ captiuitatis tue: expugnans ho-
stes qui sunt in via vel iuxta viam: vt nõ ap
ponant amplius nocere tibi. His aũt com-

pletis reuertar in domū vnde exiui: et ouibus illis que in montib' remanserāt: quas et propter te reliquerā vt te nō ducere sed reportare: reddā faciē meā. Et ne de absentia mea vel murmures vel cōtristeris: mittā tibi spiritum paraclitū: qui tibi donet pignus salutis: robur vite: sciētie lumen. Pign' salutis: vt ipse spūs testimoniū reddat spiritui tuo q' sis fili' dei: q certissima signa pdestinationis tue cordi tuo imprimat et ostendat: q donet letitiam in corde tuo. et de rore celi si nō ptinue tn sepissime mentē tuā impinguet. Robur vite: vt qd p naturā tibi ē impossibile: p gratiā eius nō solū possibile: sed et facile fiat: ita vt in laborib': i vigiliis: in fame et siti: et in oībus obseruātiis q nisi farinula ista dulcorenf: prorsus mors in olla appareat: delectabiliter incedas, sicut in oīb' diuitiis. Sciētie lumen: vt cū oīa bene feceris te seruū inutilē putes: et quiqd boni i te inueneris illi tribuas: a quo omne bonū est: sine quo nō paruū aliqd: īmo nihil oīno potes incipere ne pficē dicā. Sic ergo spūs iste in tribus istis te docebit omnia: sed oīa q ad tuā ptineant salutē: q: i ipsis est plena et absoluta perfectio. Hoc est quod per prophetam idem spiritus dicit: Seminate vobis ad iustitiam vbi pignus salutis ostendit: metite spem vite vbi vitale robur accipitur: illuminate vobis lumen scientie: quod verbis propriis subinfertur. Unde et spiritus iste super apostolos in igne apparuit: propter lucem pariter et ardorem. Quos enim repleuerit: et spiritu feruere et in veritate cognoscere facit: quia sola misericordia est que eos et preuenit et perducit. Multū sibi de hac mīa vndiqz cōtraxerat puer dñi: cū diceret: Misericordia ei' preueniet me: et misericordia tua ante oculos meos ē: et mīa tua subsequatur me oīb' diebus vite mee: et qui coronat te in mīa et miserationib': et deus meus mīa mea. O qz dulciter dñe iesu cum hoīb' puersatus es: qz abundanter multa et magna bona hoīb' largit' es: qz fortiter tā indigna qz aspa pro hoīb' passus es: ita vt luceat sugere mel de petra: oleūqz de saxo durissimo. Duro ad vba: duriori ad verbera: durissimo ad horrida crucis: q: in oīb' his sicut agnus corā tondente se obmutuit: et nō aperuit os suū. Uides igit qz verum dixerit ille qui dixit dñs sollicit' mei. Pater vt seruū redimat filio nō parcit: fili' seipm libētissime tradit: spiritum sanctū vterqz mittit: et ipse spirit' postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. O duri et indurati et obdurati filii adā quos nō emollit tāta benignitas: tāta flamma: tā ingens ardor amoris: tam vehemēs amator: q pro vilib' sarcinulis tā preciosas merces expēdit. Nō eni corruptibilib' auro vel argēto redemit nos: sed precioso sanguine suo: quē effudit abunde: quia largiter vnde sanguinis de corpore iesu p qnqz partes emanarūt. Quid vltra debuit facē et nō fecit: Illuminauit cecos: reduxit erroneos: recōciliauit reos: iustificauit impios triginta et trib' annis sup terrā visus: cum hoīb' puersatus: pro hoīb' mortuus: q de cherubin et seraphin et oīb' angelicis virtutibus dixit et facta sunt: cui subest cū volue rit oīa posse. Quid ergo a te querit q tanta sollicitudine te quesiuit: nisi te sollicitū ambulare cū deo tuo. Hāc sollicitudinē facit spūs sanct': q scrutatur pfunda pector nrorum: discretor cogitationū et intentionū cordis: q nec minimā paleā inter cordis qd possidet habitaculū patitur residere: sed stati igne subtilissime circūspectiōis exurit spūs dulcis et suauis: q nostrā voluntatē flectat imo erigat et dirigat magis ad suā: vt eā veraciter intelligere: et feruenter diligere: et efficaciter implere valeamus.

¶ Item vnde supra Sermo tertius.



Quam libenter vobis cōmunicē siquid mihi supna dignatione sensero inspiratū: nouit spūs ipse cuius hodie solēnitatē et solēnitatē precipuā celebram': vtinā deuotiōe precipua. Ipse eni ē dilectissimi q nos sedere facit nō solū in ciuitate: sed et in domo vna: vt sedeat super sedentes: vt requiescat sup humiles et tremētes ad sermones suos. Ipse est qui virgini obumbrauit: aplos roborauit: vt et vgineo corpori tēperaret deitatis accessū: et aplos

induereт virtute ex alto: feruentissima scꝫ
charitate. Hanc nimirꝫ apostolicus ille cho
rus loricam sese induit sicut gigas ad faci-
endam vindictam in nationibꝰ increpatio-
nes in populis: ad alligandos reges eorūꝫ ī
cōpedibus ⁊ nobiles eoꝝ ī manicis ferreis.
Quia enī in domū fortis ligare eum ⁊ vasa
eius diripere mittebant̃: opus erat fortitu-
dine ampliori. Alioqn q̄ꝫ multum erat ad il
los vt de morte triumpharent ⁊ ne ipse qdē
porte inferi preualerēt aduersus eos: si nō
vigeret in eis que ī eis vinceret dilectio for
tis vt mors: dura sicut infernus emulatio?
Hunc sibi zelū imbiberāt: cū vino ebrij pu-
tarent̃. Et vere ebrij vino: sed nō eo quo ab
incredulis ebrij credebant̃. Plane inq̄ꝫ ebrij
sꝫ vino nouo qd̄ veteres qdē vtres nec me
rerent̃ accipe: nec ꝯtinere valerēt. Hoc. n.
vinū vera illa vitis fuderat d̄ excelso: vinū
letificans cor nō statū mentis euertēs: vinū
germinās v̄gines nō apostatare faciēs sapi
entes. Nouū vinū: sed hītantibꝰ sup terrā.
Nam ī celis qdē olim iam copiosissime re-
dundabat: nō ī vtribꝰ nec ī testeis vasis sꝫ ī
cellaria vinaria ī spūalibus apotecis. Flue-
bat p vicos ⁊ plateas ciuitatis illiꝰ vinum ī
quo leticia cordis nō carnis luxuria est: nā
terrigene ⁊ filij hoīum vinū huiusmōi non
habebāt. Sic igit̃ celū qdem vino ꝓpō frue
bat̃ qd̄ terra interim nesciebat: sed ne ipsa
qdem terra penitꝰ inops carne xp̄i gl̄iabat̃
cuiꝰ p̄ntiaꝫ celū nihilominꝰ sitiebat. Quid
ni fidelissimū fieret gratissimūq̄ꝫ cōmertiū
inter celū ⁊ terram īter angelos ⁊ apl̄os: vt
exhiberetur illis caro xp̄i istis vinum celi
essetq̄ꝫ ī terra spūs caro ī celis ac deinceps
oīa oībus cōia ī eternū? Nisi inqt ego abie
ro: paraclitus nō veniet ad vos. Hoc ē di-
cere. Si nō dederitis qd̄ amatis: non hēbi
tis qd̄ d̄sideratis. Expedit igit̃ vob̄ vt ego
vadā: vos quoq̄ꝫ de terra ad celū de carne
ad spm̄ translaturus. Filius enī spūs: pater
spūs: spūs sanctꝰ: spūs est. Deniq̄ꝫ spūs añ
faciē nr̄am xp̄s dn̄s. Sꝫ ⁊ pr̄ q: spūs ē: tales
querit adoratores q adorent eum ī spū ⁊ ve
ritate. Spūs tamē sanctus quasi spālr̄ spūs
dicitur ꝙ ab vtroq̄ꝫ procedat firmissimū ⁊
indissolubile vinculum trinitatis: tāq̄ꝫ pro
prie scūs ꝙ sit donum patris ⁊ filij omnem
sanctificans creaturam: q̄ꝫuis pater quoq̄ꝫ
⁊ spūs sūs itēq̄ꝫ filius ⁊ spūs scūs sit: ex quo
oīa per quē oīa in quo oīa vt apostolus ait:
Tria in magno huiusmodi opere cogitare
debemus: videlicet quid sit: quomodo sit:
ad quid sit ꝯstitutus. Et in esse qdem rerū
inestimabilis potentia cōmendat̃: ꝙ tā mul
ta: tam magna: tam multipliciter: tam ma-
gnifice sunt creata. Sane in modo ipso sapi
entia singularis elucet: ꝙ hec qdem sursū:
hec v̄o deorsū: hec in medio ordinatissime
sint locata. Si v̄o ad quid factus sit medite
ris: occurrit tam vtilis benignitas tam be-
nigna vtilitas: que etiam īgratissimos q̄ sq̄ꝫ
multitudine ⁊ magnitudine beneficiorum
possit obruere. Potentissime siquidem ex
nihilo oīa: sapientissime pulchra: benignissi
me vtilia sunt creata. Uerūtñ ⁊ fuisse noui-
mus ab initio ⁊ adhuc multos esse videmꝰ
in filijs hoīum: qui in bonis inferioribꝰ sen
sibilis mundi huius tota sensualitate dep̄ssi
totos se dederūt his que facta sunt: quonā
modo vel ad quid facta sunt negligentes.
Quid istos nisi carnales dicamus? Paucis
simos esse iam arbitror. Legimus tñ nōnul
los q̄sq̄ꝫ fuisse qbus summū studium fuit
atq̄ꝫ vnica sollicitudo modum ⁊ ordinē ve-
stigare factoꝝ: adeo vt pleriq̄ꝫ non mō vti-
litatem reꝝ perquirere dissimulauerint: sꝫ
⁊ ipsa magnanimiter spreuerint cibo paruissi
mo vilissimoq̄ꝫ contenti. Ipsi qdē sese phi-
losophos vocant: sed a nobis curiosi ⁊ vani
rectius appellant̃. Utrisq̄ꝫ igit̃ successerūt
viri prudentiores: q nimirꝝ ⁊ que facta sunt
⁊ quomodo facta sunt transilientes: inten-
derunt aciem mentis vt ad qd facta sūt vi-
derent. Nec latuit eos qm̄ oīa ꝓpter semet
ipm̄ fecit deus: oīa ꝓpter suos. Aliter tamē
propter se: aliter ꝓpter suos. In eo quippe
qd̄ dicit̃ oīa ꝓpter se preueniens cōmenda
tur origo: in eo autē ꝙ dicit̃ oīa ꝓpter suos
magis exprimit̃ fructus sequens. Oīa fecit
propter semetipm̄ gratuita videlꝫ bonitate
oīa ꝓpter electos suos ꝓ eoꝝ scꝫ vtilitate:
vt illa quidē efficiens causa sit hec finalis.
Hi sunt spūales viri sic vtentes hoc mūdo
tanq̄ꝫ non vtantur: sed in simplicitate cor-

dis sui querentes deū:nec illud magnope-
re vestigantes quonam mundo mundialis
hec machina volueretur. Primi voluptate
secundi vanitate: tertij veritate impleti.
Gaudeo vos eē de hac schola de schola vi-
delicet spiritus:vbi bonitatem ⁊ disciplinā
⁊ scientiam discatis et dicatis cum sancto.
Super omnes docentes me intellexi. Qua
re inquā? Nunquid quia purpura ⁊ bisso
me indui? quia lautioribus epulis abūdaui
Nunquid quia platonis argutias aristote-
lis versutias intellexi? aut vt intelligerez la-
boraui? Absit inq̄z:sed quia testimonia tua
exquisiui. Felix q in hoc sancti spiritus tha
lamo cōmoratur vt possit intelligere tripli-
cem illum spiritum:de quo idem ipse puer
domini super seniores intelligens decanta
bat. Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spiritum
sanctum tuum ne auferas a me. Cor mūdū
crea in me deus: ⁊ spiritum rectum innoua
in visceribus meis. Redde mihi leticiam sa
lutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me
Spiritum sanctum ipsum intellige proprio
nomine designatū. Rogo ergo ne proijciat
a facie eius tanq̄z aliquod imundum: quia
spiritus iste odit sordes nec habitare potest
in corpore subdito peccatis. Cui enim pro-
prium est peccata repellere ipsi ⁊ proprium
est peccata odire:nec in vno domicilio pari
ter morabuntur tanta mundicia ⁊ imundi-
cia tanta. Recepto igitur sancto spiritu per
sanctimoniam sine qua nemo videbit deū:
audet quis apparere ante faciem eius tāq̄z
lotus ⁊ mundus vtpote qui contineat se ab
omni malo ⁊ qui actiones ⁊ si nō cogitatio-
nes frenauerit. Sed quia peruerse ⁊ imun-
de cogitationes separant a deo: orandū est
vt cor mundum creetur in nobis. Qd̄ vtiq̄z
fiet:si spiritus rectus in nostris fuerit visce
ribus innouatus. Spiritum rectum quod
ait:filio potest non inconuenienter aptari?
qui nos veteri homine exuens nouum in-
duit: qui nos renouauit in spiritu mentis
nostre tanq̄z visceribꝰ nostris? vt cogitemꝰ
q ue recta sunt vt ambulemꝰ in nouitate spi
ritus: ⁊ non in vetustate littere. Formā eniz
rectitudinis de celis attulit de celis reliq̄t i
terris? imiscens sane ⁊ imittens dulcedinē
rectitudini in omnibus operibꝰ suis: sicut
de eo idem ipe predixerat. Dulcis ⁊ rectus
dominus:propter hoc legē dabit delinquē-
tibus i via. Castigato ergo corpore p sancti-
tudinem operum? mūdato corde vel potiꝰ
innouato per rectitudinem cogitationum
redditur leticia salutaris:vt iam in lumine
vultus dei ambules ⁊ in nomine eius exul-
tes tota die. Quid igitur restat? nisi vt spiri
tu principali confirmeris? Patrem intelli-
ge spiritum principalez non q̄ maior sed q̄
solus a nullo:cum ab eo sit filius spiritꝰ san
ctus ab vtroq̄z. In quo autem confirmatio
hec nisi in charitate? aut quod donum aliđ
tam dignum patre: quod munus aliđ tam
paternum? Quis nos ait apostolus separa
bit a charitate xp̄i? Tribulatio an angustia
an persecutio an fames? an nuditas:an peri
culum: an gladius? Certi sitis quia neq̄z
mors neq̄z vita neq̄z cetera alia que aposto
lus tam multipliciter q̄z audaciter enume-
rat: poterunt nos separare a charitate dei
que est in christo iesu. Nūquid non hoc cō-
firmationem ab omni huius sententie p̄te
demonstrat? Scis vas tuum possidere i san
ctificatione ⁊ honore? ⁊ non in passione de-
siderij? Spiritum sanctū accepisti tibi. Uis
vt quecūq̄z tibi fieri vis ab omnibus tu q̄z
facias illis? ⁊ quod tibi fieri non vis alij ne
feceris? Spiritum rectum ad opus p̄ximi
suscepisti. Hec est enim rectitudo quam lex
vtraq̄z cōmendat? ⁊ que nature indita: ⁊ q̄
tradita per scripturaz. Jam si in vtroq̄z bo
no ⁊ in his que ad vtrūq̄z pertinent firmit
perseueras:principalem spiritum quē solū
deus approbat recepisti. Alioq̄n que modo
sunt modo non sunt is qui vere est non ac-
ceptat:nec in caducis istis sibi potest eter-
nitas complacere. Itaq̄z si desideras vt in
te deus eligat partem sibi esto sollicitus:sic̄
tibi spm̄ sanctum sicut p̄ximo spm̄ rectū sic
ei quoq̄z tanq̄z vo p̄ncipi et patri spiritum
principalez exhibere. Uere multiplex spūs
qui tam multiplex filijs hoīum inspirat: vt
nō sit q se abscōdat a calore eius. Siq̄dē cō
cedit eis ad vsū? ad miraculū ad salutē? ad
auxiliū:ad solatiū:ad feruorē. Ad vsū q̄dē
vite bonis ⁊ mal' dignis p̄it ⁊ idignis cōia

bona abundãtissime tribuẽs: ita vt videat
discretiõis limité nõ tenere. Ingratus est:
qui in his quoqȝ beneficiũ spũs non agno
scit. Ad miraculũ in signis ꝓdigijs: i varijs
virtutibus quas ꝑ quorũlibet manus ope
ret ipe ẽ antiqua miracula suscitans: vt ex
ꝑñtib⁹ fidé astruat ꝑteritoꝝ. Sed qꝛ nõnul
lis hãc quoqȝ gratiam sine ꝓpria vtilitate
largit: tertio infundit ad saluté: cuȝ in toto
corde nostro reuertimur ad dñm deuȝ no
strũ. Porro ad auxiliũ dat: cuȝ in omni col
luctatiõe adiuuat infirmitaté nostrã. Naȝ
cũ testimoniũ ꝑhibet spũi nostro ꝙ filij dei
sumus: ea inspiratio ẽ ad cõsolationé. Dat
etiã ad feruoré cũ in cordibus ꝑfectoꝝ ve-
hemẽtius spirãs validũ igné charitatis ac
cẽdit: vt nõ solũ in spe filioꝝ dei: sed etiã in
tribulatiõibus gloriẽt cõtumeliã reputã-
tes gaudiũ: despectioné exaltationé. Oib⁹
nobis nisi fallor datus ẽ spũs ad saluté: ad
feruoré nõ ita. Pauci enim sunt q hoc spũ
repleant: pauci q studeãt emulari. Cõten-
ti sumus angustijs nostris: nec respirare in
libertaté illã: nõ saltem ad eã spirare cona-
mur. Oremus fratres vt cõpleant i nobis
dies pẽthecostes: dies remissionis: dies ex
ultatiõis: dies verissimi iubilei: ꝛ inueniat
nos semꝑ spũs sanctus omnes ꝓpter ꝑñtiã
corporalé pariter ꝓpter cordiũ vnitatem i
eodé loco ꝑ ꝑmissam stabilitaté: ad laudeȝ
sponsi ecclesie iesu xp̃i dñi nostri: q est suꝑ
omnia benedictus in secula. Amẽ.

¶ In die penthecostes. Sermo quart⁹

cj CONgregati estis frẽs
charissimi ad audiẽdum ver
bũ dei. Uobis incũbit audi-
re: mihi os aꝑire: deo illd ad
iplere. Ferueat fides vestra: quia per fidé
credentiũ dat verbũ euãgelizãtibus: nõ ẽ
smone cõposito: sȝ i virtute multa. Quid
eni ꝓdest audire vocẽ dñi: nisi voci sue det
ipe vocẽ virtutis? Adsit ergo nobis ipe: d
quo locuturi sumus: Locuti inqȝ: nõ quia
suggerat ꝑsũptio: sed qꝛ incũbit ex officio.
Loq tñ nobiscũ nõ ẽ magnũ: sed facere no
biscũ. Magnificauit dñs facere nobiscũ. i.
ꝓ magno ducit oꝑari nobiscũ. Sed ne diu
tius moremur in ꝑludio: iã accedẽdũ ẽ ad
id: de quo intẽdim⁹. Hac die spũs sanctus
in igneis linguis discipulis apparuit: ver-
bũ dãs ꝑdicatiõis: ꝛ igné accẽdẽs charita-
tis. Qui sicut dicit scriptura ꝯgregati erãt
sicut in vno loco ita ꝛ eodé aĩo: Multitudi
nis. n. credẽtiũ erat cor vnuȝ ꝛ anima vna.
Erãt aũt ꝯgregati non ad voluptuose con
uescẽdũ: sed ad orãdũ assidue. Orãtibus si
qdẽ ꝛ vnanimiter ꝯuersantib⁹: nõ dissidio
sis: aut discordantib⁹ immittit spũs sanctus.
Absit auté a cordibus nostris: vt credam⁹
apl'os hac die ꝑmũ accepisse spm̃ sanctum.
Scriptũ ẽ eni: qꝛ ante hũc diem insufflauit
eis iesus dicẽs: Accipite spm̃ sanctũ: quoꝝ
remiseritis pctã remissa sunt: ꝛ quorũ reti-
nueritis retẽta sunt. Acceperãt ergo spm̃
sanctũ in remissiõe prioꝝ delictoꝝ: accepe-
rãt ꝛ nihilominꝰ i remissioné ꝛ retentionẽ
pctõꝝ alioꝝ: qꝛ sicut diuersa operat: ita di-
uersis modis accipit vn⁹ atqȝ idé spũs. Sȝ
ideo hac die ꝑncipaliter datus ẽ spũs san-
ct⁹: qꝛ his quos repleuit: charitatis ĩfudit
plenitudinẽ: que seruilẽ foras emisit timo-
rẽ. Ante eni qȝ ista die daret spũs sanctus
vsqȝ adeo timidi: ꝛ tepidi erant apli: vt ali-
qs eoꝝ ad vocẽ ancille negaret: aliqs reie-
cta sindone nudus aufugeret: oẽs võ reli-
cto eo fugerẽt. Sed repleti spũ scõ loqbant
ꝛ oꝑabant magnalia dei: ita. s. vt q deũ nega-
uerat ad vocé ancille: ꝯstãter iesũ cõfiteret
corã nerone. Et q reiecta syndone fugerat
nec feruẽtis olei expauit doliũ: nec lõgũ ex
horruit ac dixꝝ exiliuȝ. Deniqȝ q relicto eo
oẽs fugerãt: ibãt postmodum gaudẽt esa
ꝯspectu ꝯcilij: qm̃ digni habiti sunt ꝓ noĩe
iesu ꝯtumelias pati. Libet hinc alti⁹ ꝯtem-
plari modũ huc redẽptiõis: q quãto subti-
li⁹ ĩspicit: tãto de⁹ circa nos affectuosior co-
gnoscit. mirabil' qdé iusticiã facies: sȝ lõge
mirabilior miaȝ ĩpendes. Expellẽdo. n. de
ꝑadiso tradẽs eũ in varias passiões ꝛ mor-
tẽ tꝑalẽ: nõ solũ viuẽti sȝ etiam mortuo hoĩ
irat⁹ ẽ. Quotquot eni de hoc sclo trãsibãt:
descẽdebãt i infernũ. Exigẽte igit iusticia:
hoc mõ amisit hoieȝ. Sed i medio furoris
mie recordat⁹ grauiter tulisse visus ẽ huius
modi amissioné: cui⁹ tãto tꝑe qsiuit recuꝑa

tionē. Casus q̄ppe hoīs quodāmō pacem turbauit angeloꝝ: nō qꝛ ab īterno ꝯspectu diuinitatis auulsi: sed qꝛ exterius in ministeriū deputati sūt hoīb⁹ p̄stādo adiutoriū ad seruiēdū deo: ⁊ resistēdū diabolo. Hoc testat̄ apl̄s dicēs: Nōne oēs admīstratorij spūs sunt ī misteriū missi ꝓpter eos q̄ hereditatez capiūt salutis? Ab hoc aūt obsecro nullū angeloꝝ credim⁹ emācipatū: cū apl̄s testet̄: nō aliquos s; oēs eē deputatos ī ministeriū. Patet etiā nullū de īferiorib⁹ p̄ter missū ordinib⁹: cuz de sublimiorib⁹ ordinib⁹ ⁊ viciniorib⁹ ad ꝯtēplandū illi⁹ diuinitatis archanuz .i. cherubin ⁊ seraphin legat̄ q̄ ī misteriū sunt deputati: cherubin ad custodiendū aditū pa̅disi: seraphin aūt q̄busdā alaꝝ suaꝝ volare: q̄busdā d̄r pedes dn̄i velare. S; qꝛ nō sufficit ad redēptionē hominū faciendā angeloꝝ admīstratio: misit p̄r filiū suū ad instruēdū: errabūdū ⁊ erroneū hoīez: quaten⁹ reduceret̄ ī viā rectā: ⁊ iret ī ciuitatē habitationis. Hinc quāto fiduciali⁹: tāto vehemēti⁹ p̄r eū īplicuit laborib⁹: cui nimiꝝ fili⁹ fact⁹ ē obediēs vsq; ad mortē: mortē aūt onerosam ⁊ opprobriosā: qꝛ mortē crucis. Cui ḡ pep̄cit: q̄ ꝓprio filio suo nō pep̄cit: s; ꝑ oīb⁹ nob̄ tradidit illum? Spūi scō: Nequaq̄: qꝛ ⁊ ip̄e ī misteriū missus ē ad ꝯfirmādos videlicet quos filius īstruxerat. Magna ḡ op̄a dn̄i: et exq̄sita ad recuperādū hoīez: ꝑ quo deputant̄ angeli ad mīstrādū: fili⁹ ad īstruēduz: spūs sanct⁹ ad ꝯfirmādū. S; q̄re ꝑ filiū ꝯuersantē corporaliter cū discipulis nō sunt ꝯfirmati: sic̄ ⁊ īstructi. Cōuersanti q̄dē cū ipsis mag̅ro ⁊ dn̄o nequaq̄ firmi erāt: q̄ eousq; īfirmi ⁊ tepidi inuēti sunt: vt fieret iter eos ꝯtentio q̄s eoꝝ videret̄ eē maior: ⁊ vt dictum ē Relicto eo oēs fugerunt. Vn̄ d̄r ad illos. Expedit vob̄ vt ego vadā. Nisi enī abiero paclyt⁹ nō veniet Cū aūt assūpt⁹ fuero mittā eū ad vos. Quāto nimiꝝ recessit longi⁹ humanitas: tāto ꝓpīqui⁹ accessit diuinitas Vn̄ luce clari⁹ patet q̄ corpal̄ xp̄i p̄n̄tia q̄ frui tp̄al̄r letabant̄ diuini saporis gustū interi⁹ excludebat: sine quo nulla sentit̄ spūalis dulcedo vl̄ dilectio: nec aliq̄ acq̄rit̄ boni ꝓpositi vl̄ op̄is confirmatio. Quid iter omnia corporea: q̄d inq̄ sancti⁹ corp̄e xp̄i? De ei⁹ tn̄ p̄n̄tia qua querebāt apl̄i cōsolari nec igne sancti spūs accēdebant̄: nec virtute eiusdē corroborabant̄. Renuat ḡ necesse ē aīa n̄r̄a ꝯsolari ī vanitatib⁹ huius seculi rebusq; corp̄alib⁹. Renuat inq̄ ꝯsolari de p̄n̄tia mundi vt delectet̄ ī memoria dei: qꝛ sicut nemo pōt duob⁹ dn̄is seruire sic dei ⁊ mundi fil̄: nemo pōt sentire dulcedinē. In vsu ḡ vestiū: ī ꝯstructiōe edificioꝝ ꝯsideretur necessitas: sed damnet̄ sup̄fluitas. Qui enī circa huiusmodi delectabil̄r occupant̄ ab amore dei miserabiliter alienant̄. Hac ḡ de cā assumpto corp̄aliter ī celo mediatore dei ⁊ hominū missus ē apl̄is paclit⁹ ali⁹. tāto gratior quanto fortior. Quo nimiꝝ suscepto fortes facti sunt ī bello: qꝛ obturauerūt ossa leonū: extinxerūt īpetū ignis: effugarunt aciē gladij: ꝯualuerūt de īfirmitatibus suis. Et hic paclyt⁹ ē spūs dn̄i: de quo scriptū est: Quia repleuit orbē terraꝝ: ⁊ is q̄ ꝯtinet oīa sciaz h; vocis. Spūs sanct⁹ mul̄tiplicitatē h; donoꝝ: quoꝝ vnū ē q̄d ē scia vocis: ī cui⁹ datiōe repl̄e d̄r orbem terraꝝ. Septē sūt dona spūs scī. Primū ⁊ secūduz ⁊ quartū ⁊ q̄ntū sūt merita: tertiū ⁊ sextuz sunt p̄mia: septimū .i. sapīa q̄ ī altis habitat nō plenarie: nō ꝑfecte pōt h̄ri ī hoc sc̄lo: s; ī futuro: Ibi tātū ꝑfecte habebit̄: qꝛ deus erit oīa ī oīb⁹. In tertio te q̄si lōgo itinere fatigatū: quo nimiꝝ ꝑ abruptas timoris ac pietatis semitas anxi⁹ laborasti excipit ⁊ letificat ꝯsolatio. Perueniētē vo ad sexū īpinguat solidat ⁊ letificat ꝯtēplatio. Rediens enī de regiōe dissimilitudinis mō ꝑ aspera timoris: mō ꝑ plana pietatis incedis: ⁊ dolorē ⁊ tribulationē īuenis: carnis onerat⁹ desiderijs: quibus te obedire: nec sancti ꝓpositi intentio: nec conuersatiōis p̄mittit īstitutio. Duz ergo carnalibus de quasi feruētibus desiderijs adhuc que in te sentis que incitant et non consentis in amaritudine moratur oculus tuus: dum caro repugnat aduersus spirituz: spiritus autem aduersus carnem: voluntate que in legez peccati captiua ducta est carni potius q̄ rationi conscientie: dum ergo in tanta spiritus angustia voluntate tua aliud desiderante:

⁊ ad ipſū rōni ſcarne licet inuita aliđ opāte
ne ſubitrāte frāgaris diſpatiōe necīa ē ,ti
bi ꝯſolatio: quā grā miſtret vel itra lachry-
mas cōpunctōis vł iter ſuſpiria deuotiōis
Hanc conſolationē inuenis in ſcientia vo
cis ideſt in cognitiōe orationis: qñ videli-
cet dirigit oratio tua: ſicut icenſuȝ in cōſpe
ctu dei: qđ eſt ſacrificiū matutinū: vt ſequa
tur eleuatio manuū tuarum qđ eſt ſacrifi-
cium veſpertinum: nam ſicut dicit apoſto-
lus: quid oremus ſicut oṗtet neſcimus: ſed
ſpūs adiuuat infirmitatem noſtram q po-
ſtulat ꝓ nobis gemitibꝰ inenarrabilibus.
Dulces ⁊ ſuaues ⁊ inenarrabiles ſunt ge-
mitus amātis: q tñ dicunt potius ſpūs q̄ȝ
hoīs. Si eni locutꝰ eſt ſpūs in patribus no
ſtris añ tribunalia: an nō loquet obſecro
ante altaria filijs? Si locutꝰ eſt in illis ꝓ de
fendenda veritate: cur nō loqtur in iſtis ꝓ
īpetranda ſalute? Ideo nāqȝ veritatis pre
miſſa ē defenſio: vt ſalutis ſequeret inuētio
Gemit ḡ ſpūs ⁊ more colūbe gemitꝰ in amo
re: q nimirū ꝑ colūbam deſignatus eſt. Si-
cut eni nos nō ſumus q loqmur: ſed ſpūs
patris vr̄i q loquit in vobis: ita nos nō ſu-
mus q orādo gemimus. ſed ſpūs orat ⁊ ge-
mit in nobis. Gemitus iſte nō eſt hoīs nec
ab hoīe accipit: ſed eſt donū ꝑfectū: deſcē-
dens a p̄re luminū: qui in noīe filij mittit
ſpūm: vt ducat nos ad viā rectā ⁊ doceat fa
cere bonā ⁊ bñplacentē ⁊ ꝑfectā voluntatē
ſuam. Gemit ḡ ſpūs: orat ſpūs. Qui enim
datus eſt in linguis igneis: cur non ſit nob
līgua in oratiōe ⁊ ignis in dilectiōe q ignis
eſt cōſumēs rubiginē peccatoꝝ: ⁊ lingua ē
poſtulās grām meritoꝝ. Ubi ergo poſtu-
lat in nobis ibi dat orādi ſciam. Ad hanc
oratiōis notitiam in qua cōtra ardorē car-
nis ⁊ infeſtationē demonū iocūde cōſolati
onis ſentit refrigeriū: ꝑ timorē ac pietateȝ
accendit. Per timorē q̄rimus veniā ⁊ per
pietatē iuenimus q̄ſitam. Scriptū eſt eniȝ
A timore tuo dñe cōcepimus: q: multotieſ
boni cōcepimus ꝓpoſitū magis timore ge
hēne q̄ȝ amore vite eterne. Pietas aūt eſt
cultus dei. Colit deus in vigilijs ⁊ ieiunijs
in laboribus ⁊ anguſtijs: ſicut ſcriptū eſt.
Oēs q pie volūt viuē in xp̄o oportet: mul-
tas tribulatiōes pati. Veniā ḡ quā grimꝰ re
linquēdo ſclm̄ iuenimꝰ querēdo ⁊ colēdo
deū. Seruꝰ nō manet i domo in eternū. Et
tñ initiū ſapie ē timor dñi. Sapia dicit a ſa
pore ⁊ ipaȝ nō hēt maliuola aīa in quā non
introibit ſapia: ſȝ hūilis ⁊ beniuola cui ſoli
ſapit dñs deus. Sapit deꝰ tm̄ timēti ⁊ amā
ti eū. Dixit .n. inſipiēs i corde ſuo ideſt q ē
ſine ſapore bono in corde ſuo. Quicqd ſo-
net in ore nō ē deꝰ. Labia cordis ſunt timor
Si ḡ timor ē ſapie meditatio ⁊ ichoatio: qd
melius q̄ȝ amor ē ipſius ꝯſumatio? Qđ .n.
ichoat in timore in amore ꝑficit. Incheat
ꝓinde in īfimis: q: infixis ī limo ꝓfundi ⁊
iacētibꝰ in lacu miſerie ⁊ luto fecis: ſȝ cōſu-
mat in altiſſimis. Unde ⁊ ipa ſapia dicit.
Ego in altiſſimis hito. Ad hanc cōſumatio
nē nullus mortaliū pōt ꝑuenire: q: nec ſcō-
rū aīe īmo nec angelici ſpūs huiuſmōi cō-
ſumationē credunt adhuc ꝑcepiſſe. Unde
apl's. Deo ꝓ nobis melius ꝓuidēte ne ſine
nobis ꝯſumarent. Quō eni cōſumati erūt
quouſqȝ in miniſteriū deputati q̄rent re-
ſtaurationeȝ ſemirupte ciuitatis ſue? q q̄ȝ
diu erit iꝑfcā ꝯſumatio nō erit. Unde apo
ſtolus. Deinde ⁊ finis ideſt ꝯſumatio cuȝ
tradidit regnū dñi ⁊ p̄ri. Q̄diu i regno dī
ideſt ī ſcā eccl'ia q̄daȝ remittēda ſunt ꝑ mi-
ſericordiā quedā puniēda ꝑ iudiciū regnū fi
lius obtinē dī: q: p̄r nō iudicat quēqȝ ſȝ oē
iudiciū dedit filio: Peracto vo iuditio ab
latis iā de regno eiꝰ oībꝰ ſcandal' ablatoqȝ
īpio ne videat gl'iam dei tūc filius tradet
regnū p̄ri. Abinde eni videbit ſicuti eſt fa
cie ad faciē illa diuinitatis maieſtas: ⁊ deꝰ
erit oīa in oībus. Ad p̄rem ſiqdē ꝑtinet po
tētia ad quā ſuſpirās cātabat ꝓpheta. In-
troibo ī potētias dñi donec mēorabor iuſti
tie tue ſoliꝰ. Differamꝰ in pñs ſiē ad fruen
dū ita ad loq̄ndū de hac excellētiſſima ꝯſu
matiōe: ⁊ de quadā īferiori ꝑfcā tñ agamꝰ
īteri q ꝑfectio charitatis nūcupat: de q dī
ꝑfcā charitas foras mittit timorē. Sicāut
hec ꝑfectio charitatis ſuilir neſcit timē: ita
timor īchoatiuꝰ neſcit amare filial'ir. Huiꝰ
timoris affectꝰ nō amore non deſiderio pa-
trie celeſtis ſed ſolo timore eterni ſupplicij
carnis deſideria refrenare dicitur: vt tibi

dicenti nō facies furtū merito respōdeat.
Nō pasces in cruce coruos. Declinare eni
a malo nō amore boni: sꝫ timore supplicij: p̄
miū nō meret. Morari ergo in hoc gradu
seruilis timoris valde piculosuꝫ est q: seruꝰ
nō manet in domo in eternū. Ascēdere aūt
ad gradū pfecte charitatis arduū est ꝛ gra
ue: nec est ꝓfecto incipiētiū: sed diutissime
exercitatoꝝ. Quid ḡ restat cōsilij? Si non
potes tm̄ esse filius: noli tm̄ esse seruus. Si
nō potes tm̄ amare: noli solū timere: Sed
esto in medio timēs ꝛ amans: ꝛ hoc est fm̄
psalmistā dormire inter duos cleros medi
os. Ubi duo cleri sunt medij quattuor ad
minus esse necessariū est. Clerus sors inter
pretat. Has quattuor sortes habes in aplo
Que sunt ille? Predestinatio vocatio iusti
ficatio glorificatio. Predestinatio fit p solā
miam: glorificatio p iustitiā. Est eni iustuꝫ
vt p̄destinatꝰ glorificet nō q: meruit: sꝫ q:
deus ꝓmisit. Uocatio aūt in timore sed in
amore fit iustificatio: q: qđ p timorē incipi
mus p amorē pficimꝰ. Est ergo vocatio ab
renūciatiōis inchoatio iustificatio viuēdi
p̄fectio. Illud vt dictū est timoris: istud est
amoris. Nō expedit tibi diu morari in vo-
catione: cui nimirū ꝓficere est necessariuꝫ.
Porro ad pfectionē viuēdi repente nō po
tes ascendere: q: nemo repēte fit summus
In altero ergo horum graduum potes in
altero debes morari: sed in quo potes non
debes ī quo debes nō potes. Esto ergo vt
diximus in medio timens ꝛ amans: quate
nus modo cōpunctio modo ex amore ꝓce-
dat deuotio. Gradus iste compositus val
de vtilis est ꝛ si non pfectus: in quo qdem
declinas malum amando ꝓficis in bonuꝫ
In hoc gradu timoris potest coli deus ꝛ
homo saluari. Uide tamen ne cum deum
colendum ꝓposueris te ipsum vel creaturā
aliā colere inueniaris. Illum eni colis cu-
ius voluntatem facis. Unde dn̄s. Quid
vocatis me domine domine ꝛ non facitis
que dico? Et iteruꝫ. Non omnis qui dicit
mihi domine domine intrabit in regnum
celorum: sed qui facit voluntatem patris
mei qui in celis est ille itrabit in regnū celo
rum. Noli esse deus tuus. Deus oīpotens
nō impotens colendus est. Abijce ꝓpriam
voluntatem tuam: et ꝓpter deum alterius
subseruias voluntati: ꝛ eius regaris arbi-
trio: ꝛ profecto creaturam nō coles sed cre
atorem: nō homini impotenti: sed deo om-
nipotenti seruies. Alioquin nō presumas
de vigilijs ꝛ ieiunijs ꝛ laboribus tuis. Ex-
ercitatio nāqꝫ corporalis ad modicum va-
let: pietas autem ad omnia vtilis est. Pie-
tas est colere deum. Colere deum nihil ali
ud est q̄ꝫ voluntatem eius facere. Uolun-
tas autem eius in duobus maxime cogno-
scitur: in bono videlicet continentie: ꝛ ope
ribꝰ misericordie. De cōtinētia dicit apls:
Hec est voluntas dei: sanctificatio vestra:
vt sciat vnusquisqꝫ vas suū possidere ī san
ctificatiōe ꝛ honore. De beneficētia dicit
idē: Beneficētie ꝛ cōmunionis nolite ob-
liuisci. Talibus enim hostijs ꝓmeret deus
Cōstat enim q: in oblatiōe hostiaꝝ delecta
tur deꝰ: qbus nobis ꝓpiciat: et in die iudi-
cij iustis pmia ē redditurus. Opa mīe cau
sam esse p̄mioꝝ ostendit dicens: Esuriui ꝛ
dedistis mihi manducare ꝛc̄. Hāc eādem
misericordiā: quia iniusti non exhibuerūt
a conspectu diuino auulsi mittendi sunt in
ignē eternū: quibꝰ nimirū dicit Ite male-
dicti in ignē eternū. Esuriui eni ꝛ nō dedi-
stis mihi manducare ꝛc̄. Patet ergo sūme
placere deo miam: cuiꝰ amatores ad vitam
eternā vocādi sunt: ꝯtēptores eius tradēdi
in ignē eternū. Iudiciū sine mīa illi fiet: q
nō fecit miaꝫ. Propter hoc dicit pietas ꝓ-
missionē habē vite q̄ nūc ē ꝛ future. Quid
ꝓmittit deus de his q̄ nob in p̄nti sunt ne-
cessaria? Date inqt ꝛ dabit vobis. Et alibi
Primū querite regnū dei ꝛ iustitiā eius: ꝛ
hec oīa adijcient vob. Si ergo multuꝫ vis
acquirere multa ꝛ tribue: q: eadē qdē men
sura q̄ mensi fueritis remetietur vobis. Si
preter meritoꝝ tuoꝝ retributionē vis gra-
tis habē tpalia: q̄re regnū dei ꝛ iustitiā eiꝰ:
ꝛ hec oīa videlicet tpalia non reddent pro
meritis: sꝫ premijs gratis adijcient. Hāc ḡ
ꝓmissionē vite q̄ nūc est habet pietas. Ipa
eni est q̄ danti datur. Ipa est qua ad regnū
dei qđ est eius premiū tpalia adijciunt. Ha
bet etiaꝫ ꝓmissionē vite future: quia beati

misericordes qm̃ ipsi misericordiã ꝯsequẽẗ
Quã? Venite bñdicti patris mei ⁊c̃. Tibi
⁊ proximo ⁊ deo: pietas ergo ad omnia vti
lis est. Tibi cui iustificatio cõcediẗ: ꝓximo
cui mĩa impẽditur: deo cuius volũtas im-
pletur. Est inq̃ȝ vtilis ad oĩa: q2 ad cõtinẽ-
dum: ad miserandũ ad deo placẽdum. De
hac loquẽs apl̃s. Habeamus inq̃t grãm ꝑ
quã suiamus deo placẽtes cũ metu ⁊ reue
rẽtia. Pietas siq̃dẽ quasi ꝓpriũ habet reue
reri: hoc ẽ: ex quodã deuotiõis affectu alijs
deferre. Sicut aũt in deo ẽ iustitia ⁊ mĩa ita
in hoĩe debet esse metus ⁊ reuerẽtia: vt me
tus ad iustitiã: reuerẽtia cõferaẗ ad mĩam
Si enĩ mirabiliter ẽ metuẽdus q2 districte
iustus ẽ mirabiliꝰ vtiq̃ȝ reuerẽdus ẽ: q2 dul
cis ⁊ misericors est. Timẽti aũt ⁊ reuerẽti
datur ascẽdere ad tertiũ donũ spũs scĩ. s. ad
sciẽtiam. Scientiã dico vocis: idest ad no-
titiã rõnis. In dono huius gratie diciẗ spi
ritus dñi replere orbẽ terraꝝ. Sic enĩ scri-
ptum ẽ. Spũs dñi repleuit orbẽ terraꝝ. Et
is q̃ continet oĩa sciam habet vocis. Acsi
diceret. Is q̃ cõtinet oĩa carismata replen-
do orbẽ terraꝝ sciam habet vocis: idest ꝑ
orõnẽ replet orbẽ. Vbi habeẗ ĩ latino orbẽ
terraꝝ habeẗ in greco inhabitatũ. Inhabi
tata terra diciẗ: q̃ iam culta ẽ: fruẽdisq̃ȝ cõ-
moda segetibus. Per hanc significatio ter
ra cordis humani: vomere exarata discipli
ne ⁊ diligẽtie studio ex horrore deserti trã-
siẽs ad pulchritudinẽ campi. Licet enĩ eẽt
inanis ⁊ vacua spũs dñi ferebaẗ sup aquas
carnalium desideriorũ: vt eas calore suo
siccaret: terrãq̃ȝ inutilẽ ad fructificanduȝ
repararet. Cor nãq̃ȝ humanũ dum carnali-
bus deditum est desiderijs quasi terra est
aquis suffocata: vt ꝑ multitudine iniq̃tatis
sue videre non possit celum: ⁊ solis iustitie
radijs exsiccari. Est ergo neccium sic factis
discursibus q̃bus defluant aque appareat
arida. Qđ fit ꝑ timorẽ. Timore siq̃dem de
sertum cordis ꝯtinẽte fiunt q̃bꝰdã curricu
lis ꝯfessionis: ꝑ quos paulatĩ lubrica car-
nis effluant desideria: q̃ quidẽ decrescere
cõsuescũt dum opibus desiderioꝝ carnis
cõpleri desuescũt. Fit ergo firmamẽtũ pro
positi boni in medio aquarum ⁊ diuiduntẗ

aque ab aquis: idest spũalia a carnalibus
desiderijs: vt scilicet firmitate ꝓpositi cor-
pus castigeẗ ⁊ caro redigaẗ ĩ seruitutẽ: ⁊ q̃
diu sub carnis torpuit dñio ad ãteriora spi
ritus extẽdaẗ. Aquis diffugiẽtibus appa-
rẽs iam arida: mundũ est habilis ad semen
recipiendũ: sed q̃ siccata est ꝑ timorẽ planã
da ⁊ colẽda est ꝑ pietatem. Pietas enĩ ẽ cul
tus dei. Vomere ergo discipline mõtes ⁊
colles tumẽtis sup̃bie hũiliãdi sunt ac scẽ
ꝯuersatiõis ligonibꝰ succrescẽtes libidinũ
frutices exturpandi: vt pinguescẽt spetiosa
deserti ⁊ valles impleanẗ frumẽto cõpũcti
onis de qua diciẗ. Fuerũt mihi lachryme
mee panes die ac nocte. Que ĩpletio fit in
sciẽtia vocis dñi spũs: iam replentis orbis
terraꝝ inhabitaturã. Virtus siquidẽ orõ-
nis virtutũ acq̃rit seminaria q̃ ad ꝑfectio-
nẽ accrescãt: ⁊ in tp̃e maturescãt oportuno
Sic ergo terra cordis spũ scõ de sup̃nis illa
pso ꝑ timorẽ fit siccaẗ: ꝑ pietatẽ plana: ꝑ sciẽ
tiã plena. Hec terra cordis scis fecũda se-
minibꝰ in augmẽto fidei incepit virescẽ: de
lectabilis ad videndũ ⁊ ad possedendũ ex-
pectabilis. Timor eius ⁊ pietas sunt quasi
via: q̃bus vt diximꝰ ꝑueniaẗ ad p̃miũ sciẽ
apud quã pasciẗ aĩa pane lachrymarũ: ⁊ in
fortitudine cibi illius ambulat multis die-
bus. Recepto iam semine terre cordis for-
titudo necessaria ẽ: ne scm̃ susceptũ leuiter
amittat vel arescẽs salibus vel liquescens
imbribus. Deinde neccĩuȝ ẽ ꝯsilio quo totũ
cultoꝝ edificiũ sepiaẗ: ne reptilia quoꝝ nõ
est numerꝰ latas cõculcẽt segetes: quo etiã
velut quodã sarculo sup̃fluitas herbarũ ꝑ
se nascentiũ amputeẗ: ne pullulãtibꝰ pctõꝝ
occasionibꝰ seges aĩe suffoceẗ. Ad qđ q̃d
iam neccĩuȝ q̃ȝ ꝯsiliũ? De quo nimiꝝ diciẗ
Oĩa fac cum ꝯsilio: ⁊ post factũ nõ penite
bit. Ne aũt diuersitate ꝑturberis ꝯsilioꝝ
diciẗ tibi. Mille tibi sint amici ⁊ vnus cõ-
siliarius de mille. Vnitatis cõsiliariũ q̃re
nec singularitas admittaẗ. Quare? Quia
singularis ferus depastus est eam. Quã?
Vineã dñi: q̃ iam extendit palmites suos
vsq̃ȝ ad mare: ⁊ vsq̃ȝ ad flumẽ ꝓpagines eiꝰ
Hec plane si consilij sepibus circũquaq̃ȝ
muniaẗ: iam porte inferi nõ p̃ualebũt ad-

uersus eã. Que sunt porte? Praua ꝯsilia: siue inspirata a demõe siue ꝑ hoĩez missa: q̃ primũ corrũpunt bonos mores: deinde putride odorationis fetorẽ emittũt. Que merito dicunt̃ porte inferi: q꞉ portẽt ad inferos. Ipe sathanas trãsfigurat se in angelum lucis: ⁊ quos iam reuocare non põt ꝑ carnis oblectamẽta conat̃ subuertẽ in spiritualibꝰ desiderijs. Sed vnitatis ꝯsiliarius nõ ignorat astutias eius.

¶ In festo sacratissimi corporis xp̃i de sacramẽto altaris. Sermo vnicus.

c ij



Panem angelorum mãducauit hõ. Os nr̃m patet ad vos dñi ac reuerẽdi sacerdotes. Series ista q̃ ĩ auribus vr̃is recitata est: licet in v̀bis succincta sit: sensuũ tñ spũaliũ maiestate multũ ẽ fecũda. Uobis aũt potissime incũbit p̃ ceteris audire attẽtius qȯ ꝓponimus ⁊ qȯ deo auctore ꝓseq̄ tẽtabimus. Nec solũ audire sꝫ ⁊ fidelius reponere: ⁊ tanq̃ꝫ aĩalia mũda ꝓpensius debetis ruminare. Btũs ille dauid ꝓphetaꝝ eximius acceptꝰ ⁊ charissimus dei viuẽtis raptꝰ in spũ añ sedentẽ in throno legerat in quodã misterioꝝ sanctuario q̃ ⁊ quãta dñs naufragãti mũdi ꝑ vr̃m clemẽtius erat exhibiturꝰ officiũ: qui ⁊ tanq̃ꝫ amicissimꝰ nr̃ ꝯsilij celestis factus inter p̃res gratulãdo psallebat dicẽs. Panẽ angeloꝝ mãducauit hõ. Uñ ad exp̃mẽdam rei tã fructuose certitudinẽ: signãter elegit ponẽ p̃teritũ ꝓ futuro: panẽ ingens angeloꝝ mãducauit hõ. O stupẽda dei miseratio. Uerbũ carnẽ: deꝰ cinerẽ: figulus lutũ: vita morticinũ induit: vt iumẽta mãducarẽt. Hõ enĩ cũ in honore esset nõ intellexit: cõpatus est iumẽtis insipiẽtibꝰ: ⁊ silis factus ẽ illis. Nõ indignũ imo festiuũ ẽ recolere in quãta sublimitate ꝯditus hõ fuerit sed ⁊ ope p̃ciũ est ꝯsequẽter attẽdere q̃ꝫ grauiter corruerit: minus pẽsando qd ex se vel qd esset ex deo. Primus itaq̃ꝫ parẽs nr̃ padisi accola cõstitutus: dñs terre stabilitus: ciuis hierusalẽ ciuitatis sup̃ne designatus: domesticus dñi sabbaoth factꝰ est Eius amore ⁊ cognitione ditatus est ꝯsors angeloꝝ: frater ⁊ coheres celestium virtutuꝫ: nihil prorsus indigentie: nihil sentiẽs molestie. Cui erant in promptu que postulabat: non dico necessitas sed ⁊ pia voluntas: cum nihil esset in aĩma q꞉ offenderet nihil in corpore q꞉ puderet. Hec erat dignitas hominis prosperari ⁊ florere in p̃missis: ⁊ hoc ex deo. Sed positus in honore quid ex se esset non intellexit: limus videlicet ⁊ puluis folium aridum stipula sicca: lutea et fragilis testa pellis morticina: sed intumuit ⁊ plane desipuit honoris fastidio delectatus: ⁊ continuo in se expertꝰ est quod tãto post tẽpore homo de filijs captiuitatis prudenter aduertit ⁊ veraciter protulit dicens. Qui se putat esse aliquid cũ nihil sit: ipe se seducit. Ue misero: q꞉ nõ fuit qui tunc diceret ei. Quid superbis terra ⁊ cinis? Repentina ergo conuersiõe seipsum inuenit miser homo propter infirmitatem iacentem in stabulo. Stabuluꝫ quippe mundus est: ⁊ propter pecorinam similitudinem indigens feno. Ea propter cibus sup̃celestis mutauit se ĩ pabulum pecoris: hoĩe mutato in pecus. Panis enĩ angeloꝝ factus est fenũ: vnicus patris filius hominis. Uerbum quippe caro factum est: et iuxta prophetam omnis caro fenum. Comedunt igitur angeli verbuꝫ de deo natũ comedunt homines verbum fenum factũ Pane suo viuunt angeli in celis ⁊ bti sunt feno suo viuunt homines in terris ⁊ sancti sunt. Et enim quippe istud de prato virginalis vteri collectum: factuꝫ est refectio iumentoꝝ. Uerbũ enĩ vt fenum fieret latuit in virgine: sol in sidere: oriens in vespe: artifex in opere. Hoc autem liberalioris magnificentie donũ contulit nobis primo in loco sacrosancta verbi patris incarnatio: ⁊ vos secundario de die in dieꝫ hoc nobis exhibẽdo ministratis excollate potestatis officio O p̃clara. O venerãda potestas vr̃a Certe nõ est potestas post deũ: sicͭ potestas vestra. Forsitan scire vultis aptius q̃ nam sit tanta potestas: cui nihil in celo nihil in terra põt cõpari. Ad qȯ ergo. Consecrare videlicꝫ corpꝰ ⁊ sanguineꝫ dñi. Sup p̃tãte vestra sup tã insigni p̃uilegio vestro stupet

celū: mirat terra: ɔtremiscit hō: reueretur
plurimū angelica celsitudo. Sꝫ vñ hoc no-
bis pijssime ihu: vt nos vermiculi reptātes
sup terrā nos inq̄ q pulvis sum⁹ ⁊ cinis te
pn̄te hīc mereamur ꝑ manib⁹ pre oculis:
quo tot⁹ ⁊ integer sedes ad dexterā pr̄is q
etiā vni⁹ hore momēto a solis ortu vsq̄ ad
occasum ab aqlone ad austꝝ pstō es oibus
vn⁹ in multis idē in diuersis locis? Unde
inq̄ hoc? Certe nō ex debito: certe non ex
merito nr̄o: ſꝫ ex volūtarie dulcedinis tue
bn̄placito. Parasti .n. i dulcedine tua pau-
peri de⁹. Paup qdē fuit: sed ē nūc ꝑdiues
gen⁹ humanū: cui bonū istud celit⁹ ē indul
tū. Hec ē vere celestis indulgētia: hec ē ve
re cumulata grā: hec est vere supexcellens
gloria: sacerdotē deū suū tenere ⁊ alijs dā-
do porrigere. O noua ⁊ non nisi diuina po
testas: de cui⁹ ministerio panis angelorum
panis vite mortalib⁹ quottidie ꝑparatur.
Panis iste p excellētiā dr̄ eucharistia .i. bo
na grā. In hoc .n. sacramēto nō solū queli-
bet grā: sed ille a quo ē oīs grā sumit. Xp̄s
enim p salute mūdi semel factus est hostia
salutaris ⁊ recōciliatio generalis: omnib⁹
sacramētis tam ꝑcedēt b⁹ q̄ʒ sequētib⁹ vir-
tutē dedit ⁊ efficatiam: vt ex tāta ⁊ tali ho-
stia sāctificarent oēs liberādi p illā. Uñ le
git q agn⁹ occisus ē ab initio seculi. Quid
enim ē hoc occisus ē ab initio? His scilicet
q fuerūt ab initio hoc ē ad redēptionem ⁊
ad salutē ad recōciliationē eoꝝ que fuerūt
ab initio. Ita vt p hoc q dr̄ ab initio deter
minet nō tēpus occisiōis sed salutis. Pri⁹
enī mors ei⁹ pfuit q̄ʒ fuit: prius pmissio de
inde exhibitio. Ab initio igitur seculi occi-
sus ē: q2 ab initio seculi illi fuerūt p qb⁹ in
fine seculi ē occisus. Benignissime iesu no
bile satis sponse tue dotalitiū indulsisti: vt
vel sic teneret columba tua dulcissimū me-
moriale dilecti sui. Xp̄s enī ꝑdie q̄ʒ patere
tur discipulis suis hui⁹ sacramēti formā ꝑ-
scripsit: efficaciā explicauit: ⁊ fieri ꝑcepit.
Forme ꝑscriptio in pane ⁊ vino hec ē. Mo
tate ordinē. Cū adhuc cenaret in mēsa sur-
rexit discipulorū pedes dn̄s vniuersitatis
lauit: dehinc ad mensam regressus ordina
uit sacrificiū corpis ⁊ sanguinis sui: seorsū
panē seorsum tradēs ⁊ vinū: de pane ita di
cēs: Accipite ⁊ comedite hoc ē enim corp⁹
meum: de vino aūt sic: Bibite ex hoc oēs.
Hic ē enī sanguis me⁹ q p multis effundet
i remissionē pctoꝝ. Effundet dictū ē quasi
passim ⁊ vtiliter: quē vtiq̄ pūcture veprū
fossio manuū ⁊ pedum cum clauis: lateris
apertio cū lancea militari sine vlla mīa ex-
traxerunt atq̄ fuderunt. Erat tn̄ sanguis
ille preciosior omni balsamo: per quem cor
dium nostrarum facta est mundatio. Chri
stus vero in illa cena fuit munerans ⁊ mu
nus: cibans ⁊ cibus: conuiua et conuiuiū:
offerēs ⁊ oblatum. Audistis sacramēti for-
mā: audite efficaciaꝫ. Ex cōmuniōe corpis
⁊ sanguinis dn̄i: ⁊ nos iesu xp̄o ⁊ iesus xp̄s
nob veritate federamur inenarrabili. Sic
n. ip̄e dicit: Qui mādūcat meā carnē: ⁊ bi
bit meū sanguinē in me manet ⁊ ego in eo.
De bonis tn̄ ⁊ digne sumentib⁹: hoc dūta
xat sentiēdū ē: nō de flagitiosis ⁊ indignis
Sane in mēsa vna in cena vna dn̄i de vno
pane ɔsecrato petr⁹ ⁊ iudas accepit: bon⁹ i
beneficiū: pessim⁹ in testimoniū: bonus i sa
lutē: pessimus in mortem. Q̄d totū vsq̄ ad
huc in ecclesia cōplet in sacramēto altaris:
bonis quidē in bonuꝫ sumētibus canibus
vo ⁊ imūdis nō sic. Canes sunt q irreuerē
ter ⁊ indigne accedūt: ⁊ ideo iam iudicati
abscedūt. Qui enī sm carnē viuunt ⁊ post
carnalia euagant: cathena vitioꝝ cōpediti
cū iuda pditore venenū accipiūt: ⁊ suspen
dij spiritalis laqueū incurrunt grauissime
ɔdēnandi: tuꝫ p multiplici reatu: tum p sa
cri cibi ɔtēptu quē sacramētaliter solūmo
do suscipiūt ⁊ nō virtuose: quē solū recipi-
unt in essentia ⁊ nō in efficientia. An nō di
scernet inter glebas: q discernit ⁊ inter stel
las. Examinabit certe argētū q ip̄ꝫ quoq̄
aurum pbauit ⁊ reprobauit. Ecce audistis
fructū ⁊ vtilitatē bonoꝝ cōmunicātiū: au-
distis etiā ⁊ expauistis vt credo pditioneꝫ
maloꝝ: audite modo ⁊ obstupescentes ad-
miramini: nulli angeloꝝ: nullis supnis spi-
ritibus sed solis hominibus: nec tamē om-
nibus sed tn̄ ordini vestro mandatam esse
tāti celebrationē sacramenti: vt cōsecrato
sacerdote prorsus idē ip̄m efficiat in altari

qd̄ xp̄s effecit manibus suis venerabilib⁹
i cena paschali. Expositis itaqꝫ forma ⁊ effi
catia sacramēti: restat dicēdum: quibus in
verbis istud mādauerit celebrādū. Hoc fa
cite ait dn̄s in meā cōmemorationē. O ver
ba nimis affectuosa: o verba pūgitiua ⁊ pe
netratiua vsqꝫ ad animaꝫ. Hoc facite inqt
in meā cōmemorationē. Propheta etiā di-
xerat: Memoriaꝫ abūdātie suauitatis tue
eructabūt. O summe pia ⁊ vere suauis me
moria: annūcians mortē dn̄i donec veniat.
Mors xp̄i opus sine exemplo: humilitas
sine modo: donū sine p̄cio: gr̄a sine merito
Hāc ꝓpter nos subire voluit q peccata no
stra sup̱ lignū in corpore suo portauit: cui⁹
liuore sanati sumus. Quid facis homo in-
digne: qd facis homo ingrate? Adora: de-
uotius recole frequētius in sacramento al
taris salutē mūdi ꝓ te passam: vitā ꝓ te mor
tuā: fortitudinē infirmatā. Si membꝝ xp̄i
es: cōpatere capiti tuo. Si frater xp̄i es: cō
morere fratri tuo: plāge dole cū gemitu et
lachrymis: sup̱ morte p̄ciosa vnigeniti dei
patris. Si nō compatiēdo cōmoreris: deli-
ras: degeneras: beluā sapis: letargiā pate-
ris: hominē diffiteris. Ceterꝝ vt amplius
mouearis: imo vt magis incalescas i amo-
rē tui redēptoris: voluit xp̄s vt colerer per
mysteriū qd̄ semel offerebar in p̄ciū: vt ꝑ-
hēnis illa victima semp̱ tibi viueret in me
moria ⁊ semp̱ tibi p̄ns eēt in gr̄a. Qd̄ ⁊ ita
ē. Licet enim peccatū retrudescat i multis:
generalitas tn̄ originalis culpe ita prorsus
ablata ē leuiathan verme venenato in vir-
tute fulgurātis haste mortis xp̄i iesu trans-
fixo: vt ad expiationem eoꝝ que quottidie
admittunr xp̄m denuo crucifigi non opor
teat: imo sic omniū sufficiēs medicina: si ꝑ
fidē ⁊ imitationē p̄terite mortis habear in
memoria. Xp̄e iesu mortis tue memoria tā-
q̄ꝫ opus pigmētarij: quasi thus redolēs in
diebus estatis: quasi regio aromatū quam
purgēt vicinia solis: quasi flores rosarum i
diebus vernis: ⁊ quasi lilia que sunt i trā-
situ aque. Gratulare sponsa: gaude incōpa
rabiliter: letare singulariter: p̄sidēꝫ habes
⁊ rectorē sponsum tuūꝫ xp̄m in p̄ntis exilij
militia pignus habes arā tenes qꝛ ei felici
ter vnieris in patria. Dilecta et amabilis
sponsa in terra: sponsum tuū habes i sacra-
mento: in celo habitura sine velamēto. Et
hic ⁊ ibi veritas: sed hic paliata ⁊ ibi mani
festa. Hic vtiqꝫ sponsuꝫ habet ecclesia ip̄a
veritate suo ordine: ⁊ si nondum ip̄a puri-
tatis maiestate vl' eternitatis securitate: h
reuera quasi dulce p̄ludiū ⁊ iocūda despō
satio: ibi nuptiale cōuiuiū ⁊ beata fiet con-
iūctio: cū fide ad speciē: de mēse ad mēsam
de sabbato ad sabbatū: de calore panis ad
eternalis cōuiuij calorē trāsibimus. Unde
suspira sponsa et dic cū moyse. Ostēde mi-
hi teip̄m. Nec īmerito. Ip̄e enim qui dul-
cis ē in voce: dulcis in facie: dulcis in noīe
dulcis in op̱e: dulcior apparebit i diuinita
tis visione. Uere dulcis i voce: de cui⁹ ore
mel ⁊ lac ꝓcedit: diffusa ē enim gratia in la
bijs tuis. Uere dulcis in facie. Speciosus
enim ē nō solū p̄ filijs hominū: sed etiā pre
milibus angeloꝝ. Uere dulcis in noīe: dul
ce enim nomen ⁊ suaue iesus cōsecratū ab
eterno: nūciatū ab angelo: ꝓphetatū salo-
monis oraculo q ait: Oleū effusum nomen
tuū. Nō ē enim aliud nomē in quo nos sa
uari oporteat: nā ip̄e solus ē qui saluum fa
cit populū suum a peccatis eoꝝ. Uere dul
cis in op̱e: in celebratis miraculis: in pec-
catoribus conuersis: in sacramēto preciose
mortis qd̄ pre omnibus blādir humane in
firmitati. In hoc eniꝫ amplius charitas ꝑ-
fulsit: pietas magis emicuit: gratia plus
radiauit. Ceterꝝ lōge dulcior erit in diuini
tatis visiōe qn̄ manifestauit seip̄m residēs
sup̱ soliū excelsum ⁊ eleuatū: ⁊ tūc saciabir
desideriū nostrū: qd̄ ꝓpheta desiderās aie
bat: Tibi dixit cor meum: exquisiuit te faci
es mea: faciē tuā dn̄e requirā. Quid eniꝫ
mihi ē in celo: ⁊ a te quid volui sup̱ terrā?
Et ad iplebis me leticia cū vultu tuo. Pre
ciosior est enim amate faciei visio q̄ꝫ ei⁹ pu-
ter frequēs cōspectio. Nō enim pari omni
no iocūditate sumir cortex sacramēti ⁊ me
dulla frumenti: fides ⁊ species: memoria ⁊
p̄sentia: eternitas ⁊ tempus: speculū ⁊ vul-
tus: forma serui ⁊ imago dei. Hic autē am
bulamus ꝑ fidē: necdū ꝑ speciēꝫ. Interim
deliciari ⁊ gaudere debemus in sacramen

to altaris: in cuius confectione fidelis mi nister inuenit seipsum in medio patris et fi lii et spiritus sancti: astantibus etiam ex om ni latere supnis ordinibus angelorum. Hoc sacramentum pnobile misterium supexcellentis glorie affectat et requirit plurimum a deo festiuam celebritatem psonarum tam illustrium. Quicquid de assensu sacerdotis in illa hora seu pfectu cogitari vel dici potest longe et longe infra dignitatem veritatis est. Ibi delicatus animus boni sacerdotis seipso altior effectus conatur festinat ascendit: crescit p desiderium. Et quemadmodum virgula fumi quanto magis sursum tollitur: tanto magis extenuatur: ita et iste omni terrene concupiscentie nebulam euapo rans totus spiritalis effectus hominem hominem exuit et in abscondito faciei dni conspicere glo riatur. Nec enim ab intuitu propiciatorii et sancti sanctorum: mens pia thurificans et de uotio sacrificans pphibetur. Sed rari sunt quos ad pfunditatis huius cardines pu ritas admittat: quos ad huius culmen san ctitatis integritas capiendo sustulit. Uidet itaque sanctus minister et sentit spiritualiter deum qui pater est omnium p creatorem su um spiritualius esse patrem p dignationem quia ipse est pater omnium pupillorum p gra tiam: quibus videlicet est mortuus pater nequam id est mundus: et mortua mater pes sima .i. carnalis concupiscentia. Beatus q audit qui dicere potest: pater meus et ma ter mea deliquerunt me dominus autem assum psit me. Uidet quoque et sentit filium dei fra trem suum amantissimum esse: qui paruulus pro nobis factus: frater est reuera paruulo rum idest humilium. Narrabo inquit nomen tuum fratribus meis. Uidet etiam et sentit spiritum sanctum a patre procedentem et filio domesticum sibi esse socium fautorem ac defensorem suum: quia ipse est consola tor vere penitentium et aduocatus in se spe rantium. Uidet nihilominus et sentit an gelicos spiritus profectibus suis deuotius applaudentes et vt conciuis ipsorum ascri bi mereatur attentius inhiantes. Ecclesia quidem primitiuorum qui in celis conscripti sunt huic ecclesie quesuspensis organis ad huc suspirat super flumina babilonis ori ginali cogitatione coniungitur: et naturali affinitate moribus et votis vnitur. Ab eo tamque ministro qui huiusmodi est vitulus saginatus: integer et perfectus agnus: agni culus plenus et immaculatus: cum omni suauitate: dulcissimo sapore: gratissima io cunditate percipitur: et sumptus non con sumitur. Cibus enim vite est qui descendit de celo. Potest ne vel estimari quale et quan tum est hoc sanctum sanctorum? hic amor amorum: hec dulcedo omnium dulcedinum? Hec sunt vere festa paschalia: hec sunt gau dia et fercula vitalia iustorum: hec sunt spi rituales delicie sanctorum. Hic bibuntur in loco vberi torrentes lactis: flumina mel lis: liquores balsami celestis: hic efficitur vna caro: sponsa cum sponso: anima sancta cum christo. Experientia horum et similium spiritus est et vita. Nec homo animalis ho rum sensu fruitur vel accessu. Amici vero spon si id est boni episcopi: boni abbates: et cete ri quicunque timorati sacerdotes et veri re ligiosi ad hoc a deo electi gustauerunt et ple nissime sunt experti quod dicimus. Ideoque ad mensam altaris frequentius accedunt omnitempore candida facientes vestimen ta sua idest corpora: prout melius possunt: vtpote deum suum manu et ore contracta turi et colloquentem sibipsis audituri. Ibi enim celebratur familiare colloquium in ter deum et moysen amicum suum et seruum: hoc est amicum bonum et seruum fidelem. Ceterum sermo ille non est sonans: sed est penetrans: non est loquax sed efficax: non obstrepens auribus: sed blandiens affecti bus. Sermo ille non est popularis: sed an gularis et priuatus: non sonat in foro nec au ditur in publico: secretum consilium: secre tum querit auditum. Audituri tali procul dubio dabit deus gaudium et leticiam: si sobria cordis aure pcipitur. Audi israel et tace: dicit dns. Respondet fidelis seruus pie familiari tatis ausu: nec tamen vocali applausu sed suaui planctu: dicens cum samuele. Loquere do mine: quia audit seruus tuus. Et cum pro pheta. Audiam quid loquatur in me domi

nus deus. Certe loquitur ibi christus cum
ministro suo: pensa inquit iugiter: repone
fideliter: amplectere suauiter: quod vides
quod agis quod tenes. Amplectere inquam
pie deuotionis affectu et sancte imitatio-
nis effectu: quasi sciens quoniam talia op-
porteat te preparare: Apparatus mense isti
us non est hominis sed dei: non facinorum
sed misterij: non temporalis alimenti sed
eterni. Qui sum auctor muneris: ipse sum
testis veritatis. Altare cui assistis crucem
quam pro te sustinui representat: calix se-
puchrum in quo mortuus quieui: patena
lapidem suprapositum: corporale sudarium
substratoria corporalis litheamina quibus
inuolutus fui: hostia iam non est panis: sed
caro mea que pependit in cruce pro mun-
di vita. Sane imitatio ista benedictionis
opus est non originis: virtus hoc facit nõ
vsus effectus potentie non cursus nature:
dignatio non ratio: misericordia non mise-
ria: non commune est: sed solum: diuinum est
non humanum: pietatis est sacramentum
non diuinitatis detrimentũ. Cibus iste nõ
est ventris sed mentis. Non enim datus
est ad ruinas sustentãdas huius vite que
vapor est ad modicum parens: sed ad eter
nam vitam anime conferendam. Iste est
panis angelorum qui nescit putrescere: nõ
vadit in secessum sed tendit in excelsum.
Illuc te ducit hominem vnde traxit imagi
nem. Caro autem mea vere est cibus. Si-
militer liquor iste quê vides iã nõ est vinũ
sed sanguis meus: quem pro te fudi in pre-
cium: tibi reseruans in altari poculum in
tua peregrinatione presidium in exitu de
egypto conductum et viaticum. Ego bo-
trus carnis pro salute tua portatus sum ad
torcular crucis: inde eliquatum est mu-
stum tue redẽptionis. Sanguis autem me
us vere est potus. Mira sunt fratres que
legitis de sacramento isto: fides est necessa
ria: scientia rationis superuacua immo no
ciua. Scientia ratione et intellectu colligi-
tur: fides sola auctoritate iudicatur. Hoc sa-
cramentum fides credat intelligentia non
requirat: ne aut non inuentum putet incre
dibile: aut repertum non credat singulare

Hec sunt fratres que necessario fidem exi-
gunt: rationem omnino non admittunt.
Expetunt simplicem creditorem: arguunt
improbum discussorem: et ideo credi opor-
tet salubriter inuestigari non potest vtili-
ter. Hec est ille torrens: quem transuadere
propheta nõ potuit. Nolite itaque querere
quomodo fiat: nolite dubitare vtrum fiat.
Deus enim est: per quem panis misteria-
liter mutatur in carnem. Deus et homo est
qui testatur panem veraciter fieri carnem
suam. Vas electionis est qui minatur iu-
dicium non diiudicanti tam sanctam car-
nem. Idipsum o christiane de vino senti-
as: id honores in vino. Creator vini est qui
vinum prouehit in sanguinem christi. Chri
stus ipse est: cuius testimonio bibens hoc
vinum: bibit sanguinem christi. Doctor gẽ
tium est cuius assertione mortem bibit: bi-
bens indigne sanguinem christi. Et scien-
dum quod aqua mixta cum vino: notat vnio-
onem membrorum cum capite suo. Aque
enim multe: populi multi. Tres autem por
tiões que in altari fiunt de corpore christi
mysticam significationem habent. Est enim
corpus christi vniuersalis ecclesie caput sci
licet cum omnibus mẽbris: et inuenimus in
corpore isto quasi tres partes: ex quibus etiam
totum corpus constat. Una pars est ipsum
caput: quod est christus. Caput enim ca-
put est: et pars corporis est. Itaque caput
ipsum est vna pars corporis: caput inquam quod
iam immortale et incompassibile resurre-
xit: non moriturum neque passurum ampli-
us. Altera pars corporis est in membris
illis que iam cum capite suo: quasi in sab-
bato requiescunt: mirabiliter imortalita-
tis stolam possidentes quãtum ad animas
in celo. De talibus dicitur: Gaudẽt in ce-
lis anime sanctorum. Sunt igitur due iste
partes simul: scilicet caput christus et alte-
ra pars corporis: hoc ẽ boni defuncti: quo
rũ corpora requiescũt ĩ sepulchris et anime
cum christo sunt. Propterea in altari due
partes reseruantur extra calicem quasi ex
tra passionem: quia boni nullum iam sen-
tiunt dolorem: quoniam eis hec priora trã
sierunt. Tertia porcio quam in sanguine

ponimus illam ecclesie partem significat
que calicem domini adhuc bibit hic in ter
ris: idest que christi passionez imitatur cui
in apostolos dictum est: In me pacem ha-
bebitis: in mundo autem pressuraz. Odor
species ⁊ sapor remanent in hoc sacramen-
to ad mysterij ritum: ⁊ ad gustus suffragi
um: vt horror penitus tollatur: ⁊ fides me
ritum sorciatur. Etenim ne humane infir-
tas esum carnis: ⁊ potum sanguinis i sum-
ptione horreret: christus velari et palliari
illa duo voluit sub speciebus panis ⁊ vini:
que inter humani generis victualia tenēt
quodāmodo principatum. Nam ad litte-
ram quidem pre cibis omnibus panis cor
hominis confirmat: ⁊ vinum letificat cor
hominis. Sic vtiqꝫ corpus ⁊ sanguinem su
um sumēda proposuit: vt sensus in vno fo
ueretur ⁊ fides in altero edificaretur. Fo-
uetur enim sensus in vno dum solita tantū
⁊ consueta prospicit: edificatur fides in al-
tero: dum oculo carnis vidēte aliud exteri
us oculus cordis aliud sentit ⁊ reueretur
iterius. Aliud nāqꝫ latet aliud patet: quia
posuit tenebras latibulum suuz. Quemad
modum enim species illic videntur quarū
res vel substantie nō ibi creduntur: sic res
ibi veraciter ⁊ substantialiter presens cre-
ditur cuius species nō cernitur. Videtur
enim species panis ⁊ vini ⁊ substantia pa-
nis ⁊ vini nō creditur: cernitur autem sub
stantia corporis ⁊ sanguinis christi: ⁊ tamē
species nō cernitur. Proponitur igitur spe
cies panis ⁊ vini: vt doceatur plena ⁊ per-
fecta refectio cibi et potus. Cibus autem
⁊ potus hominum est principalis panis et
vinum. Et cum vnum sit sacramētum: tria
ibi discreta proponuntur: scilicet species vi
sibilis: ⁊ veritas corporis: ⁊ virtus gratie
spiritalis. Aliud est visibilis species que vi
sibiliter cernitur: aliud est veritas corporis
que sub visibili specie inuisibiliter creditur
atqꝫ aliud gratia spiritalis que cum corpo-
re ⁊ sanguine inuisibiliter: spiritualiter a so-
lis digne cōmunicātibus percipitur. Tria
quippe in sacramento altaris debes atten-
dere: speciem panis veritatē xpi corporis
virtutē gratie spiritalis. Vsqꝫ ad speciē pa-
nis sensus pertingit exterior: ad veritatez
carnis fides interior: ad virtutē gratie spi-
ritalis charitas superior. Speciē panis ro-
dit aliquādo sorex paruus: veritatē etiam
carnis christi recipit homo pessimus: virtu
tem gratie spiritalis nō ꝑcipit: nisi ad hoc
predestinatus. Qđ itaqꝫ videmus species
est panis ⁊ vini: qđ autez sub specie illa cre
dimus: verū ē corpus christi quod pepēdit
in cruce: ⁊ verꝰ ē sanguis christi: qui fluxit
de latere eius. Comestio illa sacramētalis
quātū ad visibilē speciē ⁊ quantū ad corpo
ris christi veritatem conuenit bonis ⁊ ma
lis cōmuniter. Sed est alia comestio: sicut
iam diximus bonorum solummodo q̄ꝫ per
dei gratiam ⁊ fidem que ex dilectione ope
rantem vite meritum efficit: ⁊ affectus mē
tium in cordibus: vel ministrantium: vel
percipientium intercedente quadam spi-
ritale ⁊ subtiliori vniōe capitis ⁊ membro-
rum. Vnde est illud: vt nobis fiat corpus
⁊ sanguis filij tui. Nobis iquit fiat: fit enī
proculdubio corpus domini in mensa alta-
ris semper cum solēne istud celebratur my
sterium ritu quo debet: sed non semper eis
fit per quos fit. Vnde ⁊ istud etiam oratur
in canone. Vt quotquot ex hac altaris par
ticipatione: sacro sanctum filij tui corpus ⁊
sanguinē sumpserimus: omni benedictiōe
celesti ⁊ gratia repleamur. Non enim om-
nes qui corporaliter corpus domini sumūt
ex participatione altaris: spiritaliter illa
benedictione et gratia celesti replentur.
Inde est ⁊ aliud: vt qđ temporaliter geri-
mus eternis gaudijs consequamur. Item
Vt que visibilibus mysterijs sumēda per-
cepimus: inuisibili consequamur affectu.
Et multa in huc modum. Hoc itaqꝫ sacra-
mētū ab eterno repositū: diabolo celatum
ꝓphetis reuelatum: solicitudini vestre cre
ditum: debita est gratiaꝝ actione ꝓsequen
dum. O sacrum ⁊ celeste mysterium vestꝝ
laudabile desiderium: insigne spectaculuz
solēne miraculum. Deus qui mirabilis est
in omnibus seipo mirabilior quantum ad
vos ostēditur: dum mirabiliora ꝑ vos ope

suo: ⁊ patris. Uere meliora sūt vbera spōse
vino isto. Quenam aūt sūt illa? Procedat ī
medium paulus apostolus: et vbera felici
lacte manancia assignet. Gaudere cū gau-
dentibus inquit: ⁊ flere cum flentibꝰ. O q̈
breui sermunculo totius religionis depin-
xit insigne. Q̃ eleganti clausula ꝓponit pie
tatem: equitatem statuit: submouit inuidiā
His vberibus mater ecclesia lactat ꝑficien
tes: perfectos nutrit. Gaudere cū gauden-
tibus inqt. Fatescat hic secularis plausus
insania: ⁊ leticia mundialis abscedat: quia
non est gaudere impijs dicit dn̄s. Nunqd
illorum os gaudio impleri existimas: q letā
tur cu mal efecerint ⁊ exultant in rebꝰ pes
simis? Sed ⁊ illi qui laudibus adulatorijs
rapiunt: diuine iubilationis nunqd agno-
uere leticiam? Nunqd qui vestiunt purpu
ra ⁊ bisso ⁊ epulant quotidie splēdide: gau
dium ⁊ leticiam obtinebūt? Absit vt ī terra
suauiter viuentium gaudioꝝ inueniat ma-
teria: cum tantis alternationibus tota mū-
di facies īmutet: vt eleuatus allidat ⁊ respi
ret illisus. Sed est gandium tota ⁊ cōtinua
sui iocunditate firmissimū: qđ ꝑfectus ani-
mus de secura sibi ꝯscientia pollicet. Mēs
enim a mūdi huiꝰ aspergine pure presseq
detersa ⁊ in diuine ꝯtemplatiōis acumē to-
tum desiderij sui affigens affectū: gaudens
gaudet in dn̄o ⁊ exultat aīa sua in deo suo.
Talis aīa minas aspernat: nescit timorem:
spem falsam eludit: ⁊ omniū scandaloꝝ īmu
nis in pace in idipsum dormit ⁊ requiescit.
Pax multa diligentibus legem tuam ait iu
stus: ⁊ non est illis scandalum. Nouerat. n.
quia littores nō ꝑsequūt martyres: sed co-
ronant. Cum huiusmodi gaudentibꝰ gau-
det apostolus: ⁊ vt abundantius gaudeant
tota securitate ꝑmittit. Hoc gaudiū plenū
⁊ certum est: tātoq certius idem est quāto
vicinius circa identitatem imprimit. Hec
est mām̄illa ꝯgratulatiōis de qua lac exulta
tionis effundit quo nutriunt ꝑfecti: vt cu
auulsi fuerint a lacte isto epulent ab ītroitu
glorie dei. Secunda mām̄illa est flere cum
flentibus. Nunqd apl's precipit flere amis-
sionem reꝝ: intermissionē voluptatū: filioꝝ
mortem: morboru instantiam: grauitatem
inopie: potentiam fortioꝝ? Absit. Plorādi
enim sunt qui taliter plorant. Religiosa eni
tristicia: aut alienum peccatum luget: aut ꝓ
prium. Beati quoꝝ luctus in hac intentōe
versat: q̈ consolatoriam pn̄t expectare dul
cedinem. O leui ⁊ dulcissimo spū imbutus
est spūs illius qui nouit in spū lenitatis pec
cantes instruere: suspendere vindictam: et
affectuosis officijs inuiscerare sibi peccato-
rem donec vite reddat. De hac cōpassiōis
mām̄illa lac consolatiōis effundit: q̄ hoc la
cte pascit apl's illos qui solido cibo vesci nō
pn̄t. Amator innocentie pacis amicus pati-
entibus compatiens congaudēs gaudenti-
bus ꝑfectionis metam cursu cōsūmato con
tingit. Hec sūt verba lacteis irrigata liquo-
ribꝰ: meliora vino lacte dulciora: misericor-
diam sonantia redolentia pietatē. Fragrā-
tia inquit: vnguentis optimis. Digna pror-
sus vbera de qbus eliquatur vnguentoru
infinitas: odorata diffusione ciuitatem dei
viuentis circūquaq respergēs. Hec sūt vn
guenta que regina sabba attulit in hierl'm:
de qbꝰ dicit scriptura. Nō sunt allata vltra
aromata tam multa: q̄ ea que dedit regina
sabba salomoni. Q̃ excellenter apposuit op
tima: spūs ille bonꝰ ⁊ subtilis: q totam sibi li
bri huius rapit positionē. Est. n. vnguētum
bonū qđ maria pedibꝰ saluatoris infudit.
Est ⁊ melius qđ eadē si tn̄ eadem sup caput
recūbentis effudit. Est ⁊ optimū: qđ ipsa ꝑ
parauit toti corpori xp̄i. Primū vnguentu
cōtritionis est: de recordatiōe peccatoꝝ de
spū ꝯtrito ⁊ ꝯtribulato descendēs. Hoc in-
fundūt pedes illius: q ambulat sup pennas
ventoꝝ. Hic adorat maria in loco vbi stete
rūt pedes eiꝰ. Steterūt inq̈: q̄ validissima
amoris manu pede vtrūq retinuit donec
vtrūq pungeret ⁊ audiret criminū remis-
sionē ⁊ dimissionem in pace. Magnā prsus

miseriā:magna misericordia diluit ⁊ abster
git. Et hoc qdem frequēter:q꞉ sine vllo in-
teruallo ꝯiungūť ⁊ lachryme peccatricis et
indulgentia saluatoris. Remittunť pctā ⁊ i
pace dimittiť. vt ⁊ de pctō nō sit sollicita ⁊ d̄
futuro sit secura. Pedes isti sunt misericor-
dia ⁊ iudiciū:quoꝝ alteꝝ sine altero oscula-
ri vel temeraria securitas ē vel desꝑatio fu-
giēda. Quis.n.di miaꝫ idesinēter attēdēs:
nō statim tepidioris vite qetē exoptet? Cuꝫ
eni recogitat vniuersitatis dn̄m formā hui
pro suis suscipe:triginta trib⁹ ānis opari sa
lutē nostrā in medio terre hui⁹. capi lancea
ri ligari crucifigi ⁊ hoc totū pati ꝓ filijs ho
minū:statim deceptoria spe ibi sibi blandiť
⁊ alludit. Gaudet obseruari in mīa:⁊ mise-
rationib⁹. Iudiciū nescit:ignorat iusticiā:⁊
puniēda extimat n̄ puniri. Falliť q sic oscu-
lať pedē mīe vt pedē iudicij nō attendat:q
totū de mīa p̄sumit ⁊ pietate:hoc solū ad sa
lutē sufficere credēs ꝙ credit. Rursus cum
adducit ⁊ iudicij pedē crebriorib⁹ osculi tā-
git sub vtraqꝫ aīe carnisqꝫ substātia. Et vtri
usqꝫ hois statū vehementior aura percellit.
Horrendū est.n.incidere in man⁹ dei viuē-
tis:offendere creatorē nescire dn̄m:recalci
trare dn̄antis impio:q hꝫ ptātem corp⁹ et
aīaꝫ mittere in gehēnā. Terribilis certe sic̄
ait apl's qdā expectatio iudicij:qn̄ ignis in
ꝯspcū ei⁹ exardescet:⁊ v̓tutes celoꝝ moue-
bunť ⁊ vacillantib⁹ ꝯscientijs latitudinem
mundi validissim⁹ ignis aduret. Nihil ꝓr-
sus terribili⁹ qꝫ incidere ī latrones officinā
plenā sāgnie:cumulatā obprobrijs:tormētī
inūdātē. Quis hec diuti⁹ cogitās nō statim
ꝯtremiscat:⁊ in desperatōis porteť abyssū?
Nō ē igiť huic pedi morosius incūbenduꝫ:
nec pietatis intuitu ferocia iudicātis occlu
dat. Vtrūqꝫ igiť inungat pedē aīe peniten
tis affect⁹:⁊ nūc miaꝫ attendēs nūc iudiciū
osculās ꝯtribulati spūs offerat holocaustū.
Vide mariā iudicij pedē fortiter attēdēteꝫ
dū nobilis et lasciua mulier cōuiuātiū faciē
nō attendit:sed extenso corpore ꝓuolniť pe
dib⁹ maiestatis doloris plena timoris impa
tiens:cōpunctōis iaculo vulnerata. Sed ⁊
hunc pedē labioꝝ impressionib⁹ osculať:in
cuius spe firmiter inheret vestigijs accum
bentis donec audiat. Remittunť tibi pctā
tua. Sane p̄ciosum vnguētū:quo non solū
terrena dom⁹ ſꝫ celestis ēt asꝑgiť. Vilissime
āt sūt species de qb⁹ ꝯficiť:⁊ magna eaꝝ co
pia ītra ortulos nr̄os poterit iueniri. Pctā
igiť nr̄a plantata in ꝯscientijs nr̄is quoruꝫ
numerositas p̄ multitudine numerari non
pōt spēs eius sunt. Ipsa igiť in mortariolo
pnie maceratiōis pistillo cōtusa ⁊ resꝑsa di
scretiōis oleo doloris igne supposito ⁊ i eno
discipline cōcocta vnguētū exhibēt p̄ciosū
⁊ acceptū pedib⁹ saluatoris. Cōpendiose āt
illud ꝯficim⁹:sapiēti reꝝ occasionē relinqn
tes penit⁹. Et lꝫ mā videať indignior:iteri
tn̄ bonū est vnguētū istud qd̄ domū replet:
penetrat celos angelos letificat:⁊ btē ciui-
tati leticiā refūdit ⁊ gaudiū. Hoc ē sacrifi-
ciū iusticie:q꞉ sacrificiū deo spūs ꝯtribula-
tus. Scd̄m vnguētū ē deuotiōis:de recor-
datione bn̄ficioꝝ dei. Prorsus dignissima
huius vnguēti cōpositio:⁊ in ista cōpatiōe
prioris est vilipēdenda cōsꝑsio. Ei⁹ eni spēs
de paradiso celesti allate sūt ⁊ in terra ī filio
rū hoīuꝫ nequeūt inueniri. Virtutes enim
diuinitus collate ⁊ in mortariolo ꝯgregatio
nis. Distillo diligentissime meditatōis vir-
tute ⁊ exultatiōis oleo suꝑfuse:suffuse igne
iusticie ⁊ humilitatis eno decocte faciūt vn
guentū ⁊ odore ⁊ v̓tute mirabile:qd̄ solum
suꝑ caput dn̄i recumbentis possit effundi ⁊
exhiberi reuerētie maiestatis. Sed hoc re-
colligem⁹ breuiter:illis q multa de paucis
exculpere nouerūt v̓boꝝ mltitudinē reser-
uantes. Notanda tn̄ vtriusqꝫ differētia:et
secundi sublimitas attēdenda:q꞉ illd̄ est sa-
crificiū deo spūs ꝯtribulat⁹:⁊ istd̄ sacrificiū
laudis qd̄ honorificat deū. Pedes igiť vn-
gim⁹ redēptoris:cum de peccatis cōpungi
mur. Vngim⁹ caput:cū de collatis v̓tutib⁹
v̓tutū largitori grās cumulam⁹. Intersticij
tn̄ morositas inter pedes eē dꝫ ⁊ caput:q꞉ ꝑ
fecto difficillim⁹ ⁊ p̄sumptuosus salt⁹ ē a ve
stigijs ad verticē dn̄i trāsuolare. Neqꝫ eni
eadē q̄ vnxit pedes vnxit ⁊ caput:cum illa
meretrix hec nihil hoꝝ fecisse legať:fm illd̄
verte impios ⁊ nō erūt. Vnxit ḡ maria scm̄
dei verticē ꝑfecto iā dilecta iā familiaris ef
fecta:longeqꝫ peccatricis illius euolata cō-

tagijs:quā infelix ille septēnariꝰ ꝯfudebat.
Porro si duo ꝑmissa vnguēta tante dignita
tis sunt vt alterꝫ pedibꝰ alterꝫ capiti placeat
dn̄antis: illd tertiū qđ optimū ē ⁊ superexcel
lens vbi nā inuenire poterimꝰ? Sed absit
vt sponsa v̄itatis a v̄itate dissentiat: ⁊ tale ali
qd hr̄e se iactitet qđ hr̄e nō possit. Est ğ ter
tiū pietatis vnguentū qđ est sup oīa aroma
ta morbis oībꝰ salutare qđqꝫ nulli vnq̄ꝫ pe
sti inefficax inueniaꝛ. De ipso nāqꝫ sic legiꝛ
maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome
emerūt aromata: vt veniētes vngerēt iesū.
Videsne i ꝑma capitis fronte ꝓpositū: q̄ꝫ n̄
vna vl̄ due sꝫ vix tres sufficiūt ad emēdū tā
te cōpositiōis vnguētū? Intelligis q̄ꝛ n̄ pe
des aut caput: sꝫ totū crucifixi corpꝰ sibi vē
dicat ista confectio? Confectio sine dubio
ꝑciosa: q̄ toti sufficiat corpori creatoris. Et
attēde q̄ꝫ vnguentū pedibꝰ infusuꝫ ideo di
gnissima lenitate suscepit: vt phariseū mur
murātē ꝑabolica ꝓlixitate ꝯuinceret: ⁊ re
torto sugillaret exēplo. Sꝫ effuso sup caput
eiꝰ vnguēto discipulos indignātes coargu
it: bonū mulieris opus eē ꝯtestans: ⁊ tumi
dā eorꝫ animositatē v̄bis cōpescuit mode
ratis. Hoc v̄o tam salubre tāqꝫ mirificū in
suo voluit mortuo corpore expēdi: qđ viuo
reseruabat vtiqꝫ. Duo eni corpa hꝫ christꝰ
Vnū qđ suscepit in v̄gine: alterū eccl'ie: qđ
carius hꝫ benignitas redimētis. Deniqꝫ il
lud exposuit ꝓ isto morti ⁊ tormētis: addi
ctus cruci: iūctus sceleratis: morte turpissi
ma cōdēnatꝰ. Poterimꝰne tā salubrē ꝯficē
ꝯfectionē? Vniuerse miserorꝫ misierietā aīa
rū q̄ꝫ corporꝫ oculo pietatis īspecte spēs eiꝰ
sunt. Iste igiꝛ i mortariolo largitatis dulce
dinis pistilloꝰ ꝯfracte: ⁊ delinite oleo chari
tatis: succēse cōpassionis igne: ⁊ in eno ꝑse
uerātie despumate: vnguentū etiā ipsis an
gel' admirādū sunt viri diuitiarū in domo
dn̄i v̄tutū. Inuestigemꝰ an apud eos hm̄oi
īueniaꝛ vnguēta. Primus occurrit mihi
paulus: sicut vbiqꝫ solet totus ꝑfiti delibu
tus vnguēto Quis infirmaꝛ inq̄t: ⁊ ego nō
infirmor? Felix aīa facta sibi tanq̄ꝫ vas ꝑdi
tū: vt oīuꝫ miseriasi sua ꝯsciētia colligaret.
Totū se corpi xp̄i donauerat: oībꝰ oīa factꝰ
vt oēs lucrifacēt. Sꝫ ⁊ ille simplex ⁊ rectꝰ ⁊
timens deum vide quomodo nō sm̄ homi

nem: immo v̄o sm̄ hominem: ⁊ quod ve
rius ē: sup̄ hoīeꝫ ambulabat. Oculus fui ce
co: ⁊ pes claudo. Pr̄ erā pauperū ⁊c̄. Quē
sic h̄ vnguēto punxerat: vt de mīe thalamo
largiꝰ irrigatꝰ exiret. Samuelē recolo: q nō
semel: sꝫ oībꝰ diebꝰ vite sue lugebat saul: cū
sciret illū ab ocul' diuinitatꝭ largiꝰ elōgatū.
Nō cessabat tn̄ cōpassio: q̄ ꝯdolētis animū
irrepserat fūdēs lachrymas: etsi nō ꝓfutu
ras: pias tn̄. Dauid fratricidā filiū ꝯtinua
deploratiōe plorabat: plorās i eo nō carnis
necessitudinē: sed fidei destitutionē. Cerne
quō ioseph h̄ melle illitꝰ erat. Veniūt frēs
nō tā an̄ frēm q̄ꝫ an̄ dn̄ꝫ assistētes: ꝯscij ꝑdi
tionis: homicidij: rei: fratricidij successo
res. Videt eos ioseph: ⁊ omniū iniuriaruꝫ
imemor dulcissimis fletibus inundaꝛ: ⁊ pie
tatis adeps q intus latitat: foris per oculos
emanat. Fugit odium: nescit irā: tp̄s iracū
die nō reseruat: reddens bonū ꝓ malo: pro
crudelitate dulcedinē. Pene oblitꝰ sū moy
sen: adeo huiꝰ sacri liq̄ris rore ꝑfusū: vt to
tus ex eo supfundaꝛ ⁊ ꝑfluat. Peccat isrl' ⁊
moyses peccantē recōciliare nitiꝛ creatori:
sꝫ dissilat dn̄s exaudire rogantē. Promittit
plurima moysi creator oīuꝫ: ⁊ feriēdi licen
tiam q̄rit a moyse q moysen fecit. Dimitte
me inquit vt irascaꝛ furor meus ꝯtra eos: ⁊
faciā te i gentē magnā. Rn̄dit moyses: Si
dimittis dimitte: alioquin dele me de libro
quē scripsisti. O stupenda ꝓfecto dulcedo:
q̄ꝛ ꝑncipatū respuit gētis aliene: ⁊ de libro
viuētiū deleri desiderat: nisi peccantibꝰ di
mittaꝛ offensa. Hee sunt vnguēta ꝓpiciatio
nis ⁊ mīe: q̄ a spōse vberibꝰ eliquanꝛ: infir
mitates oēs fugantia: ꝓfugantia passiōes.
Felix maria vnxit pedes iesu: felicior eius
dem caput vnxit auctoris: felicissima q̄ ro
rē vnguētariū toti corpi xp̄i prepauit. Cōsi
dera q̄ꝫ diligētissimo dilectiōis affectu: btā
hec mulier diligebat xp̄m regē. Dn̄e si tu
sustulisti eum dicito mihi: ⁊ ego eum tollā.
Quē eū? Maria cū fecerꝭ mētionē de nul
lo: ad quem relationē facis? Putasne q̄ꝫ in
omnium cordibus ita versetur memoria di
lecti tui: sicut in consistorio cordis tui? Et
ego inquit eū tollā. Mira res. Hoiem ꝑfe
cte etatis: cuiꝰ corpi vix centū libre sufficiūt
vnguentorꝫ: tenerrima mulier portabis: ⁊

tolles? Uidēs ⁊ affecta locutio q̄dē: q̄ puri-
tatis amore refusa ꝑmittit q̄ꝺ implere non
potest. Nihil enī amanti difficile eē videt.
Quis desꝑare valeat? tāta peccatrice nō so
lū veniā: sꝫ ⁊ gloriā ꝯsequēte. Ipa hodie in
tercedat pro pctis nr̄is? ⁊ placatū nob̄ red-
dat iudicē nostrū amicū suū: q̄ est deus be-
nedictus in secula Amen.

¶ In assumptione beate marie vir-
ginis Sermo primus.

xix Irgo gloriosa
hodie celos ascendens super-
norum gaudia ciuium copio-
sis sine dubio cumulauit au-
gmentis. Hec enim est cuius salutationis
vox ⁊ ipsos exultare facit in gaudio: quos
materna adhuc viscera claudūt. Qꝫ si par-
uuli necdū nati anima liquefacta est vt ma
ria locuta est: quid putamꝰ quenā illa fue
rit celestium exultatio? cum ⁊ vocem audi-
re: ⁊ videre faciem: ⁊ beata eius frui presē-
tia meruerunt? Nobis v̊o charissimi que
in eius assumptiōe solēnitatis occasio? que
causa letitie: que materia gaudiorꝫ? Ma-
rie presentia totus illustrabat orbis: adeo
vt ⁊ ipsa iam celestis patria clarius rutilet
virginee lampadis irradiata fulgore. Me-
rito proinde resonat in excelsis gratiarum
actio ⁊ vox laudis. Nunquid non ergo plā
gendum nobis? q̄ꝫ plaudendum esse vide-
tur? Quantum de eius presentia celū exul-
tat? nunquid non consequens est vt tantꝫ
lugeat hic noster inferior mundus eius ab
sentia? Cesset tamē querela nr̄a: q: nec no-
bis hic manens est ciuitas: sed eam inqui-
rimus ad quam hodie benedicta peruenit
In qua si conscripti ciues sumus? dignum
profecto est etiam in exilio super flumina
babylonis eius nos recordari: eius com-
municare gaudijs: eiꝰ participare letitiā?
maximeq̄ꝫ eam que tam copioso impetu le-
tificat hodie ciuitatem dei: vt sentiamus ⁊
ipsi stillicidia stillantia super terram. Pre-
cessit nos regina nostra precessit? ⁊ tam glo
riose suscepta est: vt fiducialiter sequantur
dominam seruuli clamitantes. Trahe nos
post te: i odorem vnguētoꝝ tuoꝝ curremꝰ.

Aduocatā premisit peregrinatio nostra: q̄
tanq̄ꝫ iudicis mater ⁊ mater misericordie
suppliciter ⁊ efficaciter salutis nostre nego-
cia pertractabit. Preciosum hodie munus
terra nostra direxit in celuꝫ? vt dando ⁊ ac-
cipiendo felici amiciciarum federe copulē-
tur humana diuinis: terrena celestibꝰ: ima
summis. Illo enim ascendit fructus terre
sublimis: vnde data optima ⁊ dona perfe-
cta descēdunt. Ascendēs in altū virgo bea-
ta: dabit ipsa quoq̄ꝫ dona hominibꝰ. Quid
ni daret? Siquidē nec facultas ei deesse po
terit: nec voluntas. Regina celoꝝ est: mise-
ricors est. Deniq̄ꝫ mater est vnigeniti filij
dei. Nihil enim sic potest potestatis eius
seu pietatis magnitudinem commendare?
nisi forte aut non creditur dei filius hono-
rare matrē: aut dubitare quis potest omni
no in affectum charitatis trāsisse marie vi-
scera: in quibus ipsa que ex deo est chari-
tas nouem mēsibus corporaliter requieuit
Et hoc quidē propter vos dixerim fratres?
sciens difficile esse: vt in tanta inopia cha-
ritas illa perfecta nō querens que sua sunt
valeat inueniri. Ut tamen interim sileā be
neficia que pro ipsius glorificatione conse-
quimur: si eam diligimus gaudebimꝰ vtiq̄ꝫ
quia vadit ad filium. Plane inquā cōgra-
tulabimur ei: nisi forte quod absit inuentri
ci gratie omnimodis inueniamur ingrati.
Quem enim castellū mundi huius intran-
tem prius ipsa susceperat: ab eo suscipit ho-
die sanctam ingrediens ciuitatem. Sed cū
quanto putas honore? cum quanta exulta-
tione: cum quanta gloria? Nec in terris lo-
cus dignior virginalis vteri templo: i quo
deiꝰ filium maria suscepit: nec in celis regali
solio quo mariam hodie filius sublimauit.
Felix nimium vtraq̄ꝫ susceptio ineffabilis
vtraq̄ꝫ: quia vtraq̄ꝫ inexcogitabilis. Ut q̄d
enim ea hodie in ecclesijs christi euangeli-
ca lectioꝰ recitat? inꝰ qua mulier benedicta
in mulieribus excepisse intelligitur salua-
torem? Credo vt hec quam celebramus ex
illa susceptiōe aliquatenus estimet: imo vt
iuxta illius inestimabilem gloriā inestima-
bilis cognoscatur ⁊ ista. Quis enim etiam
si linguis hominū angeloꝝ q̄ꝫ loquatur ex-

plicare queat? quemadmodũ superueniente spiritu: obumbrante virtute altissimi caro factũ sit verbũ dei: p quod facta sunt oĩa: & dñs maiestatis quem vniuersitas creature nõ capit: intra virginea sese clausit viscera factus homo? Sz & illud quis cogitare sufficiat q̃z gloriosa hodie mundi regina pcesserit? & quãto deuotionis affectu tota in ei⁹ occursum celestiũ legionũ pdierit multitudo: quibus ad thronũ glorie canticis sit deducta? q̃z placido vultu: q̃z serena facie: q̃z diuinis amplexib⁹ suscepta à filio: & super omnẽ creaturã exaltata sit cũ eo honore q̃ tãta mater digna fuit? cũ ea glĩa que tantũ decuit filiũ. Felicia prorsus oscula lactẽtis labijs impressa: cui virgineo mater applaudebat in gremio. Uerũ nũquid non feliciora censebimus que ab ore sedẽtis in dexteram patris hodie in beata salutatione susceptis? cũ ascenderet ad thronũ glorie epithalamiũ canens & dicens: osculet me osculo oris sui? Christi generationẽ: marie assumptionẽ? quis enarrabit? Quantũ eni gr̃e i terris est adepta pre ceteris: tantũ & in celˀ obtinet glorie singularis. Qz si oculus non vidit: nec auris audiuit: & in cor hoĩs non ascendit: que preparauit deus diligẽtibus se: quid preparauit gignẽti se: & quod oĩb⁹ certũ est diligẽti pre omnib⁹ quis loquat? Felix plane maria & multipliciter felix siue cum excipit saluatorẽ: siue cũ a saluatore suscipitur. Utrobiq3 mira dignitas virginis matris: vtrobiq3 amplectẽda dignatio maiestatis. Intrauit inquit iesus in quoddaz castellum: & mulier quedam excepit illum in domum suam. Sed laudibus magis vacandũ est: q̃ festiuis preconijs hec dies debeatur. Quia v̈o copiosam nobis materiaz lectionis huius verba ministrant? cras q̃z conuenientibus in vnum cõmunicandum erit sine inuidia quod fuerit desuper: vt in memoria tante virginis nõ modo affectus deuotionis excitetur: sed & mores edificentur ad prouectum conuersationis? in laudẽ & gloriam filij eius domini nostri iesu christi: qui ẽ super omnia deus benedictus in secula Amen.

Item vnde supra Sermo secundus.

Intrauit iesus in quoddam castellum. Oportune satis hoc mihi in loco pphetica exclamatio assumenda videtur. O israel q̃z magna domus domini & ingens locus possessionis eius. An non ingens? cuius comparatione castellum dicitur terre huius spaciosa latitudo. An non ingens patria: & regio inestimabilis? quando ab ea saluator adueniens cum ingrederetur orbem terre introiret castellum? Ni forte castellum quis aliud intelligendũ putet q̃z atrium fortis armati principis mũdi huius: cuius vasa fortior diripere superuenit. Festinemus in illam ingredi beatitudinis amplitudinem fratres: vbi nemo aliuz coangustat: vt possumus comprehẽdere cũ omnibus sanctis quenam sit longitudo et latitudo & sublimitas & profundum. Neq3 id desperemus? quando quidẽ ipse celestis habitator patrie etiaz & creator nostri hui⁹ castelluli angustias non refugit. Sed quid introisse eum dicimus in castellum? Etiaz in angustissimum virginalis vteri diuersorium introiuit. Deniq3 & mulier quedam excepit illum in domuz suam. Felix mulier que iam non exploratores iericho: sed ipm fortissimũ expoliatorẽ stulti illius qui vere vt luna mutatur? non legatos iesu filij naue: sed ipsum magis suscipere meruit verũ iesum filiuz dei. Felix inquã mulier: cuius domus saluatore suscepto inuenta est munda quidem: sed plane non vacans. Nisi qs forte vacuaz dixerit: quam salutat angelus plenam gratia. Neq3 hoc solum: sed etiam adhuc quoq3 superuenturũ sanctũ spiritũ asserit in eã. Ad qd nisi vt adueniẽte iã spũ plena sibi eodẽ supueniẽte nob quoq3 supplena & supaffluens fieret? Utinã fluant in nos aromata illa .s. grãx: vt de plenitudine tãta oẽs accipiam⁹. Ipsa nempe mediatrix nr̃a ipsa est p quã suscipim⁹ misericordiam tuã deus: ipsa p quã & nos dñm iesuz in domos nr̃as suscipim⁹. Et nob eni singulˀ castra sunt singula & singule dom⁹: & sapiẽtia pulsat ad hostia singulox. Siquis aperuerit introibit & cenabit cum illo. Est vulgare

prouerbiū:quod multoꝝ in ore:magis aūt
in corde versat̃. Bonū inquit seruat castel-
lum:qui custodierit corpus suū. Sapiēs tñ
nō sic:sed magis inquit:oīa custodia serua
cortuū:qꝛ ex ipso vita ꝓcedit. Esto tñ cedē-
dū sit multitudini:bonū castrū custodiat q
custodierit corpus suū. Illud sane queren-
dum est:quenā sit huic castro adhibēda cu
stodia. Recte ne custodisse tibi videt̃ aīa il-
la corporis sui castrū? cuius mēbra velut cō
iuratione facta inimica dominiū eius tra-
didere? Sūt enī qui cum morte fedus inie
runt? pactū pepegerunt cū inferno. Incras
satus est inquit dilectus ⁊ recalcitrauit:in-
crassatus impinguatus dilātatus. Nec pla-
ne custodia que laudat̃ a peccatorib⁹ in de
siderijs aīe sue. Quid vobis videt̃ fratres?
Num in hac parte cedendū est multitudi-
ni? Absit. Paulum interrogemus:vtpote
ducē strēnuū militie spūal̃. Dic nobis apl̃e
que sit tui custodia castri. Ego ait sic curro
nō q̄si in incertū:sic pugno nō q̄si aerē vbe
rans. Castigo enī corpus meū ⁊ in seruitu-
tem redigo:ne forte cū alijs predicauerim:
ipse reprobus efficiar. Et in alio loco. Non
regnet peccatum in vestro mortali corpore
ad obediendū concupiscētijs eius. Utilis
ꝓfecto custodia? ⁊ felix aīa q̄ sic custodierit
corpus suū: vt nunq̄ȝ sibi illud vēdicet ini-
micus. Fuit enī aliqñ? cū hoc meū castrum
tyrānidi sue impius ille subiecerat:potesta
tiue membris imperans vniuersis. Quan
tū eo nocuerit tpe:pñs adhuc indicat deso
latio ⁊ egestas. Heu nec ꝯtinentie murū in
eo nec patiētie antemurale reliquit: exter-
minauit vineas? messuit segetes: arbores
extirpauit:quippe etiā oculus iste meus de
predabat̃ animā meaȝ. Deniqȝ nisi qꝛ dñs
adiuuit me:paulomin⁹ habitasset in infer-
no aīa mea. Dico aūt infernū inferiorem?
vbi nulla ꝯfessio:vnde nemini datur exire.
Ceterū etiā tunc nec carcer illi deerat nec
infernus. Ab ipso nempe coniurationis et
proditionis pessime deprehensa principio
non alibi q̄ȝ in domo propria carcerali est
mācipata custodie:nec alijs q̄ȝ sue illius fa-
milie data tortoribus. Erat enī illi consciē-
tia carcer:erant tortores ratio ⁊ memoria.

Atqȝ hi quidem crudeles austeri ⁊ immiseri
cordes:longe tamen minus a rugientibus
illis preparatis ad escam:quibus erat iam
iamqȝ tradēda. Sed benedictus deus:qui
non dedit me in captionem dentibus eoꝝ.
Benedictus inq̄nā qui visitauit ⁊ fecit re
demptionem serui sui. Cum enim inferiori
eaȝ carceri tradere malignus accelararet?
sed ⁊ castrum ipsum ignibus cremare per-
petuis: vt digna periuris etiam membris
fieret retributio:fortior superuenit ⁊ intra
uit in castellum iesus: qui fortem alligans
eius vasa diriperet:vt que prius erāt in cō
tumeliam faceret in honorē. Contriuit por
tas ereas:⁊ confregit vectes ferreos: vin-
ctū de domo carceris ⁊ vmbra mortis edu
cens. Porro egressus eius in confessione.
Ipsa est enim scopa qua mundatus carcer
⁊ ornatus deinceps regularium institutio-
num iuncis quibusdam pulchre virētibus
de carcere redit in domū. Habet ergo iam
mulier domuȝ suā? habet vbi suscipiat eū:
cui super tantis beneficijs extat obnoxia.
Alioquin ve illi si eum suscipere rēnuit? si
nō detinet:si non cogit manere secum: qm̄
aduesperascit. Rediens enim qui eiectus
est mundatam quidem ⁊ ornatam domuȝ
inuenit:sed vacantem. Relinquitur siqui-
dem mulieri domus sua deserta:quam sal-
uatoris hospitio dignam exhibere negligit
Quomodo inquis? Poterit ne dom⁹ mun
data confessione priorum delictorum ⁊ ob-
seruatione regularium institutionum orna
ta? indigna adhuc indicari habitaculo gra
tie saluatoris ingressu? Poterat sine dubio
si superficietenus emundata:⁊ iuncis vt di
ctum est strata virentibus fuerit interius
plena luto. Quis enim suscipiendum do-
minum arbitretur in dealbatis mortuoruȝ
sepulchris? que videntur a foris speciosa:in
trinsecus autem spurcitia ⁊ sanies vniuer-
sa repleuit? Esto siquidem vt aliquando
tanq̄ȝ ipsa superficie delectatus incipiat ve
lut primum ponere pedem ei qui eiusmodi
est primam aliquam visitationis sue gratiā
indulgendo? nunquid non resiliet illico cū
indignatione? Nunquid non refugiet cla
mitans:infixus sum in limo profundi? ⁊ nō

est substantia? Uirtutis eni͂ species ⁊ nõ veritas:tã q͂ꝫ qualitas est non substãtia. Neqꝫ v͛o ingressum eius exterioris potest conuersationis tenuis superficies sustinere: cum omnia penetret ⁊ in intimis cordis habitatio eius. Or̄ si nequaq͂ꝫ spiritus discipline subditum manifeste peccatis corpus inhabitat:fictum vtiqꝫ non modo declinat sed effugit ⁊ elongatur ab eo. An v͛o aliud est q͂ꝫ fictio execranda si peccatum superficietenus radas⸗non intrinsec⁹ eradices. Certus esto quonia͂ pullulabit vberius: ⁊ emũdatam sed vacantem domum cum nequioribus septem qui eiectus fuerat hostes malignus intrabit. Reuersus enim ad vomitum canis odibilis erit multo plus q͂ꝫ ante ⁊ flet gehenne filius multipliciter:qui post indulgentiam delictorum in easdez denuo sordes inciderit vt sus lota in volutabro luti. Uis videre mundatam ⁊ ornatam vacã tem domum? Hominem intuere qui confessus est ⁊ deseruit manifesta peccata precedentia ad iudicium⸗ ⁊ nunc solas mouet manus ad opera mandatorum corde penitus arido ductus consuetudine quadã plane vitula effraim docta diligere trituram: exteriorum que ad modicum valẽt ne vnũ iota preterit aut vnum apicem: sed camelũ glutit dum culicem liquat. In corde enim seruus est proprie voluntatis⸗cultor auaricie glorie cupidus ambitionis amator: aut hec omnia:aut singula queqꝫ vitia intus fouens. Et mentitur iniquitas sibi: sed deus non irridetur. Uideas enim interdum sic palliatum hominem: vt seducat etiam semetipsum penitus non attendens vermen qui interiora depascitur. Manet enim superficies: ⁊ salua sibi omnia arbitratur. Comederunt ait propheta alieni robur eius: ⁊ ipse ignorauit. Dicit quia diues sum ⁊ nullius egeo:cuz sit pauper ⁊ miser ⁊ miserabilis. Nam ⁊ inuenta occasione ebullire saniẽ que latebat in vlcere: ⁊ excisam non extirpatam arborem in siluam videas pullulare densiorem. Quod periculum si volumus declinare⸗securim ponamus necesse est ad radices arborum non ad ramos: vt non sola inueniatur in nobis exercitatio corporalis ad modicum valens sed inueniatur pariter vtilis ad omnia pietas ⁊ exercitium spirituale. Mulier inquit martha nomine excepit illum in domum suam: ⁊ huic erat soror nomine maria. Sorores sunt: ⁊ debẽt esse contubernales. Occupatur hec circa frequens ministerium: illa dominicis est intenta sermonibus. Ad martham spectat ornatus: sed impletio ad mariam. Uacat enim dominũ: vt non sit domus vacans. Demus eam lazaro si ⁊ vobis ita videtur: ⁊ ei siquidem fraternitatis iure cum sororibus sit ista domus communis. Dico autez lazarum quem quatriduanũ iam iamqꝫ fetentem a mortuis excitat v͛ox virtutis: vt videatur satis congrue formam gerere penitentis. Intret ergo saluator ⁊ frequenter visitet domum illam quã penitẽs lazarus mundat⸗ ornat martha: ⁊ maria replet interne dedita contemplationi. Sed forte curiosius quisqꝫ requirat:cur in presenti euangelica lectione nulla prorsus lazari mentio fiat. Arbitror sane ne id quidem a proposita similitudine dissidere. Uirginalẽ etenĩz domum intelligi volens spiritus soluit nõ incongrue penitentiam: que malum vtiqꝫ comitatur. Absit enim vt proprij quicq͂ꝫ inquinamenti domus hec aliquando habuisse dicatur: vt in ea proinde scopa lazari quereretur. Quod si originalem aparẽtibus maculam traxit⸗ sed nõ minus a hieremia sanctificatam in vtero aut non magis a ioanne spiritu sancto repletam: credere probibet pietas christiana. Nec enim festis laudibus nascens honoraretur si non sancta nasceretur. Postremo cum omnimodo constet ab originali cõtagio sola gratia mundatam esse mariam⸗ quippe cum ⁊ nunc baptismate sola hanc maculam lauet gratia ⁊ sola eam raserit olim petra circuncisionis: vt omnino pium est credere proprium maria delictum nõ habuit: nihilominus ab innocentissimo corde etiam penitentia longe fuit. Sit ḡ lazarus apud eos quorum necesse ẽ ab opibus mortuis ꝯsciẽtias emũdari secedat int vulneratos dormiẽtes

in ſepulchris: vt in thalamo virginali inue niant̃ martha ⁊ maria tm̃. Ipſa eſt enĩ que heliſabeth grauide ⁊ grandeue quaſi mẽ ſibus tribus humili deſeruiuit offocio: ipſa que verba oĩa que de filio dicebant̃ ↄſer̃ua bat ↄferens in corde ſuo. Neminẽ ergo mo ueat ꝙ ſuſcipiens dñm mulier nõ maria ſʒ martha vocat̃: qñ in hac vna ⁊ ſũma maria ⁊ marthe negociũ ⁊ marie nõ ocioſum ociũ inuenit̃. Oĩs qdem glĩa filie regis abintus nihilominus tñ in fimbrijs aureis eſt circũ amicta varietate. Nõ eſt de numero fatua rum virginum prudẽs virgo. Lampadem habet: ſed in vaſe oleum portat. An forte ex cidit vobis euangelica illa parabola? que fa tuas virgines ꝓhibendas narrat ab introi tu nuptiaꝝ? Erat qdem domus eaꝝ mũda virgines enĩ erant: erat ornata qꝛ ſimul oẽs ideſt fatue cum prudentibꝰ lampades orna uerũt: ſed erat vacans: qꝛ in vaſis ſuis oleũ nõ acceperũt. Hinc eſt ꝙ nec ab eis ſuſcipi ĩ domos ſuas: nec admittere eas dignatur ſponſus celeſtis ad nuptias. Nõ ſic mulier illa fortis que ſerpentis caput cõtriuit. Ha bes enim poſt multa in laudibus eius quia non extinguet̃ in nocte lucerna ipſius. In ſugillationẽ hoc dicit̃ fatuaꝝ: que veniente media nocte ſponſo querunt̃ ſero ⁊ dicũt: qꝛ lampades noſtre extinguũt̃. Proceſſit igit̃ glorioſa virgo cuius lampas ardentiſſima ipſis quoqꝫ angelis lucis miraculo fuit: vt dicerent. Que eſt iſta que ꝓcedit ſicut au rora cõſurgẽs: pulchra vt luna electa vt ſol? Clarius enim ceteris rutilabat: quã reple uerat oleo gratie ꝑ participibus ſuis ieſus xp̃s filius eius dñs noſter.

¶ Item vnde ſupra. Sermo. iij.

cx
xi Intrauit ieſus in quoddam caſtelluʒ. Quod dñs ac ſaluator noſter ſemel ĩ vno loco viſibiliter tũc tempo ris dignatus eſt operari: hoc etiam nunc vbiqꝫ terrarum in cordibus electorum ope ratur quotidie inuiſibiliter. Ecce enim euã gelio loquente audiuimus: ꝙ in quoddam caſtellum intrauit ieſus: ⁊ mulier quedam matha nomine excepit illuʒ in domum ſuã

Quod eſt autem hoc caſtellum niſi cor hu manum: quod priuſqꝫ dominus ad illud ve niat cupiditatis foſſa vallatur muroqꝫ ob ſtinationis clauditur atqꝫ interiori latitudi ne ſua babilonica turre erigitur? Tria cer te in omni opido ſunt maxime neceſſaria. Uictualia quibus ſuſtententur: munitio q̃ protegantur: arma quibus hoſtibꝰ reſiſtãt. Sic ergo ⁊ huius caſtelli incole victum ha bent voluptatem corporis ⁊ ſeculi vanitatẽ quibus paſcuntur: habent ⁊ qua reguntur proprij cordis duriciam: vt verbi dei ſagit tis potentibus vix aut nunqꝫ penetrari va leant. Accinti ſunt armis carnalis ſcʒ ſapiẽ tie argumentis: quibus contra hoſtes repu gnant. Unde ſcriptum eſt. Filij huius ſecu li prudentiores filijs lucis in generatõe ſua ſunt. At vo chriſto viſitante ⁊ intrãte caſtel lum hoc euertitur: ⁊ pro eo nouum aliȯ pul chrumqꝫ ac ſpirituale conſtruitur: implet̃qꝫ quod dicitur. Si qua in chriſto noua crea tura vetera tranſierunt: ⁊ ecce facta ſunt no ua omnia. Sublata quippe cupiditate expã ditur ingens ſinus deſiderij: vt ad eius ad uentum multo magis anhelet mens ad ce leſtia qꝫ prius terrenis incubuerat. Iam po nitur murus continentie: antemurale pati entie. Surgit autem hoc opus a fundamen to fidei ⁊ creſcit per dilectionẽ proximi vſqꝫ ad charitatem dei que eſt in ſuperiori tabu latu ⁊ in propugnaculis eiuſdem muri: qa nimirum tunc eſt perfecta virtus continen tie: qñ in vnitate fidei cum proximis cõmu niter viuentes nõ ſupplicij metu vel huma ne laudis appetitu ſed ſolo diuini amoris obtentu a peccatis nos cõtinemꝰ. Uel cer te charitas dei qua [illegible] nos diligit ideo ſup murum eſſe videtur: [illegible] pro continenti ſuo pugnare ſignificet̃: ⁊ quia ↄtinentia crebris validiſqꝫ tẽptatoris ictibus reſiſtere nõ poſ ſit niſi eius gratia protegatur. Idcirco enĩ antemurale patientie ponitur: ne ad impu gnandam continentiam facilis diabolo pa teat acceſſus. Qui ergo protegente patien tia continenter viuũt: ipſi bene cũ apl̃o ꝓte ſtant̃ ⁊ dicunt. Quis nos ſeparabit a chari tate xp̃i? Tribulatio: an anguſtia: an pſecu tio: an fames: an nuditas: an periculum: an

gladius? Uides q̃ꝫ solidus sit continentiū
murus: quos neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ an
geli: neqꝫ principatꝰ: neqꝫ potestates: neqꝫ
virtutes: neqꝫ instantia: neqꝫ futura: neqꝫ
fortitudo: neqꝫ altitudo: neqꝫ ꝓfundū: neqꝫ
creatura aliq̃ potest separe a charitate dei:
que est in christo iesu? Sed iam pulsemꝰ ad
eius portas: portas. s. iustitie vt aperiantur
nobis: ingressiqꝫ ꝑ eas videamꝰ intus ma-
gna opa dñi exq̄sita in oẽs volūtates eius.
Ibi enī operāte ipso ꝯstruit̃ tanq̃ꝫ in mōte
syon euāgelica turris illa: ꝑ quā humiliato
corde ascēdūt in celū sci de ꝯualle ploratio-
nis. Ascēdūt inquā nō virtute sua: sed auxi
lio ⁊ grã dei: sicut ait spūssc̄ūs ꝑ ꝓphetā da
uid. Btūs vir cuiꝰ ē auxiliū abs te: ascēsio
nes ĩ corde suo disposuit. Queris vbi? In
ꝯualle plorationis: h̄ est in humilitate vite
pfitis. Et eandem ipsā gratiā replicat dicēs
Etenī bñdictionē dabit legislator. Quo ãt
ꝑtingat ascēsus: vel ad quē fructū ꝑducat
ascēdentes: ipsa grã ꝓtinꝰ subiūgit. Ibunt
inq̄t de virtute in virtutē: videbit̃ deꝰ deo-
rū in syon. Hec est merces: ⁊ hic est finis ⁊
fructꝰ laboris nr̄i: visio. s. dei. Quis nō hūc
tantū fructū rebus oĩbus visibilibꝰ ⁊ inuisi
bilibus incōparabiliter preferat? Quis est
cuiꝰ vel gelidū pectus hoc desiderium nō
accēdat? Hec est enī illa grã quā nobis cō-
mendat beatus iohānes euāgelista dicens
Et de plenitudine eius nos oẽs accepimꝰ
gratiā pro grã. Ex quibus. s. verbis innuit̃
ꝙ triplicē gratiā diuinitus accipimꝰ: vnā
qua cōuertimur: aliam qua tētationibꝰ ad-
iuuamur: tertiā qua ꝓbati remuneramur.
Prima nos initiat in quā vocamur: secūda
ꝓuehit qua iustificamur: tertia consumat
qua glorificamur. Et prima quidē benepla
citū est: secunda meritū: tertia premiū. De
duabus reliquis dictū est: ⁊ gratiā ꝓ grã. i.
munera eterne glĩe pro merito tpalꝭ militie
Sit ergo prima grã in muro continētie: ad
quā vocamur: sit secunda in ascensu turris
quā ascendimus: sit tertia in eius culmine
quo peruenimꝰ. Hic itaqꝫ id est in hoc cul-
mine cum ad illud perueniunt: qui bene ꝓ
ficiunt fiunt iam locus ⁊ sedes dño: de qui-
bus scriptum est: Illuc enī ascenderūt tri-
bus tribus dñi testimoniū israel: ad confi-
tendū nomini dñi: quia illic sederūt sedes.
Et quidem dum adhuc erant in muro con
tinētie ⁊ in acie stabant impugnari poterāt
Et primo tanq̃ꝫ adiutor notꝰ erat in iudea
deus. Cum v̄o iam in ista statione consistūt
vbi dñm speculant̃: in israel magnū nomen
eius. Et factus est in pace locus eius: ⁊ ha-
bitatio eius in syon. Ibi confregit poten-
tias arcum scutū ⁊ gladium ⁊ bellum: quia
ibi nullus motꝰ carnis resistit: sed omnimo
dis subiecta est spiritui. Hunc locum ardē-
ter desiderabat propheta cum diceret: Si
dedero somnū oculꝭ meis ⁊ palpebris meis
dormitationē: ⁊ requiē tpibus meis donec
inueniam locū dño. Huc etiam volare cu-
piens: quis inquit dabit mihi pēnas sicut
columbe ⁊ volabo ⁊ requiescam? Iam v̄o
si queratur de castelli huius habitatoribus
quis cibus ad sustentandū: quod munimē
ad protegendum: que arma suppetāt ad re
pugnandū: possumus satis rationabiliter
respōdere: ꝙ quemadmodum carnalibus
carnis opera fuerunt victus: ita his multo
melior cibus sit fructus spiritꝰ. Cibus eoꝝ
est vt faciant voluntatem omnipotētis pa-
tris. Cibus eoꝝ est verbum dei: quo pascū
tur omnes sācti tā homines q̃ꝫ angeli. Unñ
scriptum est: Non in solo pane viuit homo:
sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei.
Munimentū eorū est sicut dictum est mu-
rus continētie: ⁊ antemurale patientie. Ha
bent contra hostes arma que describit apo
stolus loricam iustitie: scutum fidei: galeā
salutis: ⁊ gladium spiritus quod est verbū
dei. Nec quēquā moueat ꝙ idem verbum
dixerim esse ⁊ cibum ⁊ gladiū: quasi impo
sibile vel absurdū sit. In rebus quippe ma
terialibus aliud hoc: aliud est illud: ⁊ alibi
queritur hoc: alibi illud: in rebus v̄o spiri-
tualibus non aliud hoc est q̃ꝫ illud: nec ali-
bi queritur hoc: alibi illud: sed omnia sunt
nobis in deo: ⁊ est deus oĩa in nobis. Ecce
enim in natura rerum: quid tam diuersum
q̃ꝫ panis ⁊ lapis? Et tamen si ad intellectū
misticū referas: vtrūqꝫ idē significat. Nā
idem christus dictus est ⁊ panis ⁊ lapis: pa
nis scilicet viuus: ⁊ lapis quem reprobaue

runt edificātes. Utrūqꝫ quidem per signi-
ficationem: licꝫ neutrum sit per proprietatē
Sed iam reuertamur ad propositum. In-
trante iesu in hoc castellū: due sorores mar
tha ⁊ maria id est operatio ⁊ intellectꝰ ex-
cipiunt illum. Excipiunt dixerim: an exci-
piunt? Sed siue hoc siue illud dicat: vtrūqꝫ
prodest illis: non iesu. Et iesus quidē cum
ad illas venit: duo confert eis congruentia
singulis: virtutem ⁊ sapientiā: virtutē ope-
rationi: sapientiam intellectui. Unde etiā
ab apostolo predicatur dei virtus ⁊ dei sa-
pientia. Sed quid est ꝙ intrantē eum mar-
tha excipit discurrit ministrat: maria vero se
cus pedes sedens ingressi in eius verbum
cor suspendit: nisi quia priꝰ est actio: postea
vero contemplatio? Quisquis enim ad intel-
ligentiam peruenire desiderat: profecto ne
cesse est vt prius per opera bona sese diligē
ter exerceat: sicut scriptum est: Fili concu-
piscens sapientiam conserua iustitiā: ⁊ deꝰ
prebebit illā tibi. Et alibi: A mādatis tuis
intellexi. Et fide purgans corda eorum. Qua
fide? Fide per dilectionem operante. Ha-
bet martha dum agit formam bene operā-
tis: maria vero speciem exprimit contempla-
tionis: dum sedet: dum tacet: dum interpel
lata non respondet: sed tm̄ in dei verbū to-
to mentis studio intendit: ac solam quā di-
ligit gratiam diuine cognitionis cetera re-
spuens medullitus haurit: forisqꝫ velut in-
sensibilis redditur dum intus ad contem-
planda dn̄i sui gaudia felicissime rapitur.
Sine dubio talis est illa que in canticis lo-
quitur: Ego dormio: ⁊ cor meū vigilat. Duo-
bus autem modis martha excipit dominū:
et duplex ei conuiuiū parat: quia duobus
modis excluserat eum. Duo quippe sunt i
operatione que nobis deum auferunt: fla-
gitia dicimus que in nobis: facinora que i
proximos peccando committimus. Item
sunt duo que reddunt: continentia ⁊ beni-
uolentia: vt scilicet ex contrarijs contraria
curentur. Hinc enim scriptum ē: Sicut ex-
hibuistis membra vestra seruire immundi
ciē ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc ex
hibete iustitie in sanctificationez. Dum er
go parandis talibus occupatur epulis mar
tha multum satagens pro parte: vult etiam
mariam id est intellectum ⁊ omnia interio
ra sua actioni insistere: operiqꝫ suo perficiē
do operam dare. Itaqꝫ conqueritur de so-
rore ꝙ ab ea non adiuuetur: non tamen ad
ipsam sed potius ad dominū querelam di-
rigens. Domine nō est tibi cure ꝙ soror mea
reliquit me solam ministrare? Dic ergo il-
li vt me adiuuet. Ubi sane aduertenda est
dilatio quedam ⁊ honoris obsequium er-
ga deum: ꝙ scilicet ipso presente non fit au-
sa martha euocare mariā: quinimo ⁊ apud
ipsum querelam deposuerit ipsumqꝫ domi
num vocauerit in cuius potestate sit impe-
rare sorori quicquid necesse fuerit. Non er
go miremur si quempiam laborantem ⁊ be
ne operantem aduersus fratrem vacantez
murmurare videamus: quia hoc in euan-
gelio legimus marthā fecisse aduersus ma
riam. Quod autem maria quandoqꝫ murmu-
rauit aduersus martham eo ꝙ eius actio-
nibus implicari vellet: nusquā omnino re-
peritur. Neqꝫ enim vtrūqꝫ simul agere cō-
petenter sufficeret: ⁊ curis scilicet exterio-
ribus deseruire: ⁊ internis sapientie deside
rijs vacare. De ipsa quippe sapientia scri-
ptum est: Et qui minoratur actu: percipiet
illam. Propterea maria sedet immotaqꝫ ma-
net: non vult interrumpere silentij quietem
ne iocundā amittat contemplationis quie
tem: presertim cum intus ipsum audiat do-
minum dicentem: Uacate ⁊ videte quo-
niam suauis est dominus. Hic sane consi-
derandum est: tria esse que impediunt con
templationē. Equidem anime nostre ocu-
lus intelligentia est. Sicut enim oculo cor-
poris lux corporea ⁊ cetera queqꝫ corpora
lia videntur: ita deus qui est lumen incir-
cumscriptum ⁊ eius inuisibilia vbicūqꝫ in-
tellectu ꝑcipiuntur. Differunt aūt in hoc in-
terior ⁊ exterior oculus: ꝙ exteriori quidē
lux corporea extrinsecꝰ vt videat admouetur
interiori vero creatoris lumē intrinsecus vt
discernat infunditur. Utrūqꝫ vero oculum
tria sunt que ad videndum impediūt. Pri
mum ergo de exteriori atqꝫ visibili disse-
rat ratio nostra: vt de rebus visibilibꝰ ordi-
ne disputādi faciliꝰ assurgat ad intelligētiā

Poteſt ſane fieri vt ille ſanus ſit ⁊ pateat: ſ3
qñ lux exterior ei deſit nil videat. Econtra
rio fit aliqñ: vt preſens ei quidem lux ſit: ſ3
forte ſanguine ſeu quolibet humore concre
to turbat⁹ cernẽ minime poſſit. Itē ſolet
plerũq3 contingere vt neutru3 deſit illi nec
lux nec ſalus: ſed tñ aliq̃ pulueris īteriectio
ne ledatur: quo fit: vt eius acies retundat.
Sunt ergo tria iſta que hunc oculum impe
diunt: tenebre humor concretus: puluis in-
iectus. Hec ipſa ſunt etiam quibus interi-
or ille impeditur: ſed alia nomina ſortiunt.
Nam quidem hic tenebre: ibi peccata dicũ
tur. Ipſa vo peccata confluunt in memoriã
quaſi in quandam ſentinam. Et hic eſt ille
humor concretus. Quod aute3 hic puluis
dicitur: hoc ibi cura terrenoꝝ actuum nun-
cupatur. Hec igitur tria ſunt que oculum ī
telligentie confundunt atq3 a cõtemplatiõe
veri luminis excludunt: tenebre ſc3 pecca-
torum: recordatio eorũdem: cura terrenoꝝ
actuum. Primo illo morbo turbatum ſe plã
gebat ꝓpheta cum diceret. Dereliquit me
virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum et
ipſum non eſt mecum. Cum enim luce iuſti
cie deſtituimur: nil alid q̃3 peccatoꝝ noſtro
rum tenebras inuenimus. Item ſecundo ſe
grauari ſentiebat quãdo dicebat. Conuer-
ſus ſum in erumna mea: dum configitur ſpi
na peccatorum ſc3 recordatio. Tertio occu-
pari ſe conqueritur cum ait. Quia cinerem
tãq̃3 panem mãducabam. Cinerem ſcilicet
actionis: pro pane contemplationis. Qui-
cũq3 ergo mentis oculum diuine contẽpla-
tioni vult intendere: profecto neceſſe eſt: vt
eum prius ab hoc triplici impedimento ſtu
deat purgare. Quod ſi quis facere conten
dat: nouerit contra triplicem morbum tri-
plex quoq3 fore remedium. Nam quidem
primus per confeſſionem: ſecũdus per ora-
tionem: tertius curatur per quietem. Hoc
tertio ideſt cura actionis poterat ab inten-
tione ſua prepediri maria: ideoq3 martha
miniſtrante ſedet ipſa manetq3 quieta. Illa
igitur conquerente ⁊ iſta tacente: audiam⁹
quid dñs pro maria reſponderit. Martha
inquit ſollicita es: ⁊ turbaris erga plurima.
Erga plurima quidem turbaris: dũ ⁊ tibi
continentia3: ⁊ proximis paras neceſſitatis
impenſam. Nam vt continentiam habeas
ſollicita es vigilare ieiunare corpus tuũ ca-
ſtigare: vt ceteris p̃ſtes: inſtas operi: vt ha-
beas vnde tribuas neceſſitatem patienti.
Porro erga hec plurima turbaris: ſed vnũ
eſt neceſſarium. Niſi enim in vnitate opus
tuum feceris: deo qui vnus eſt acceptum ꝑ
fecto non erit. Scriptum quippe eſt. Nõ ē
qui faciat bonum: nõ eſt vſq3 ad vnũ. Hinc
eſt q̄ in illa piſcina mouebatur aqua: ⁊ ſana
batur vnus. Hinc etiam q̄ decem leproſis
mundatis: vnus regreſſus eſt cum magna
voce magnificans deum. Cui etiam dñs ce
teris reprobatis teſtimonium laudis aſcri-
pſit dicens. Nonne decem mundati ſunt?
Et nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui
rediret ⁊ daret gloriam deo: niſi hic alieni-
gena. Paulus quoq3 ait. Omnes qde3 cur-
runt: ſed vnus accipit brauium. His itaq3
⁊ alijs q̃3plurimis ſanctaꝝ ſcripturarũ elo-
quijs perſpicue docemur q̃3 vnitas ꝓbabil
ſit: maxime aũt ex preſenti loco vbi dñs ait.
Porro vnum eſt neceſſariũ. Sed ſciendum
eſt q̄ alia eſt vnitas ſanctoꝝ quã ex ſcriptu-
ris iam cõmendauimus: alia ē facinoroſoꝝ
que nihilominus ex eiſdem ſcripturis oſtẽ
dit ⁊ improbat. De hac eni ſcriptũ eſt. Aſti
terunt reges terre ⁊ ꝑncipes couenerunt ī
vnum: aduerſus dñm ⁊ aduerſus xp̃m ei⁹.
De hac iterum euangeliſta. Abeuntes pha
riſei ꝯſiliu3 inierũt: vt caperent ieſum ī ſer
mone. Et itē. Collegerũt põtifices ⁊ pha-
riſei ꝯſilium. Ut qd hoc? Sicut ioãnes te-
ſtat: vt interficerẽt ieſum? Q̃ꝫ vo ꝑtinax ſit
iſta reproboꝝ vnitas: docet ipſe dñs qui de
corpore diaboli ad beatũ iob loqtur dicens
Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia: ⁊ cõpacta
ſquamis ſe prementibus. Una vni ꝯiũgit:
⁊ ne ſpiraculum qdẽ incedit per eas. Una
alteri adherebit: ⁊ tenẽtes ſe nequaq̃3 ſepa
rabũtur. Talis vnitas imo vo peruerſitas
ſolet eſſe aliquorũ fratrum tepide ac remiſ
ſe conuerſantium: quibus ſi quid honeſta-
tis aut inſignie cuius q̃3 bone conſuetudĩs
perſuadere velis promptiores ſunt maiori
diſpendio ac difficultate grauiori reſiſtere:
q̃3 facili cõpendio aſſequi velle qd rectũ eẽ

constiterit. Peruersa ꝛ execrānda talis vnitas. Hac ergo a cordibus ꝛ sermonibus nostris exclusa. illā que bona est ꝛ tm̄ bonoruꝫ est prosequamur. Et ipsa quidem gemina ē Alia est enim que iustificat: alia que glorificat. Illa merituꝫ: ista premium est. Deniqꝫ de illa scriptum est. Multitudinis credentium erat cor vnum: ꝛ anima vna. De hac autem. Qui adheret dn̄o: vnus spirit⁹ est. Et quoniam in futuro magis speranda est res: est enim futuri temporis magis q̄ꝫ presentis: eam interim omitamus: ꝛ a deo speremus potius q̄ꝫ tractemus. Illam v̄o que iustificat que etiam nūc potissimum necessaria est: in vsum nostri operis assumamus. Ipsa enim est decus suauitatis: quā dulcedine sacra insonat psalmista. Ecce q̄ꝫ bonū ꝛ q̄ꝫ iocundum: habitare fratres in vnum. Cui⁹ veritatis cū descripsisset ꝓpheta pulchritudinem eius etiam non tacuit vtilitatem: qm̄ illic inquiens mandauit dominus benedictionem vitam. Hic scꝫ benedictionem: ꝛ in futuro seculo vitam eternaꝫ. Ipa est inqꝫ vnitas: quā summa diligentia obseruandam tradit apostolus dicens. Solliciti seruare vnitateꝫ spiritus: in vinculo pacis. Seruatur autem hoc vnitatis bonum duobus modis: ab his qui curam gerunt seruandi. Debet quisqꝫ perfectus vnitateꝫ habere ad seipsum: debet ad proximuꝫ. Ad seipsum per integritatem: ad proximuꝫ per conformitatem. Omnis quippe creatura ꝛ maxime rationalis: debet suum principium imitari. Si igitur deus noster' vnus est dicente moyse: audi israel dn̄s deus tuus de⁹ vnus est: sed ꝛ ille cum sit vnus ꝛ idem atqꝫ in seipso perfectus nec vllo indigens inest ei tm̄ benignitas erga nos ꝛ amor ꝛ beniuolentia in nos veniens: debemus ꝛ nos q̄sqꝫ sibi vnus esse per integritatem virtutis: et vnum cum proximis per vinculum dilectionis. Hanc imitationem loquens de charitate nobis cōmendat apostolus ioānes dicēs Quia sicut ille est ꝛ nos sumus in hoc mundo. Sed hanc vnitatem quā queqꝫ sibiipsi diximus debere habere tria sunt que solēt impedire: nimietas: pusillanimitas: leuitas Et nimij quidem sunt qui putāt se posse q̄ꝺ non possunt: ꝛ quod non acceperunt presumunt. Quorum speciem tenebat petrus in passiōe domini: cum diceret. Domine tecū paratus sum ꝛ in carcerem ꝛ in mortem ire Pusillanimes contrarij sunt nimis: ꝛ horꝫ quoqꝫ tenuit imaginem petrus cū diceret. Exi a me: quia homo peccator sum domine Leues sunt ꝛ inconstantes qui circunferūt omni vento doctrine: quibus quod paulo ante placuit nunc displicet: ꝛ quod nūc eligunt post paululum reprobabunt. Sꝫ quid prodest hec vitia enumerare: nisi doceam⁹ etiā quib⁹ remedijs ea possit in seipso q̄sqꝫ curare. Persequamur vnitatis inimicos: nec conuertamur donec deficiant. Igitur contra nimietatem: opponenda est consideratio proprie fragilitatis. Ipsa enim est que odiosam presumptionem potissimum deijcit. Contra pusillanimitatem habenda est fiducia diuine potestatis: vt quod tuis viribus non posse putas: ex illius adiutorio possis: ꝛ cum apostolo dicas. Omnia possū: in eo qui me confortat christus. Contra leuitatem adhibenda est consultatio seniorisne scꝫ doctrinis varijs ꝛ peregrinis abducaris: sed facias quod lex diuina tibi ꝓscribit. Interroga patrem tuum ꝛ annūciabit tibi: maiores tuos ꝛ dicent tibi. Diximus de illa vnitate quam habet quisqꝫ ad seipsum: dicamus iam ꝛ de illa quam habet ad proximum. Sed ꝛ illa duobus modis habetur: dum ꝛ nos per dilectionem tendimus in alterum: ꝛ alterius quoqꝫ vicissim in nobis recipimus affectum. Et hec etiam duobus modis impeditur: obstinatione ꝛ suspitione. Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi: nec suspitio patitur credere nos ab alijs amari. Ita fit: vt dum nec nos alium obstinati diligimus: nec ab alijs diligi suspiciosi putamus: vnitas que cum proximis habenda est impediatur. Uerum huic duplici morbo duplex charitas medetur: illa scilicet que non sua querit: ꝛ iteruꝫ illa que omnia credit. Habeat obstinatus charitatem non querentem que sua sunt: et alios diligat. Habeat suspiciosus charitatem omnia credentem: et ab alijs se diligi sine dubio credat.

xx cij

¶ Item vnde supra. Sermo quartus.

ntrauit iesus i
quoddā castellum: ⁊ mulier q̄
dā martha noīe excepit illum
in domū suaz. Quid ē fratres
ꝙ ex duabus sororibus tm̄ altera dn̄m le-
git excepisse? ⁊ eaipsa que videt inferior?
Optimā enim partē elegit maria: teste ipō
quem martha suscepit. Sed ꝑor natu mar-
tha videt: ⁊ salutis initiū sibi magis actio
q̄z ↄtēplatio noscit vendicare. Laudat xp̄s
mariā: sed a martha suscipit: amat rachae-
lē iacob: sz lia supponit ignorāti. Si ꝯ frau-
de querit: audiat nō eē cōsuetudinis: vt iu
niores ꝑus tradant ad nuptias. Or si luteā
hāc cogites domū: facile erit nosse quēad-
modum in ea dn̄m martha magis accipiat
q̄z maria. Quid eni ait apl's: Glorificate ⁊
portate deuz in corꝑe vestro: marthe dicit
nō marie. Hec nimirꝫ corpis vtit instrumē
to cū illi potius sit īpedimēto. Deniqz cor-
pus inqt qꝺ corrūpit aggrauat animam: ⁊
deꝑmit terrena inhabitatio sensum multa
cogitātē. Nūqd ⁊ operātē? Martha igit i
domū suā excipit saluatorem in terris: ma-
ria potius cogitabat quēadmodū ab eo su-
scipiat in domo nō manufacta eterna ī cel'
Forte tm̄ ⁊ ipa dn̄m suscepisse videt: sed in
spū. Dn̄s enim spūs ē. Hinc inqt haud du
biū qn marthe: soror erat noīe maria. Que
etiā sedens secus pedes dn̄i: audiebat ver
bū illius. Uides ꝙ vtraqz suscipit verbuz?
hec in carne: illa in voce? Martha autē sa-
tagebat circa frequēs ministeriū. Que ste-
tit ⁊ ait: Dn̄e nō ē tibi cure? ꝙ soror mea re
liqt me solā ministrare? Putas in domo in
qua xp̄s suscipit? vox murmuris audietur
Felix domus ⁊ beata semꝑ cōgregatio est:
vbi de maria martha cōquerit. Nā marie
marthā emulari: prorsus indignū: prorsus
illicitū ē. Alioqn vbi legis mariā causantē
ꝙ soror mea reliqt me solam vacare? Absit
vt q deo vacat: ad tumultuosaz aspiret fra-
trū officialiū vitā. Martha semꝑ insuffici
ens sibi ⁊ minus idonea videat: aliisqz ma
gis id operis qꝺ administrat optet īponi.
Respōdit aūt ei iesus. Martha martha so
licita es: ⁊ turbaris erga plurima. Uide ꝑ
rogatiuaz marie qua in omni cā habet ad-
uocatū. Indignat siquidē phariseus? con-
querit soror: ⁊ etiaz discipuli murmurant?
vbiqz maria tacet: ⁊ ꝓ ea loquit xp̄s: Opti-
mā inqt partē elegit scilicet maria: que nō
auferet ab ea in eternū. Hoc vnū illud ne-
cessariū ē: hec vna quā ꝓpheta tā sedule re
quirebat. Unā inqt petii a dn̄o: hāc requi
rā. Quid tm̄ sibi vult fratres ꝙ optimā ꝑtē
maria dicit elegisse? Ubi iā erit qꝺ aduer-
sus eam ꝓferre solemus? si qn̄ forte admini
strātis marthe turbationē ⁊ inequalitatez
iudicare voluerit melior est iniqtas viri q̄z
benefaciēs mulier? Ubi erit ⁊ illud? si qs
mihi ministrauerit honorificabit eū pater
meus? Et illud? qui maior ē vestrū: erit mi
nister vester? Postremo que cōsolatio ē la
borāti? quasi in eius sugillationem ꝑtē soro
ris attollere? Unū ergo arbitror e duobus
vt aut de electione maria laudet ꝙ ꝑs ipa
quātū in nobis ē sit omnibus eligēda? aut
certe vt neutrū defuisse dicat: nec in partē
quālibet ꝑcipitasse sententiā: sed ad obedi
entiam preceptoris in vtrūlibet sit parata.
Quis enim sicut dauid fidelis? egrediens
⁊ ingrediens ⁊ paratus ad imperiū regis?
Deniqz paratū inquit cor meuz: paratum
cor meū? nō semel tm̄ sed ⁊ secundo: ⁊ vaca
re tibi: ⁊ ꝓximis ministrare. Hec plane ꝑs
optima: que nō auferetur. Hec mens opti
ma: que non mutabit quacūqz vocaueris
eā. Bonū enim acquirit graduz qui bene
ministrauerit? forte meliorem qui bene va-
cauerit deo: optimū aūt qui ꝑfectus est in
vtroqz. Unum adhuc dico: si tm̄ id de mar
tha liceat suspicari. None enim quasi ocio
sam reputasse videt? quā sibi dari petiit ad
iutricē? Sed carnalis est: ⁊ omnino nō per
cipit que sunt spūs dei: siquis forte vacātē
animā: sua de vacatiōe redarguit. Audiat
igitur optimā esse hāc partem que maneat
in eternum. Nunquid enim nō rudis quo
dāmodo videtur anima? que diuine ↄtem
platiōis penitus expers illā intrauerit regi
onem: vbi hoc vnum omniū opus vnū stu
dium eadem vita? Sed consideremus fra-
tres quēadmoduz in hac domo nostra tria

hec distribuerit ordinatio charitatis: mar-
the administrationē? marie cōtemplationē
lazari penitentiā. Habet hec simul quecū-
q3 perfecta est anima: magis tñ videntur ad
singulos singula ptinere? vt alij vacent san
cte contemplationi: alij dediti fraterne ad
ministratiōi: alij in amaritudine anime sue
recogitēt annos suos: tanq3 vulnerati dor-
mientes in sepulchris. Sic plane sic opus ē
vt maria pie ⁊ sublimiter sentiat d deo suo
martha benigne ⁊ misericorditer de proxi-
mo: lazarus misere et humiliter de seipso.
Gradum suum quisq3 consideret. Si inuē
ti fuerint in ciuitate hac noe daniel et iob:
ipsi iusticia sua liberabūtur ait dñs: sed fi-
lium aut filiam non liberabunt. Memini
nos blandimur: vtinam nec nostruz qspiā
se seducat. Quibus enim nulla credita est
dispensatio administrationulla commissa?
his omnino sedēdum erit aut secus pedes
dñi cum maria: aut certe cum lazaro inter
septa sepulchri. Quidni erga multa turbe-
tur martha? que solicita est ꝓ multis? Tibi
ergo cui necessitas non incūbit ex duobus
vnum est necessarium: aut non turbari pe-
nitus: sed delectari magis in dño: aut si id
necdum potes turbari non erga plurima:
sed vt de se ꝓpheta loquitur ad teipm. Ite
rum dico: ne quis de ignorantia habeat ex
cusationem. Oportet te frater ad quem de
fabricanda seu regenda inter vndas dilu-
uij archa nil spectat? aut virum esse deside
riorum: vt daniel erat: aut cum beato iob
virum dolorum ⁊ scientem infirmitatem.
Alioquin vereor ne tepidum ⁊ nauseam ꝓ
uocantem euomat ex ore suo: qui inuenire
te cupit: aut sui considerationem calidum
⁊ charitatis igne flagrantem: aut tua ipsi-
us cognitione frigidum ⁊ timoris aq̄ igni-
ta diaboli iacula restringētem. Sed ⁊ ipaz
quoq3 martham admonitam esse necesse ē
id maxime queri inter dispensatores: vt fi-
delis quis inueniatur. Erit autem fidelis
si neq3 que sua sūt querat: sed que iesu xpi?
vt sit intentio pura: nec suam faciat: sed do
mini voluntatez: vt sit actio ordinata. Sūt
enim quorum non simplex est oculus: ⁊ re-
cipiunt mercedem suam? sunt qui serūtur
proprijs motibus animorum ⁊ contamina-
ta sunt vniuersa que offerunt: quippe cuz
voluntates eorum inueniantur in eis. Ue
ni nunc mecum ad nuptiale carmen ⁊ con
sideremus quemadmodū sponsus sibi spō
sam vocat: nec vllum omiserit ex trib⁹: nec
eis addiderit quicq̄3. Surge inquit ami-
ca mea? propera formosa mea: colūba mea
⁊ veni. An non amica est que dominicis lu
cris intenta? fideliter ipsam quoq3 ꝓ eo po
nit animam suam? Quotiens enim ꝓ vno
ex minimis eius spirituale studium inter-
mittit: totiens pro eo spiritualiter animam
suam ponit. Aut non formosa? que reuela-
ta facie gloriam domini speculando in ean
dem imaginem transformatur de claritate
i claritatem tanq3 a domini spiritu? An nō
columba? que plangit ⁊ gemit in foramini-
bus petre in cauernis macerie tanq3 sepul
ta sub lapide? Mulier ait martha nomine
excepit illum in domum suam. Certum est
huiusmodi tenere locum fratres officiales
quos fraterne charitatis intuit⁹ varijs ad
ministrationibus deputauit. Utinam au-
tem ⁊ ego ipse inter dispēsatores fidelis me
rear inueniri. Quibus enim conuenienti-
us videtur aptandum quod dominus ait:
martha martha solicita es q̄3 prelatis? si ta-
men digna in solicitudine presunt. Aut qs
turbatur erga plurima? nisi cui ⁊ marie va
cantis ⁊ lazari penitentis: sed ⁊ ipsoruz qui
bus partitur onera vniuersa solicitudo in
cumbit? Uide marthā solicitam: vide mar
tham turbatam erga plurima. Apostolum
loquor: qui ꝑlatos solicitudinis admonēs:
gerit ipe solicitudinem omnium ecclesiarum
Quis infirmatur inquit? ⁊ ego nō infirmor?
Quis scādalizatur? ⁊ ego nō vror? Suscipiat
igitur martha dñm in domū suā: cui nimirū
credita ē dispēsatio dom⁹. Mediatrix est
vt sibi pariter ⁊ subiectis salutē obtineat:
suscipiāt grām sicut scriptū est. Suscipiāt
montes pacem populo: ⁊ colles iustitiam.
Suscipiant ⁊ ceteri coadiutores eius sin-
guli pro q̄litate ministerij sui excipiāt xpm
seruiant christo: ministrēt ei membris suis
ille in infirmis fratribus: ille in pauperi-
bus: ille in hospitib⁹ ⁊ ꝑegrinis. Quibus

ita ſolicitis circa frequens miniſteriũ: vi-
deat maria quẽadmodum vacet ⁊ videat
qm̃ ſuauis eſt dñs. Uideat inq̃ quã deuo
ta mente q̃ȝ tranquillo ſedeat animo ſecus
pedes ieſu: ꝓuidens euȝ ſemꝑ in cõſpectu
ſuo ⁊ v̉ba ex eius ore excipiẽs cuius ⁊ aſpe-
ctus delectabilis ⁊ eloquiũ dulce. Diffuſa
eſt gr̃a in labijs ei⁹: ⁊ eſt ſpecioſus forma p̃
filijs hominũ: imo ſuꝑ oẽm gl'iaȝ angeloꝝ.
Gaude ⁊ gr̃as age maria: q̃ ꝑtem optimã
elegiſti. Beati eni oculi q̃ vident q̃ tu vi-
des: ⁊ aures q̃ merenť audire que tu audis
Btã plane q̃ venas diuini ſuſſurrij ꝑcipis
in ſilentio: in quo vtiq̃ȝ bonũ eſt homini do
minũ expectare. Simplex eſto nõ tantũ ſi
ne dolo ſed etiã abſq̃ȝ multiplicitate occu-
pationũ: vt tecũ ſit ſermocinatio ei⁹ cuius
⁊ vox dulcis ⁊ facies decora. Unũ caue ne
incipas abũdare in ſenſu tuo ⁊ vel plus ſa
pere q̃ȝ oporteat ſapere: ne forte dum lucẽ
ſectaris impingas in tenebras illudente ti
bi demonio meridiano: de quo nõ eſt hu-
ius tẽporis diſputare. Nam lazarus quo
deuenit? Ubi poſuiſtis eum? Sorores allo
quor: que ſepelierunt fratreȝ predicatiõe
⁊ miniſterio: exemplo ⁊ oratiõe. Ubi ergo
poſuiſtis eum? Abſcondit⁹ eſt foſſa humo
ſub lapide iacet: non facile inuenitur. Pro
pterea non erit incongruum quatriduano
quartum ſeruare ſermonem: vt iuxta ſal-
uatoris exemplum audientes ecce quem
amas ĩfirmať: vt nos maneam⁹ hic de iſto
cxx Item vnde ſupra Sermo quintus.
iij



Empus loquẽ
di eſt omni carni cum aſſumiť
incarnati verbi mater in celũ
nec ceſſare debet a laudibus
humana mortalitas: cum hominis ſola na-
tura ſupra immortales ſpiritus exaltatur
in virgine. Sed de ei⁹ gl'ia nec ſilere deuo
tio patitur: nec dignum aliquid ſterilis cõ
cipere cogitatio: aut in erudita poteſt locu-
tio parturire. Hinc eſt ꝙ ⁊ ipſi celeſtis cu
rie princeps in conſideratione tante ⁊ no-
uitatis: clamant nõ ſine admiratiõe. Que
eſt iſta que aſcendit de deſerto: delitijs af-
fluens? Ac ſi manifeſtius dicant. Quanta
eſt hec: aut vnde ei aſcendenti vtiq̃ȝ de de-
ſerto affluentia tanta delitiarum? Nec enĩ
pares inueniunť delitie vel in nobis quos
in ciuitate domini letificat fluminis impe
tus: qui a vultu glorie voluptatis glorie po
tamur. Que eſt iſta: que deſub ſole vbi ni-
hil eſt niſi labor ⁊ dolor ⁊ afflictio ſpiritus:
aſcendit delitijs ſpiritualibus affluens?
Quidni delitias dixerim virginitatis de-
cus cum munere fecunditatis humilitatis
inſigne diſtillantem charitatis fauũ: miſe
ricordie viſcera plenitudinem gratie pre-
ragatiuam glorie ſingularis? Aſcendens
igitur de deſerto regina mundi: etiam an-
gelus ſanctis vt canit eccleſia ſpecioſa fa-
cta eſt et ſuauis in delitijs ſuis. Deſinant
tamen deſerti huius mirari delitias: quia
dominus dedit benignitatem: ⁊ terra no-
ſtra dedit fructum ſuum. Quid mirãtur
de terra deſerta mariaȝ aſcendere delitijs
affluentẽ? Mirenť poti⁹ pauperẽ xp̃m de
celeſtis regni plenitudĩe deſcendẽtẽ. Lon-
ge enĩ ãpliori miraclo dignũ videť dei filiũ
paulominus ab ãgelis minorari: q̃ȝ dei ma
trẽ ſuper angelos exaltari. Illius q̃dem ex-
inanitio facta ẽ repletio nr̃a: illius miſerie
mũdi delicie ſunt. Deniq̃ȝ cum diues eſſet
propter nos factus eſt pauꝑ: vt nos eius in
opia ditaremur. Sȝ ⁊ crucis ignominia:
credentiũ facta ẽ gloria. Adhuc aũt ad mo
numẽtũ ꝓperat vita noſtra: vt quatridua
num reducat a monumẽto ⁊ eũ de quo vo
bis hodie ſi bene meminit charitas veſtra
ſ̃mo debetur: lazarũ querit vt queratur et
ĩueniatur a lazaro. In hoc enim ẽ charitas
non quaſi nos dilexerim⁹ deum: ſed q: ipſe
prior dilexit nos. Age igiť dñe: quere quẽ
amas: vt ⁊ amantẽ facias ⁊ querẽtẽ. Que-
re vbi poſuerũt eũ. Iacet eniȝ clauſus liga
tus oneratus. Iacet in ergaſtulo cõſciẽtie:
tenetur in vinculis diſcipline: ⁊ tanq̃ȝ lapi
de ſuperpoſito ꝑmiť: ⁊ opprimiť onere pe-
nitentie: eo ꝙ deſit interim fortis vt mors
dilectio: et charitas omnia ſuſtinẽs. Et in
his omnibus iam fetet domine: quatri-
duanus eſt enim. Credo multorum iam
ingenia preuolant: vt intelligant quem

velim dicere lazarũ. Eum sine dubio q nuper pctõ mortuus fodit sibi parietẽ vt videat abhoĩationes multas ⁊ malas praui ⁊ inpscrutabilis cordis sui: iuxta pphã aliũ ingressus in petraȝ abscõditus fossa humo a facie furoris dñi. Sed quid est dñe? Iaȝ fetet: quatriduanus est eni. Forte eni fetorem istũ: ⁊ q̃ttuor dies istos nõ ꝯtinuo qs intelligat. Ego primã arbitror timoris dieȝ qua nimirũ irradiante cordibus nostris peccato morimur: ⁊ quodãmodo sepellimꝰ in cõscientijs nostris. Secunda ni fallor in labore certaminis. Solet nẽpe iter primordia conuersionis acrius insurgere tẽtatio praue cõsuetudinis: ⁊ vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus doloris esse videtur duȝ recogitat quis annos suos in amaritudĩe aĩe sue: nec tã laborat declinãdo futura q̃ȝ pterita plãgẽdo deplorat. Miraris q hos dixeri dies? Sȝ tales sepulture debẽntur dies nebule ⁊ caliginis: dies luctus ⁊ amaritudinis. Sequitur dies pudoris nõ dissimilis tribus quãdo iam horribili confusione operetur aĩa miseranda: dum nimis ꝯsiderat q̃ ⁊ quanta reliquerit: ⁊ in occulis cordis tetras versat imagines pcõꝝ. Aius huiuscemõi nihil dissimulat: sed dijudicat: sed exaggerat: sȝ aggrauat vniuersa. Non sibi pcit durus iudex in semetipsuȝ Utilis qdem exacerbatio ⁊ digna miseratione crudelitas facile sibi diuinã cõcilians grãm: dum pro eo mẽs emulatur etiam contra seipsam. Veruntamen lazare veni foras: ne in tanto fetore diutius immoreris. Caro putrida putredini proxima est: ⁊ qui confunditur vehemẽtius ⁊ tabescit ppe est vt dispet. Propterea lazare veni foras. Abyssus abyssum inuocat: abyssus luminis ⁊ mĩe abyssuȝ miserie ⁊ tenebrarum. Maior illius bonitas q̃ȝ iniqtas tua ⁊ vbi pctm̃ abundat supabũdare ⁊ gratiã facit. Lazare inqt veni foras. Ac si manifestius dicat. Quo vsq̃ȝ conscientie tue caligo te detinet? Quamdiu in cubili tuo graui corde cõpungeris? Veni foras procede respira in lucẽ miserationũ meaꝝ Hoc eni est qð in ppheta legisti. Infrenabo os tuũ laude mea: ne peas. Euidentius quoqȝ propheta alius de seipso dicit. Ad meipm aĩa mea turbata est: ppterea memor ero tui. Iã vero qd sibi vult qð ait tollite lapidẽ: ⁊ post pauca soluite eũ? Nũqd post visitationẽ gratie ꝯsolãtis cessabit agẽ penitẽtiã qm̃ appropiquauit regnũ celoꝝ: aut abiciet disciplinã ne forte irascat dñs ⁊ pereat de via iusta? Tollat lapis sȝ pẽitẽtia maneat nõ iã pmẽs ⁊ onerãs sȝ viuidã ⁊ robustã mẽtẽ roborans magis atqȝ cõfirmãs nimiꝝ cuius lȝ sit quẽ antea nesciebat dñi facere volũtatẽ. Sic ⁊ disciplina iã liberũ nõ cõstrigit ſm illud: iusto nõ ẽ lex posita: sed volũtariũ regit ⁊ dirigit ĩ viã pacis. Super hac lazari suscitatiõe manifestiꝰ psallit propheta. Nõ derelinques ait aĩam meã in infernõ: q vt dixisse me memini: scðo huiꝰ festiuitatis die ĩfernꝰ qdẽ ⁊ carcer aĩe rea ꝯscia ẽ. Nec dabis sãctũ tuũ nõ suũ ipius sȝ tuũ vtiqȝ quẽ ipse sctificas videre corruptiõeȝ Corruptioni siquidẽ proximꝰ erat q̃triduanꝰ qui ceperat iam fetere. Propeꝫ erat vt penitus dissolueret ⁊ veniẽs ĩ profundũ maloꝝ contẽneret impius: sed preuentus vocẽ virtutis ⁊ ab ea viuificatus gratias agit dicens. Notas fecisti mihi vias vite. adimplebis me leticia cum vultu tuo. Ad ipius siquidẽ contẽplationem euocasti ⁊ eduxisti ab inferno aĩam meam dum anxiaret sup me spũs meus intuens conscientie proprie faciem nimis abhominandam. Clamauit inqt voce magna. Lazare veni foras. Magna vtiqȝ voce: non tam sono clamosa: q̃ȝ pietate ⁊ virtute magnifica. Sed quo deuenimus. Nunqd non supra celos virginem prosequebamur. Et ecce cum lazaro descẽdimus in abyssuȝ. A splendore virtutis ad fetorẽ q̃triduani procliuis decurrit oratio. Cur hoc nisi q põdere pprio ferebamur: ⁊ trahebat nos materia tanto vberior vtiqȝ quãto familiarior. Fateor ĩpitiã meã pusillanimitẽ propriam non abscondo. Non est equidẽ q me magis delectet sed nec est qð terreat magis: q̃ȝ de gloria virginis matris habere sermonem. Ut enim sileaȝ interim ĩeffabile priuilegiũ meritoꝝ ⁊ pꝛogatiuam penitꝰ singularẽ: tãto eã deuotiõis affectu ãplectũtur honorãt suscipiunt vt dignum

est vniuersi: vt licet de ea loqui gestiāt oēs tñ quicqd dicit de indicibili eo ipo qd dici potuerit min⁹ gratū sit min⁹ placeat min⁹ accepet. Quidni min⁹ sapiat: qcqd de incōprehēsibili glīa cōprehēdere potuit mēs humana? Ecce eni si in ea laudauero virginitatē: multe mihi virgines post eā videnī offerri. Si in ea humilitatē pdicauero: inuenient forte vel pauci q docēte filio ei⁹ mites facti sunt ꝛ hūiles corde. Si magnificare voluero misericordie ei⁹ multitudinē: sunt aliq mie viri etiā ꝛ mulieres. Unū est in quo nec primā similē visa est nec hrē sequētez gaudiū matris hñs cū virginitatis honore. Optimā ptem elegit sibi maria Optimā plane: qr bona fecuuditas ꝯiugalis: melior aūt castitas virginalis, prsus aūt optima est secūditas virginea seu secūda virginitas. Marie puilegiū est non dabit alteri: q: nō auferet ab ea. Singulare est sz ꝯtinuo etiā idicibile inuenit: vt queadmodū nemo assequi possit sic nec eloq quidē Quid si ꝛ illud adijtias cui⁹ mater? Que poterit ligua etiā si iā angelica sit dignil extollere laudibus virginē: matrē aūt nō cuiuscūqz sed dei? Duplex nouitas: duplex p rogatiua: duplex miraculū: sed digne prorsus aptissimeqz ꝯueniens. Neqz eni filius alius virginē: nec deū decuit partus alter Ueruntñ nō hoc tm̄ si diligēter attendas: sed ceteras quoqz virtutes singulares prorsus inuenies in maria: q̄ videbanī esse cōmunes. Que eni vel angelica puritas virginitati illi audeat cōpari? que digna fuit spūs sancti sacrariū fieri et habitaculū filij dei? Si rerū pretia de raritate pēsamus: q̄ prima in terris angelicā pposuit ducere vitā sup oēs est. Quō inqt fiet istud? Qm̄ virum nō cognosco. Immobile ppositū virginitatis: qd nec angelo filiū pmittēte aliquatenus titubauit. Quō inqt fiet istud? Neqz eni eo modo quo fieri solet i ceteris Uirum penit⁹ nō cognosco: nec filij desiderio nec spe plis. Quāta vero ꝛ q̄z preciosa humilitatis virt⁹: cum tanta puritate cum innocentia tanta cū ꝯsciētia prorsus absqz delicto: immo cū tanta gratie plenitudine Unde tibi humilitas: ꝛ tanta humilitas o beata? Digna plane quā respiceret dominus: cuius decorem cōcupisceret rex: cui⁹ odore suauissimo ab eterno illo paterni sinus attraheretur accubitu. Uide enim q̄z manifeste sibi concinnant virginis nostre canticum ꝛ nuptiale carmē: nimirū cuius vterus sponsi thalamus fuit. Audi mariaz in euangelio. Respexit inqt humilitatē ancille sue. Audi eandē in epithalamio. Cum esset rex inqt in accubitu suo: nardus mea dedit odorē suum Nardus quippe herba humilis est ꝛ pectus purgat: vt manifestuz sit humilitatē nardi nomine designari: cuius odor ꝛ decor inuenerit gratiam apud deum. Sileat misericordiā tuam virgo beata: si quis est qui inuocatā eam in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Nos quidem seruuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi: sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem humilitatē miramur: sz mīa miseris sapit dulci⁹ mīam amplectim̄ cari⁹: recordamur sepi⁹ crebrius iuocamus. Hec est eni que totius mundi reparationem obtinuit: salutē omnium impetrauit. Cōstat enim pro vniuerso genere humano fuisse solicitā cui dictū est: ne timeas maria iuenisti gratiam vtiqz quam querebas. Quis ergo misericordie tue o benedicta longitudinē. ꝛ latitudinē sublimitatē: ꝛ profundū: queat iuestigare Nam longitudo eius vsqz in nouissimū diem inuocantibus eam subuenit. vniuersis Latitudo ei⁹ replet orbem terrar: vt tua quoqz misericordia plena sit oīs terra. Sic ꝛ sublimitas eius ciuitatis superne iuenit restaurationem: ꝛ profūdū eius sedentib⁹ in tenebris ꝛ vmbra mortis obtinuit redēptionem. Per te eñ celum repletum infernus euacuatus est. īstaurate ruine celestis hierusalem: expectantabus miseris vita perdita data. Sic potentissima et pijssima caritas et affectu compatiendi ꝛ effectu subueniēdi abūdat. eqz locuples ī vtroqz. Ad hūc igit fontē sitibūda pperet aīa nr̄a: ad hūc mie cumulū tota solicitudine miseria nr̄a recurrat. Ecce iā quib⁹ potuim⁹ votis ascēdētē te ad filiū deduxim⁹: ꝛ psecuti sumus saltez a longe: virgo benedicta

Sit pietatis tue ipsam quã apud deuz gra
tiam inuenisti notam facere mundo: reis
veniam: medelam egris: pusillis corde ro-
bur: afflictis consolationem: piclitantibus
adiutoriũ ꝛ liberatione̅ sc̃is tuis p̃cib⁹ ob-
tinendo. In hac quoqꝫ die solẽnitatis ꝛ le-
titie dulcissimũ marie nomen cũ laude in-
uocãtib⁹ suulis p te regina cleme̅s gr̃e sue
mũera largiat̃ iesus xp̃s fili⁹ tu⁹ dñs nr̃ q e̅
sup oia benedictus deus in secula amen.

cxx ¶ Itez vnde supra de verbis apocalipsis
iiij Sermo sextus.



Ignũ magnũ apparuit in celo mulier ami-
cta sole ꝛ luna sub pedibus ei
us: ꝛ in capite ei⁹ corona stel
laꝝ duodecim. Uehementer quide̅ nobis
dilectissimi vir vnus ꝛ mulier vna nocuere
sed gratias deo p vnũ nichilominus viruz
ꝛ mulierem vnã omnia restaurant̃: nec si-
ne magno feruore gr̃arum. Neqꝫ eni sicut
delictũ ita ꝛ donũ: sed excedit dãni estima-
tione̅ beneficij magnitudo. Sic nimirũ pru
dentissimus ꝛ cleme̅tissimus artifex quod
quassatũ fuerat nõ cõfregit sed refecit: vt
videlicet nobis nouum adam formaret ex
veteri: ꝛ euam transfunderet in mariã. Et
quide̅ sufficere poterat xp̃o siquide̅ ꝛ nunc
omnis sufficie̅tia nostra ex eo est: sed nobis
bonũ nõ erat esse hoiez soluz. Cõgruũ ma-
gis vt adesset nr̃e repationi sexus vterqꝫ
quoꝝ corruptioni neuter defuisset. Fidelis
plane ꝛ prepote̅s mediator dei ꝛ hominuz
homo xp̃s iesus: sed diuinã in eo reuerent̃
homines maiestate̅. Absorta videt̃ in deita
tem humanitas: non ꝙ sit mutata substan-
tia sed affectio deificata. Non solũ illi can-
tatur: mia cantat̃ pariter ꝛ iudicium: quia
etsi didicit ex his que passus est compassi
one̅ vt misericors fieret: habet tñ ꝛ iudicia
riaz potestate̅. Deniqꝫ deus noster ignis
cõsume̅s est. Quidni vereat̃ peccator acce
dere: ne que̅admodũ cera fluit a facie ignis
sic pereat ip̃e a facie dei? Itaqꝫ iam nec ip̃a
mulier benedicta in mulierib⁹ videbit̃ oci
osa: inuenie̅t̃ equide̅ locus eius in hac recõ
ciliatione. Opus eni est mediatore ad me-
diatore̅ istũ: nec alter nob vtilior qꝫ maria
Crudelis nimirũ mediatrix eua: p quã ser
pe̅s antiquus pestiferũ ꝛ ip̃i ꝛ viro virus
infundit: sꝫ fidelis maria q̃ salutis antido-
tũ ꝛ viris ꝛ mulieribus ꝓpinauit. Illa eni
ministra seductiõis: hec ꝓpinatiõis. Illa
suggessit p̃uaricatione̅: hec igessit rede̅ptio
ne̅. Quid ad mariã trepidet hũana fragili
tas? Nihil austeꝝ in ea nihil terribile: tota
suauis e̅ oibus offere̅s lac ꝛ lanã. Reuolue
dilige̅ti⁹ euãgelice historie serie̅ vniuersã
ꝛ si qd forte icrepatoriũ si qd durũ si qd de
niqꝫ signũ vl' tenuis idignatiõis occure̅it
in maria: de cetero suspectã he̅as ꝛ accede̅
verearis. Quod si vt vere sũt plena magis oia
pietatis ꝛ gr̃e plena mãsuetudis ꝛ mie q̃ ad
eã ptine̅t mũeris: age ei gr̃as q sibi tali me-
diatrice̅ benignissia miseratiõe ꝓuidit in q̃
nih possit ee̅ suspectũ. Deniqꝫ oib⁹ oia fc̃a
est sapie̅tib⁹ ꝛ isipie̅tib⁹ copiosissima chari-
tate debitrice̅ se fec: oib⁹ mie sinũ apuit: vt
de plenitudie illi⁹ accipiãt vniuersi: capti
uus rede̅ptione̅: eger curatione̅: tristis ꝯso
latione̅: pctõr veniã: iust⁹ gr̃az angel⁹ letitiã
deniqꝫ tota trinitas gl'iaz filij p̃sona carnis
hũane suba: vt nõ sit q se abscõdat a calore
ei⁹. Putasne ip̃a e̅ sole amicta mulier? Est
siqde̅ vt de p̃nti eccl'ia id itelligendũ ꝓpt hi
ce visiõis series ip̃a demõstret: sꝫ id plane
nõ icõuenient̃ marie videbit̃ attribue̅dũ.
Nimiꝝ ea e̅ q̃ velut alteꝝ sole̅ induit sibi ꝛ
que̅admodũ ille sup bonos ꝛ malos idiffe
rent̃ orit̃ sic ip̃a qꝫ nõ discutit merita sꝫ oib⁹
sese exorabile̅ oib⁹ cleme̅tissimã p̃bet oiuz
deniqꝫ neccẽitates ãplissimo q̃dã misat̃ affe
ctu. Nã ꝛ defect⁹ ois sub ea ꝛ qcqd fragili-
tatis seu corruptiõis e̅ excelle̅tissia q̃dã sub
limitate p̃ ceteris oib⁹ excedit ꝛ supgredit̃ cre
aturis vt merito sub pedib⁹ ei⁹ luna e̅e dica
tur. Alioqn magnũ dixisse videbim̃ vt sit
luna ista sub pedib⁹ ei⁹ quã sup oe̅s ãgeloꝝ
choros sup cherubi qꝫ ꝛ seraphin exaltatã
nefas e̅ dubitare. Solz aũt luna nõ mõ d̃fe
ctũ corruptiõis sꝫ stultitiã me̅tis: nõnũqꝫ v̇o
eccl'iaz hui⁹ tp̃is d̃signare. Illã qde̅ ꝓpt mu
tabilitate̅: hãc sane ꝓpt suseptũ aliũde sple̅-
dore̅. Utraqꝫ v̇o vt ita dixeri luna marie sb
pedib⁹ cõgrue satis ponit̃: alio tñ atqꝫ alio

mō. Siqdem stult⁹ vt luna mutat: sapiens aūt pmanet vt sol. In sole nimir & feruor & splēdor: atq; is oīno mutabil' & icert⁹: q nūq; in eodē statu permaneat. Iure ḡ maria sole phibet amicta: que pfundissimū diuine sapiētie vltra q; credi valeat penetrauit abyssum: vt quātū sine psonali vnione creature cōdictio patit luci illi inaccessibili videat imersa. Illo nimir igne pphete labia purgāt: illo igne seraphin accedunt. Lōge vo aliter maria meruit nō velut summatiz tāgi sed opiri vndiq; & circūfundi: & tanq; ipo igne cōcludi. Cādidissimus sane sed & calidissimus huius mulieris amict⁹: cuius oīa tam excellēter irradiata noscunt: vt nihil in ea non dico tenebrosum sed ne obscurū: saltē vel minus lucidū: sed ne tepidum qdē aliqd aut nō feruētissimū liceat suspicari. Insipiētia vo oīs lōge sub pedib⁹ ei⁹: vt penitus absit hec ab insipientiū mulier numero: & collegio virginum fatuar. Immo vo & vnicus ille stultus qui vere mutatus vt luna sapiētiam pdidit in decore suo: sub marie pedibus conculcatus patit miseriā seruitutē. Nimir ipa est quondā a deo pmissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede cōtritura: cuius plaue calcaneo in multis versutijs insidiat: sed sine causa. Sola enim cōtriuit vniuersam hereticam prauitatē. Alius nō de substātia carnis sue xp̄z edidisse dogmatizabat: alius paruulū non peperisse sed reperisse sibilabat: ali⁹ viro cognitā blasphemabat: alius dei matrē audire nō sustinēs magnū illud nomē theothocos ipiissime sugillabat: sz ɔtriti sūt isidiatores: cōculcati supplātatores: ɔfutati derogatores: & beatā eā dicunt oēs generatōes. Deniq; & p herodē draco isidiat⁹ ē pariēti vt nascētē excipiēs filiū devoraret q inimicitie cēnt iter semē mulieris & draconis. Iā si eccl'ia lune magi videt itelligēda vocabulo qđ videlicet nō ex se splēdeat: sz ab eo qui dicit: sine me nihil potestis facere: habes mediatricē quaz tibi paulo ante cōmēdauimus euidēter expressam. Mulier inqt amicta sole: & luna sub pedib⁹ eius. Amplectamur marie vestigia fratres: & deuotissima supplicatiōe beatis illius pedib⁹

puoluamur. Teneamus eā nec dimittam⁹ donec bñdixerit nobis. Potēs ē enim. Nē pe vellus ē mediū inter rorē & areā: mulier inter solē & lunam: maria inter xp̄m & ecclesiā cōstituta. Sed forte miraris nō tam vellus opertū rore: q; amictaz sole mulierem. Magna siquidē familiaritas: sed mira oino vicinitas solis & mulieris. Quō enim ī tam vehementi feruore: tam fragilis natura subsistit? Merito qdē admiraris moyses sancte: & curiosius desideras ītueri. Uerūtamē solue calciamēta de pedib⁹ tuis: & īuoluta pone carnalium cogitationū si accedere cōcupiscis. Uado inqt & videbo visionē hāc magnā. Magna plane visio rub⁹ ardēs sine cōbustiōe: magnū signū mulier illesa manēs amicta sole. Nō ē rubi natura opertū vndiq; flāmis manere nihilomin⁹ incōbustū: nō mulieris potentia: vt sustineat solis amictū. Nō ē virtutis humane: sz ne angelice qdē. Sublimior quedā necessaria est. Spūs sanctus inqt supueniet in te. Et tanq; respōderet illa qm̄ spūs ē deus et deus noster ignis ɔsumens: virtus ait non mea nō tua: sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaq; mirū: si tali obumbraculo talis etiā a muliere sustineat amictus. Mulier ī quit amictaz sole. Plane amicta lumine sicut vestimēto. Nō percipit forte carnalis: nimir spūale ē: stulticia illi videt. Non sic videbat aplo q dicebat: Induimini dn̄m iesū xp̄z. O familiaris fcā es ei dn̄a q; proxima: imo q; ītima fieri meruisti: quātā īuenisti grāz apud eū. In te manet & tu in eo: & vestis eū: & vestiri ab eo. Uestis eū substātia carnis: & vestit ille te sine gloria maiestatis. Uestis nube solē: & sole ipa vestiri. Nouum eni fecit dn̄s sup terrā: vt mulier circundaret vir: nec aliū quā de quo dr: ecce vir oriēs nomē ei⁹. Nouū quoq; fecit ī celo: vt mulier sole appareret amicta. Deniq; & coronauit eū: & vicissi ab eo meruit coronari. Egredimini filie syon: et videte matrē salomonis ī diademate quo corona uit eaz fili⁹ suus. In capite inqt ei⁹ corona stellarū duodeci. Dignū plane stell' coronari caput: qđ & ipsis lōge clari⁹ micās ornet eas poti⁹ q; ornet ab eis. Quidni coronet

sydera quam sol vestit? Sicut dies verni
ait circūdabant eā flores rosaꝝ ⁊ lilia ꝯua
lium. Nimirū leua sponse sub capite eius:
⁊ iam dextera illius amplexatur eā. Quis
illas estimet gemmas quis stellas noiet? e
quibus marie regiū diadema cōpactū est?
Supra hominē est corone huius rōnem ex
ponere: iudicare cōpositionem. Nos tamē
pro modulo nostre exiguitatis abstinētes
a periculo scrutinio secretoꝝ: nō incōgrue
forsitan duodecī stellas istas duodecī pre
rogatiuas gratiaꝝ itelligere videamur qui
bus mariam singulariter adornat. Si qui
dem iuenire est in maria ꝓrogatiuas celi ⁊
prerogatiuas carnis: prerogatiuas cordis
Et si fuerit ternarius iste per quaternariū
multiplicatus? habemus forte stellas duo
decim: quibus regine nostre diadema ꝑ-
fulgeat vniuersis. Mihi sane singularis ru
tilat fulgor primo quidem ī marie genera-
tione? secūdo ī angelica salutatione: tertio
ī spiritus superatione: quarto in filij dei in
enarrabili ꝯceptione. Sic ⁊ ī his quoqꝫ si
dereum plane radiat decus? ꝙ virginitatis
primiceria: ꝙ sine corruptiōe fecunda? ꝙ
sine grauamine grauida: ꝙ sine dolore puer
pera. Nichilominus ēt hec in maria corru
scant? mansuetudo pudoris? deuotio humi
litatis: magnanimitas credulitatis: marti
riū cordis. Uestre qdē sedulitatis erit sin-
gula queqꝫ diligēti⁹ ītueri: nos interim sa-
tisfecisse videbimur si breuit ea potuerim⁹
demonstrare. Quid ḡ sydeꝝ michat ī gnā
tione marie? Plane ꝙ ex regibus orta? ꝙ
ex semine abrahe: ꝙ generosa ex stirpe da
uid. Si id paꝝ videt? adde ꝙ generatiōi il
li ob singulare preuilegium sanctitatis di-
uinitus noscit eē cōcessa: ꝙ lōge ante eisdē
patribus celitus repromissa? ꝙ mysticis ꝑ-
figurata miraculis: ꝙ oraculis ꝓnūciata ꝓ
pheticis. Hāc enim sacerdotalis virga dū
sine radice floruit? hanc gedeonis vellus
dum in medio sicce arce maduit: hāc ī eze
chielis visione oriētalis porta que nulli vn
qꝫ patuit ꝑsignabat. Hāc deniqꝫ ꝑ ceteris
isaias nūc virgā ex radice iesse orituram ꝓ
mittebat: nūc euidētius virginē pariturā.
Merito signū hoc magnā in celo apparu-
isse scribit: qđ tāto ante de celo noscit eē ꝓ
missum. Dn̄s ait: ipe dabit vobis signum.
Ecce virgo cōcipiet. Magnū ꝑfecto signū
dedit: qr ⁊ magnus ipe q dedit. Huius er
go ꝓrogatiue fulgor quoꝝ nō vehementer
reuerberat aciē oculoꝝ? Iā in eo ꝙ reuerē
ter atqꝫ officiosissime ab archangelo saluta
ta ē: vt iā tūc in regali solio supra omnes ce
lestiū ordines legionū exaltatā cernere vi-
deret? ⁊ paulominus adoraturus feminaꝫ
q̄ solebat ab hoib⁹ hactenus equanimiter
adorari: virginis nostre merituꝫ ⁊ singula
ris grā cōmēdat. Nihilominus fulget etiā
nouus ille cōceptiōis modus: vt nō integra
te queadmoduꝫ cetere oēs: sed superueniēte
spū sola ⁊ de sola sanctificatiōe maria cōci-
peret. Nā ꝙ deū veꝝ genuit? ⁊ idē ipe dei
atqꝫ hominis vnus oino de⁹ ⁊ homo pro
diret ex maria? abyssus est luminis nec fa-
cile dixerim ꝙ vel angelicus oculus ad hu
ius fulgoris vehemētiā nō calliget. De ce
tero sane per virginitatē carnis ⁊ ꝓpositū
virginitatis maxime ⁊ ipsius quoqꝫ ꝓposi
ti nouitas euidēter illustrat? ꝙ videlicꝫ in
libertatē spūs legis mosaice decreta trāscē
dēs: illibatā deo corpis sil' ⁊ spūs scimoni-
um vouit. Probat eīm ꝓpositi iuiolabile fū
damentū: ꝙ tam cōstanter promittenti fili
um angelo respondet. Quomō fiet istud?
Qm̄ virū nō cognosco. Forte enim propte
rea primo turbata est in ſmone eius: ⁊ cogi
tabat qualis esset ista salutatio: ꝙ benedi-
ctam sese audisset in mulieribus que nimi
rum benedici ī virginibus sēper optabat
Et ex tūc quidē cogitabat qualis esset ista
salutatio: ꝙ iā videretur esse suspecta. Ubi
vero in promissione filij manifestū virgini
tatis periculū videbatur: nō potuit vltra
dissimulare quin diceret. Quomō fiet istđ
Quoniā virū nō cognosco. Merito ꝓin-
de ⁊ illam meruit benedictionē ⁊ hanc nō
amisit? vt longe gloriosior fiat ⁊ virginitas
ex fecunditate ⁊ ex virginitate fecūditas.
ac mutuis sese radijs illustrare hec duo sy
dera videant. Magnū enim virginē esse
sed v̄ginē matrē esse lōge amplius ꝑ omnē
mūdum. Iure ēt illud molestissimū tediū
quo relique oēs grauide mulieres labora

re noscuntur:sola nõ sentit que sine libidi- nosa voluptate ꝯcepit. Unde ⁊ in ipso sue conceptiõis initio qñ potissimũ cetere vir gines miserabilius affligunť: maria tota alacritate mõtana ꝯscendit vt helizabet mi nistraret:portans ꝓciosissimũ illud deposi- tum: portãs illud onus leue portãs a quo portabať. Sic ⁊ in partu q̃ꝫ lucidũ est ꝙ no ua exultatione nouã edidit prolem:sola in ter mulieres a cõmuni maledicto ⁊ dolo- re parturientũ aliena. Si rerũ pretia de ra ritate pensemus:nihil his põt rarius inue niri Siquidẽ in oĩbus istis nec primã simi- lem visa est:nec habere seq uentẽ. E qbus nos si ea fideliter intuemĩ ñ sine dubio ad miratiõẽ cõcipimꝰ: sꝫ venerationẽ sed de uotionẽ: sꝫ ꝯsolationẽ. Ceterũ q̃ restant ad huc ⁊ imitationẽ reqrũt. Non est nobis añ ortũ tam multifarie multisq̃ꝫ modis ꝓmitti diuinitus celitus ꝓnũtiari: sꝫ nec ab archã gelo gabriele tã noue salutatiõis obsequijs honorari. Minus aũt cetera duo cõmuni- cat nobis:plane secretũ suũ sibi. Sola eniꝫ est de qua dicit̃ qδ in ea natũ est de spũ scõ est:sola cui dicit̃ qδ ex te nascet̃ scm̃ vocabi tur filius dei. Offerãtur regi virgines sed post eam nam primatũ sola vindicat sibi. Multomagis aũt sola sine corruptiõe con cepit: sine grauamine tulit:sine dolore filiũ ꝑturiuit Itaq̃ꝫ nihil hoꝝ a nob̃ exigit̃ sꝫ exi git̃ plane nõ nihil Nũqd enĩ si defuerit eti am nobis mansuetudo pudoris: si humili- tas cordis si magnanimitas fidei si cõpassĩ mentis: negligẽtiã nostrã munerũ singula ritas excusabit? Gratissima sane gẽma in diademate micans in capite stella:rubor in facie hominis verecũdi. An quis putat ꝙ hac caruerit grã : q̃ plena fuit. Pudibũda fuit maria:ex euãgelio id probamus. Ubi enĩ aliquãdo loquax: vbi ꝑsumptuosa fuil se videt̃? Foris stabat querẽs loq filio: nec materna auctoritate aut ſmonẽ interrupit aut habitationẽ irruit:in qua filius loque batur. In omni deniq̃ꝫ textu quattuor euã geliorũ si bene meminimꝰ non nisi quater maria loquens auditur. Primo quidẽ ad angelum sed cum iam semel atq̃ꝫ iterũ allo quutus eaꝫ fuisset: secũdo ad helizabet qñ

vox salutationis eius iohanne̷ exultare fe- cit in vtero: ⁊ ea magnificãte mariã ipa ma gis dñm magnificare curauit:tertio ad fi- lium cum esset annoꝝ duodecim ꝙ ipsa ⁊ pater eius dolentes quesissent eũ : quarto in nuptijs ad filiũ ⁊ ministros. Et quidẽ is sermo certissimus index ingenite mansue tudinis ⁊ virginalis verecũdie fuit. Alio- rum qppe verecũdiã suã reputãs sustinere nõ potuit:nõpotuit vini dissimulare defe ctũ. Ubi sane tanq̃ꝫ increpata a filio est nec illi respondit nec tñ desperauit: ministros admonet facere qδ diceret eis. Nunquid non abinitio venisse pastores: primam om nium mariã inuenisse legunt̃? Inuenerũt ait euangelista mariã ⁊ ioseph: ⁊ infantem positum in presepio. Sic ⁊ magi quoq̃ꝫ si recolis non sine maria matre eius puerum inuenire ⁊ inducẽs in templũ dñi:templi dñm multa quidẽ a simeone audiuit tã de eo q̃ꝫ de seipsa : ad loquendũ tarda velox ad audiendñ. Et quidẽ maria cõseruabat omnia verba hec : conferens in corde suo. Sed in his omnibus. neq̃ꝫ de ipso incarna tionis dñice sacramento quodcũq̃ꝫ verbũ fecisse reperies. Ue nobis qui spiritũ habe mus in naribus: ve qui totũ ꝓferimus spi ritũ: qui iuxta illud comici pleni rimarũ ꝫ effluimus vndiq̃ꝫ. Totiens deniq̃ꝫ maria filium audiuit non modo turbis loquen- tem in ꝑabolis sed ⁊ discipulis seorsum re- gni dei misteria reuelantẽ vidit miracula facientem vidit demum in cruce penden- tem vidit expirantem vidit et resurgenteꝫ vidit ⁊ ascendentem: sed in his omnibus quotiens verecundissime virginis pudi- cissime turturis vox memorata audita. De niq̃ꝫ legis in actibus aploꝝ : ꝙ redeuntes a mõte oliueti vnanimiter ꝑseuerabant in oratione. Qui? Si forte maria affuit noiet̃ prima q̃ supra oẽs est tam filij ꝓrogatiua q̃ꝫ sue ꝓuilegio scitatis. Petrꝰ ⁊ andreas ait iacobus ⁊ iohãnes: ⁊ ceteri q sequunt̃. Hi omnes ꝑseuerabant vnanimiter cũ mulie- ribus: ⁊ maria matre iesu. Ita'ne ⁊ mulie- rum sese vltimaꝫ exhibebat: vt nouissima omniuꝫ poneretur? Uere carnales adhuc discipuli quibus necdum erat iesus glorifi

catus: qñ facta est inter illos cōtentio de ꝑ‑
matu: cū maria quāto maior erat hūiliaret
se nō mō in oibus sꝫ ⁊ ꝑ oib⁹. Merito fcā ē
nouissima ꝑma: q̄ cū ꝑma esset omniū sese
nouissimā faciebat. Merito fcā ē oiuꝫ dñā
q̄ se oiuꝫ exhibebat ancillā. Merito deniqꝫ
sup angelos exaltata est: q̄ ⁊ infra viduas
⁊ penitētes infra eam de qua eiecta fuerāt
septem demonia in effabili sese mansuetu‑
dine inclinabat. Obsecro vos filioli emu‑
lamini hanc virtutē: si mariam diligitis: si
cōtenditis ei placē emulamī modestiā ei⁹.
Nihil tam idoneū homini: nihil tam con‑
gruum christiano: maximeqꝫ monachum
nihil a deo decet. Et quidē manifesta satis
in virgine hac ipsa mansuetudine virtus
humilitatis elucet. Nimirum collactanee
sunt humilitas ⁊ mansuetudo: in eo ꝯfede‑
rate germanius qui dicebat. Discite a me
quia mitis sum ⁊ humilis corde. Sicut enī
mater ꝑsumptionis elatio: sic māsuetudo
vera nō nisi ex vera hūilitate ꝓcedit. Nec
in sola tñ marie taciturnitate cōmēdat hu‑
militas: sed euidētius resonat in sermone
Audierat qđ ex te nascetur sanctū vocabit
filius dei: ⁊ nihil aliud q̄ꝫ ancillam eius se
esse respondit. Inde ventū est ad elizabet
⁊ cōtinuo virginis gloria singularis eidem
ꝑ spiritū reuelata. Deniqꝫ ⁊ mirabat ꝑso‑
nam venientis dicēs. Unde hoc mihi: vt
veniat mater dñi mei ad me? Cōmēdabat
⁊ vocem salutantis: adiiciens. Ut facta est
vox salutationis tue in aurib⁹ meis exulta
uit in gaudio infans in vtero meo. Beati‑
ficat fidem credētis: btā ingens q̄ credidi
stis qm̄ ꝑficient in te q̄ dicta sunt tibi a dño
Magna qdem ꝑconia: sed deuota humili‑
tas nil sibi passa retinere: in euꝫ magis vni
uersa refudit: cuius in se benefitia lauda‑
bant. Tu inqt magnificas matrē dñi: sed
magnificat aīa mea dñm. In voce mea fi‑
lium ꝓhibes exultasse in gaudio: sed exul‑
tauit spūs meus in deo salutari meo: ⁊ ipse
quoqꝫ tanq̄ꝫ amicus sponsi gaudio gaude
at ad vocem sponsi. Beatā esse dicis quo
credidissē: s credulitatis ⁊ btitudinis cau‑
sa respect⁹ est supne pietatis: vt ex hoc ma
gis beatā me dicāt oēs generatiōes: q2 an‑
cillam humilē ⁊ exiguā respexit deus. Ue‑
runtñ nunquid putamus fratres elizabet
scām in eo q̄ ꝑ spm̄ vtiqꝫ loquebat errasse
Absit. Btā plane quā respexit de⁹: ⁊ btā q̄
credidit. Hic enī magn⁹ diuine respectio‑
nis extitit fructus. Ineffabili siquidē arti‑
fitio spūs supueniēs: tāte hūilitati magna
nimitas tanta in secretario virginei cordis
accessit: vt queꝫ admodū de integritate ⁊
fecūditate ꝑdiximus he quoqꝫ nihilomi‑
nus stelle fiant ex respectu mutuo clariores
q̄ videlicet nec hūilitas tanta minuit ma‑
gnanimitatem: nec magnanimitas tanta
hūilitatē: sꝫ cū ī sua estimatiōe tā hūilis es‑
set nihilominꝰ in ꝓmissionis credulitate
magnanim⁹: ⁊ q̄ nihil aliud q̄ꝫ exiguā sese
reputabat ancillā: ad īcōprehēsibilē h̄ mi‑
sterium ad admirabile cōmertiū ad inscru
tabile sacramentū nullatenus se dubitaret
electam: ⁊ verā dei atqꝫ hoīs genitricē cre
deret mox futurā. Agit h̄ nimiꝝ ī cordib⁹
electoꝝ grē prerogatiua diuine vt eos nec
humilitas pusillanimes faciat nec magna‑
nimitas arrogātes. Magis aūt coopant si
bi: vt nō solū nulla ex magnanimitate sub‑
intret elatio: sed hinc maxime ꝓuehat hu‑
militas: vt inueniamur ꝑ ea amplius timo
rati ⁊ largitori munerꝫ nō īgrati: ac vicissiꝫ
ex occasiōe humilitatis pusillanimitas nul
la surripiat: sed quominus de sua qsqꝫ vel
in minimis ꝑsumere cōsueuit: eo amplius
etiā in magnis quibusqꝫ de diuina virtute
ꝯfidat. Martyriū sane virginis q̄ꝫ nimirū
inter stellas diadematis ei⁹ si meministis
duodecimaꝫ nominauim⁹: tā in symeonis
ꝓphetia q̄ꝫ in ipa passionis dñice hystoria
cōmendat. Positus ē hic ait sanctus senex
de puulo iesu in signū cui cōtradicet: ⁊ tuā
ipsius animā gladi⁹ ptrāsibit: ad mariā aūt
dicebat. Uere tuā o beata mr̄ animā gladi
us ptrāsibit. Alioqn nō nisi eā ptrāsiēs car
nē filij penetraret. Et quidē postea q̄ꝫ emi‑
sit spm̄ tuus ille iesus omniū qdē: sed speci‑
aliter tuus: ipsius plane nō attigit aīam q̄
ipsius crudelis lācea: nec mortuo parcens
cui nocere nō posset aperuit lat⁹: sꝫ tuā vti‑
qꝫ aīaꝫ ptrāsijt. Ipsius nimiꝝ aīa iā ibi nō
erat: sed tua plane nequibat auelli. Tuā er

go pertransiuit aīam vis doloris vt plusqȝ
martyrem te nō īmerito predicem⁹ i qua
nimirū corporee sensuȝ passiōis excesserit
cōpassiōis affect⁹. An nō tibi plusqȝ gladi-
us fuit sermo ille reuera ptransiēs aīam et
ptingēs vsqȝ ad diuisionē aīe ꝛ spūs? mulier
ecce fili⁹ tu⁹? O cōmutationē: iohes tibi p
iesu traditur: seruus pro dño discipul⁹ pro
magistro: filius zebedei pro filio dī: homo
purus pro dō vero. Quō nō tuā affectuosis
simā aīam ptransiret hec auditio quādo
ꝛ nostra licet saxea licet ferrea pectora sola
recordatio scindit. Non miremini frēs q
maria martyr in aīa fuisse dicat. Miret q
nō meminit audisse se paulū inter maxima
gentiū crimina memorātē: q sine affectio
ne fuissent. Longe id fuit a marie viscerib⁹
longe id sit ēt a seruulis eius. Sed forte qs
dicat. Nūquid nō eum prescierat moriturꝫ
Et indubitanter. Nūquid nō sperabat cōti
nuo resurrecturū? Et fidenter. Super hec
doluit crucifixū. Et vehemēter: alioqn qs
nam frater aut vnde tibi hec sapientia? vt
mireris mariā cōpatiētē qȝ marie filiū pa-
tiētē. Ille ēt corpe mori potuit: ista cōmori
corde nō potuit. Fecit illō charitas qua ma
iorē nemo habuit: fecit ꝛ hoc charitas cui
post illam similis altera nō fuerit. Iā te ma
ter mie p ipȝ sincerissime tue mētis affectū
tuis iacens puoluta pedib⁹ luna mediatri
cē sibi apō solē iusticie cōstitutā dōuotis sup
plicatiōib⁹ īterpellat: vt in luīe tuo videat
lumē ꝛ solis grāȝ tuo mereat obtentu: quā
vē amauit p oīb⁹ ꝛ ornauit stola glīe vidēs
ꝛ coronā pulchritudis ponēs ī capite tuo.
Plena es grāꝛ: plena rore celesti: inixa su
per dilectū delitijs affluēs. ciba hodie pau
pes tuos dña: ipi qȝ catelli de micis edēt
nec solū puero abrahe sȝ ꝛ camelis potum:
tribuas de supeffluēti hydria tua: qr tu vē
puella es ꝛ pelecta ꝛ pparata altissimi filio
q est sup oia de⁹ bñdict⁹ in secula.

¶ In natiuitate marie ō aduē. Ser. vnic⁹

cxxv

Ecunde virgi-

nitatis āplectit celū pñtiā: tra
memoriā venerat. Sic nimirꝫ
toti⁹ boni illic exhibito hic re
cordatio iueīt: ibi sacietas hic tenuis qdā
libatio primitiaꝝ: ibi res ꝛ hic nomē. Dñe
igt nomē tuū iernū ꝛ memoriale tuū i gña
tione ꝛ generationem. Generatio ꝛ gene-
ratio non angelorum profecto: sed homi-
num est. Vis scire: quia nomen ꝛ memoria
le eius in nobis est presentia in excelso Sic
orabitis igt? Paṫ noster q es ī celis sctifice
tur nomē tuū. Fidelis oratio cui⁹ ipa pmor
dia ꝛ diuine adoptiōis ꝛ frene pegnatōis
admoneāt ꝛ hō scientes q qȝdiu nō sum⁹ ī
celo pegrinamur a dño gemam⁹ i ter nos-
metipos adoptiōȝ filioꝝ expectātes pñtiā
vtiqȝ patris. Signāter pinde ꝛ de xpo pro
pha loqt dicēs. Spūs añ faciē nostrā xpus
dñs. i vmbra ei⁹ viuem⁹ iter gētes. Nā iter
celestes qdē btitudines nō ī vmbra viuit
sed poti⁹ ī splēdore. In splēdorib⁹ scōꝝ igt
ex vtero añ luciferū genui te. Veꝝ id qdē
pater. At mater sane eundē ipȝ ī splēdore nō
genuit sȝ i vmbra nō nisi ea tñ q obūbrauit
altissim⁹. Merito pinde canit ecclia: nō il
la qdē ecclia scōꝝ que ī excelsis ꝛ ī splēdore
est sȝ que iteri pegrinat in terris. Sub vm
bra eius quē desiderauerā sedi: ꝛ fruct⁹ ei⁹
dulcis gutturi meo. Lucem qppe meridia
naȝ vbi pascit spōsus sibi petierat indicari
sȝ repressa est. ꝛ pro plenitudine luis vmbrā
pro sacietate iterim gustu recepit. Deniqȝ
non ait sub vmbra ei⁹ quā desideraueram
sȝ sub vmbra quā desiderauerā sedi. Neqȝ
enim ipius expetierat vmbram: sȝ ipm ve
rum profecto meridiem: lumen plenum de
lumine pleno. Et fruct⁹ eius ait dulcis gut
turi meo ac si dicat gustui meo. Vsqȝquo
nō parcis mihi: nec dimittis me vt glutiā
saliuam meā? Quousqȝ manet illa sentētia
gustate ꝛ videte quoniaȝ suauis ē domin⁹
Et quidem suauis gustui ꝛ dulcis gutturi.
vt merito etiā sup hoc spōsa prupit vocē ī
grāꝝ actionis ꝛ laudis. Sȝ qñ dicet come
dite amici ꝛ bibite: ꝛ iebriamini carissimi.
Iusti epulēt ait ppha: sȝ i cōspcū dī vtiqȝ nō
ī vmbra ꝛ ō seipo satiabor: ait cū appuerit
glia tua: sȝ ꝛ dñs ad aplos ait. Vos estis q
pmāsistis mecum i tentationibus meis.
Et ego dispono vobis: sicut disposuit mi-
hi pater meus regnū vt edatis ꝛ bibatis

sup mēsam meā. Sed vbi? In regno meo
inqt. Beatus plane q māducabit panē in
regno dei: Sāctificet itaqȝ nomē tuū p qđ
vtrūqȝ interim in nobis es dn̄e p fidem in
cordibus habitās: qm̄ nomen tuū iā inuo
catū ē sup nos. Sed adueniat etiā regnum
tuū. Ueniat qđ pfectū ē: ⁊ euacuet qđ ē ex
pte. Habetis ait apl's fructū vestruȝ in san
ctificatione: finē vo vitā eternā. Uita eter-
na fons indeficiēs: q vniuersam irrigat su
perficiē padisi. Nec mō irrigat: sed inebri
at. Fons ortoꝝ puteus aquarū viuentium
que fluūt impetu de libano: ⁊ fluminis im
petus letificat ciuitateȝ dei. Quis vo fons
vite: nisi xp̄s dn̄s? Cum xp̄s inqt apparue
rit vita vestra: tūc ⁊ vos apparebitis cum
ip̄o in gloria. Sane ip̄a sese plenitudo exin
aniuit: vt fieret nobis iusticia ⁊ sanctifica
tio ⁊ remissio: necdū apparēs vita ⁊ gloria
aut beatitudo. Deriuatus est fons vsqȝ ad
nos in plateas: deriuate sunt aque lȝ nō bi
bat alienus ex eis. Descēdit p aqueductū
vena illa celestis: nō tn̄ fontis exhibens co
piā: sed stillicidia gr̄e arētibus cordibꝰ no-
stris infundens aliȷ̄ quidē plus aliȷ̄ minus.
Plenus equidē aqueductus: vt accipiant
ceteri de plenitudine: sed nō plenitudineȝ
ip̄am. Aduertistis iā ni fallor quē velim di
cere aqueductū: q plenitudinē fontis ipsiꝰ
de corde patris excipiēs nobis edidit illū.
si nō ꝓ: vt ē ꝓ: vt capere poteramꝰ. Nostis
enim cui dictū sit aue gratia plena. An vo
inueniri in terra potuisse miramur: vnde
talis ac tātus fieret aqueductus: cuiꝰ nimi
rū sūmitas instar ꝓfecto scale illius quā vi
dit patriarcha iacob celos tāgeret: imo et
trāscēderet celos: vt viuidissimū illū aqua
rū que sup celos sunt posset attingere fon-
tē. Mirabat ⁊ salomon: ac velut desperan
ti similis aiebat: Mulierē fortē quis inue-
niet? Nimiꝝ ꝓpterea tāto tp̄e humano ge
neri fluēta gr̄e defuerūt: ꝙ necdū interce-
deret vel de quo loqmur taȝ desiderabilis
aqueductus. Nec mirabere diutius expe-
ctatuȝ: si recorderis ꝙ annis noe vir iustꝰ i
arce fabrica laborarit in q̄ pauce: idest octo
aīe salue facte sunt idqȝ satis ad modicum
tēpus. Sȝ quō noster hic aqueductus fon-
tē illū attigit tam sublimē? Quō putas: nisi
vehemētia desideriȷ̄ nisi feruore deuotōis
nisi puritate oratiōis? Sicut scriptū ē: Orō
iusti penetrat celos. Et qs iustus si non ma
ria iusta: de quā sol iusticie ortus ē nobis?
Quō ergo illaȝ inaccessam attigit maiesta
tē: nisi pulsando: petēdo: querendo? Deni
qȝ ⁊ qđ querebat inuenit: cui dictū ē: inue
nisti gratiā apud deū. Quid? Plena ē gr̄a
⁊ gratiā adhuc inuenit? Digna ꝓrsus inue
nire qđ querit: cui ꝓpria nō sufficit plenitu
do: nec suo pōt eē ꝯtēta bono: sed quemad
modū scriptū ē: Qui bibit me adhuc sitiet
petit supefluentiā ad salutē vniuersitatis.
Sp̄us sanctus supueniet in te: ⁊ p̄ciosum il
lud balsamū tāta tibi copia tātaqȝ plenitu-
dine influet: vt copiosissime effluat circū-
quaqȝ. Ita ē. Iā sentimus: iā exhilarantur
facies nostre in oleo: iā clamamꝰ oleuȝ effu
sum nomē tuū: ⁊ memoriale tuū in genera-
tiōe ⁊ generationē. Uex id qdē nō inuanū
⁊ si oleū effundit sȝ nō perit. Propterea si-
qdē ⁊ adolescentule puule scilicet aīe spon
sum diligūt idqȝ nō paꝝ: ⁊ vnguētū descē-
dēs de capite: nō mō barbā: sed ⁊ ip̄a vesti
menti ora suscepit. Intuere o hō ꝯsiliū dei:
agnosce ꝯsiliū sapiētie: ꝯsiliū pietatis. Cele
sti rore areā rigaturꝰ totū vellus p̄us infu-
dit: redēpturꝰ genus humanū p̄ciū vniuer
sum ꝯtulit in mariaȝ. Ut qd hoc? Forte vt
excusaret eua p filiā: ⁊ querela viri aduer-
sus feminaȝ deinceps sopiret. Ne dixeris
vltra o adā: mulier quā dedisti mihi dedit
mihi de ligno vetito: dic potiꝰ mulier quā
dedisti mihi cibauit me fructu benedicto.
Piȷ̄ssimū sane ꝯsiliū: sed latet forsitā aliud
nec totū hoc est. Uex id qdē: sed paꝝ ni fal
lor desideriȷ̄s nostris. Dulcedo lactis ē: eli
cietur forte si fortius p̄mimus ⁊ pinguedo
butyri. Altiꝰ igit intuemini quāto deuotio
nis affectu a nobis eā voluerit honorari: q
totiꝰ boni plenitudineȝ posuit in maria: vt
pinde si qd spei in nobis est: si qd gr̄e: si qd
salutis ab ea nouerimꝰ redūdare: q̄ ascēdit
delitiȷ̄s affluēs. Ortꝰ plane delitiaꝝ que nō
mō afflauerit veniēs: sed ⁊ pflauerit supue
niēs auster ille diuinus vt vndiqȝ fluāt aro
mata eiꝰ carismata scilicet grāꝝ. Tolle cor

pus hoc solare quod illuminat mundum⸗: vbi dies? Tolle mariã hanc maris stellam: maris vtiq; magni ⁊ spaciosi⸗ quid nisi caligo inuolues ⁊ vmbra mortis ac densissime tenebre relinquunt? Totis ergo medullis cordiũ: totis precordioꝝ affectibus ⁊ votis omnibꝰ mariã hanc veneremur: quia sic ẽ volũtas eius qui totũ nos habere voluit ꝑ mariã. Hec inquã volũtas eius est: sed pro nobis. In omnibꝰ siquidẽ ⁊ ꝓ oĩa ꝓuidens miseris trepidationẽ nostrã soluat⸗ fidẽ excitat: spẽ roborat: diffidẽtiam abigit: erigit pusillanimitatẽ. Ad patrẽ verebaris accedere⸗ solo auditu territus fugiebas ad folia: iesum tibi dedit mediatorem. Quid nõ apud talem patrẽ⸗ filius talis obtineat? Exaudiet vtiq; pro reuerẽtiã: pater enĩ diligit filiũ. An vo trepidas ad ipm̃? Frater tuus est ⁊ caro tua⸗ tentatus ꝑ oĩa absq; pctõ: vt misericors fieret. Hunc tibi fratrem maria dedit. Sed forsitan ⁊ in ipso maiestatẽ venerare diuinã⸗ ꝗplicz factꝰ sit hõ: manserit tñ deus. Aduocatũ habere vis ⁊ ad ipm̃? Ad mariaz recurre. Pura siquidẽ humanitas in maria⸗ nõ mõ pura ab oĩ ꝯtaminatiõe s; ⁊ pura singularitate nat̃e. Nec dubiꝰ dixeri exaudiet ⁊ ipa ꝑ reuerẽtia sui. Exaudiet itaq; mr̃ez filiꝰ: ⁊ exaudiet filiũ pr̃. Filioli hec pctõꝝ scala⸗ hec mea maxia fidutia est hec tota ratio spei mei. Quid enĩ? Põt ne filiꝰ aut repellẽ aut sustinẽ repulsã⸗ nõ audire aut nõ audiri filiꝰ põt? Neutꝝ plane. Inuenisti ait angelus gr̃am apđ deũ feliciter. Sẽꝑ hec iueniet gr̃az: ⁊ sola ẽ gr̃a q̃ egemꝰ Prudẽs virgo non sapientiã⸗ sicut solomõ non diuitias nõ honores nõ potentiaz sed gr̃am regrebat. Nimiꝝ sola ẽ oĩa q̃ saluam̃ Quid nos alia cõcupiscimꝰ frẽs? Queramus gr̃am: s; gr̃az apđ deũ. Nã apđ hoĩes gr̃a fallax. Querãt aliȷ̃ meritũ nos inuenire gr̃am studeamꝰ. Quid enĩ Non gr̃e est ꝙ hic sumus? Profecto mĩe dñi est: ꝙ nõ sumus cõsumpti nos. Qui nos? Nos piuri⸗ nos homicide: nos: adulteri: nos raptores: purgamẽta vtiq; mũdi huius. Cõsulite conscientias vr̃as frẽs⸗ ⁊ videte q: vbi abũdauit delictũ: sup abũdauit ⁊ gr̃a. Maria nõ ꝓtendit meritũ: sed gr̃az querit. De

erat cyrographū decreti qd erat cōtrariū nobis: et ipsum tulit de medio affigēs illud cruci expolians pncipat⁹: et potestates tra duxit ɔfidēter palā triūphans illos pacificās qz p sanguinē suum que sunt in celo et q̄ sup terrā. Propter hāc nēpe salutē quam i medio terre erat opatus: nō confestim sub terra posuit hominē sicut peccādo meruerat sed in terra. Siquidē respirandū est nobis et nullatenus desperandū: donec in terra adhuc interim cōstituti et suspicere celū possumus: et suscipe data optima et dona pfecta desursū a patre luminū: a patre spirituū: a patre miax. Nā et ppterea rectum fecit hoīez etiaz i corpe suo: et os hoī sublimē dedit cū prona vtiqz spectēt animātia cetera terrā: vt attollens ad sydera vultus illo suspiret: vbi tā beatā phēnēqz ɔspicit māsionē. Nōne enim pie et fideliter intuētibus nobis vehemētissimū qddā incētiuū amoris et puocatio flagrātissimi desiderij est visio ipa tā lucidissime regiōis? Nō sūt stelle similes glebis terre. Inter splēdorē solis et caliginē huius nō parua distantia ē. Forte tū hic quoqz nōnulla sed in suo genere pulchra videnf: et hec ipa vndiqz mixta nō pulchris: vt auz in luto: gēma in sterquilinio: liliuz inter spinas. Tota pulchra es patria mea et macula nō ē i te: tota pulchra es absqz eo qd intrinsecus latet. Quid illud? Nēpe beati illi angelici spūs et aīe ipe sctōx: q̄ iā ingredi meruerūt in locum tabernaculi admirabilis vsqz ad domū dei. Sicut eniz sunt corpora terrestria: et sunt corpora celestia: lōge vo alia est celestiū gloria qz terrestrium: sic sunt et celestes spūs et terrestres: nec minor sane inter eos distātia angeli: archangeli: virtutes: pncipates: potestates: dñatiōes: throni: cherubin atqz seraphin. Bene oia noui. Forte hoc totum ē. Quid enim amplius capiam terrigena de celestibus? carnalis homo de spiritualib⁹ et diuinis? Verūtamen et si ignoro quid lateat in his appellationibus: illud equidez certissime noui qd magnū et mirabile aliquid sub hac tanta verborum maiestate clausum sit et signatum. Nō sine causā celum hoc dicif plane eximium nescio quid celaf in eo. Celatur inqz tamen nō negatur fidei vsqzqua qz. Videre enim nobis datur in terra ipaz exteriorem celi pulchritudinem non adire internam quoqz gloriam secretox eius etsi nō cōprehēdere cōcedif vel audire. Videmus patriam: sed a lōge salutamus: adoramus illas delitias nō gustamus. Quin vo nō sine causa vnigenitus qui est in sinu patris: ipe nobis in regiōe hac vmbre mortis quā inhabitamus celestiū gloriam spirituum sane per fidē enarrat: corpox vo p speciem manifestat. Audi inqt filia et vide. Factū ē. Quorsum ista? Inclina ait aurē tuaz et obliuiscere populū tuum: et domū patris tui. Vult nos ponere cōtumatiam? discere obedientiā: apprehēdere disciplinā. Vult nos obliuisci posteriora? despicere inferiora: terrenos mores et vitia gemina deserere: celestia sapere: supna querere: anteriori bus inhiare. Vult in illum tm̄ decorem domus sue ingenuam cōcupiscere creaturaz quo scilicet in eandē imaginē transformef de claritate in claritatem tanqz a dnī spiritu: ac pinde cōcupiscat etiam rex decorez illius vtiqz spūalez. Sed i quo visus ille inquies vel auditus inclinare me aurē et obaudire monet? Nā qz desideriū pariat manifestū est. Sane ergo cōsidera vniuersam hant celestium gloriam corpox incessanter legibus obtemperare diuinis: nec vnqz sibi positas in tam cōtinuis motibus metas excedere tempox aut locox terminos transgredi cōstitutos. Sed et ipos spūs tam sublimes audi oēs administratorios eē et i ministeriū mitti dignatissimū: vti ne dicam i dignum: minime tamē puto: reperies i scripturis aliqñ quemqz illox vel cōtradixisse mittenti: vel ergo ipos tam inferiores se p pter quos in ministeriū mittebaf saltem tenuiter fuisse cōmotū. Exempla sunt obedientie si diligenter attēdas: eo sane accepta biliora quo in materia digniori. Sed noui quid ad ista submurmuret sensus hoīs: et cogitatio semp prona ad malum. Quid tu mihi inquit elementox pponis obediētiaz supnox? Quasi vo aut sensus vllus in eis: aut vlla vigeat deliberatio rōnis: et nō potius agi ipa qz agere videantur. Quid vo

vel ipõꝝ angeloꝝ obedientiam sic cõmen-
das? Sentiunt quidem angeli sed delecta
bilia sola: obedientes equidem creatori: sꝫ
tam felici q̃ꝫ facili volũtate. Quidni obedi
ant? Semper enim vidẽt faciẽ patris: quẽ
videre pfecta beatitudo eterna gloria sum
ma voluptas est. Produc nobis dñe patri
archas ꝛ pphetas viros obedientes prece
ptis tuis: obedientes ex volũtate: obedien
tes cõtra ppriã volũtatẽ. Factũ ẽ. Exhibet
nobis vt ceteros breuitatis cã ꝑtereã: exhi
bet inq̃ꝫ nobis abrahã ad ꝑceptũ dñi exiẽs
de terra sua: eijtiens ancillam ꝛ filium eius
etiam charissimũ: filiũ ꝫ isaac imolare para-
tus. Quid hic humana astutia poterit ca-
uillari? Forte rñdeat qm̃ multipharie mul
tisq̃ꝫ modis apparẽs eis deꝰ: suscipiebatur
hospitio pticipabat cõuiuio aĩabat allogo
instruebat ꝯsilio: donabat filijs: illustrabat
victorijs: diuitijs cumulabat. Quid dices
cũ venerit xp̃s factꝰ obediẽs patri vsq̃ꝫ ad
mortẽ: morte aũt crucis? Multũ inqt p oẽꝫ
modũ. Qñ. n. vnigenitũ dei pr̃is: dei ṽtu-
tẽ ꝛ dei sapiã ꝫ xp̃m: qñ ꝑsumerẽ emulari?
Oblatus est quia ipse voluit: quantũ ꝛ qñ
voluit passus est: vtpote hõ qdem verus sꝫ
verus nihilominus deꝰ. Imo vero ne ipsã
aplicãm obedientiã auferas: velim quos
nimirũ iuxta pphericã pmissionẽ oculis su
is vidisse ꝯstat ꝑceptorẽ suũ ꝛ auribus suis
vocem audisse monentis. Unde ꝛ vnus eo
rũ expresius scribẽs ait. Qd̃ vidimus ꝛ au
diuimꝰ qd̃ pspeximꝰ oculis nostris: ꝛ manꝰ
nostre palpauerũt de verbo vite. Quidni
reliquerẽt oĩa: qdni ad oĩa sequerent tan
te pñtiã ꝫ maiestatis? Quid ego nõ facerẽ:
si mihi eadẽ copia prestaret? Sed non fecit
taliter omni nationi: non ꝑeunti vtiq̃ꝫ non
sequẽti. Siquidẽ vt multi reges optauerũt
videre ꝛ nõ viderũt: sic nihilominꝰ vene-
runt iam dies qñ desideremꝰ videre diem
vnũ filij hoĩs nec tñ mereamur oportune.
Ergo iam martinꝰ ad mediũ veniat: vt de
medio fiat occasio pctõꝝ. Homo eni p oĩa
similis nobis plane ꝛ passibilis: sꝫ ꝛ longe
post illa pr̃iarchaꝝ ꝛ pphericarũ tpa visio
nũ: ꝛ homo purus nihil de natura diuinita
tis habens credens aũt in eum quem non
vidit plenus fructu obediẽtie ꝛ virtutũ lo
cuples solũ deseruit polũ subijt terre cõmẽ
dans qd̃ hẽbat e terra spm̃ dirigẽs ad pa-
trẽ spirituũ cui fideliter in adoptionis spũ
deseruiuit. Non fuit celeste corpus sꝫ nec q
dem spũs celestis: rõnale aĩal mortale terri
gena filius hoĩs. In terra natus est: in ter-
ra educatus: in terra exercitatus ꝛ pbatus
in terra etiã ꝯsumatus. Nec vero patriar-
cha erat aut vnus ex pphetis: de qbus sa-
ne veritas in euãgelio ait: q2 lex ꝛ pphete
vsq̃ꝫ ad iohannẽ. Multomagis nõ erat ipse
xp̃s sꝫ erat tñ xp̃s in ipso haud aliter vtiq̃ꝫ
q̃ꝫ pfidem. Enimuero iuxta hunc moduꝫ
etiã ꝫ modo prope est verbũ in corde tuo: ꝛ
in ore tuo: tantum si recto quesieris corde
Nempe apostolo interpretante verbum fi
dei istud est de quo moyses ait. Unde et
alibi idem apostolus. Iesus christus heri
ꝛ hodie: ꝛ in eternũ. Hesternum quideꝫ ab
initio sc̃li vsq̃ꝫ ad dñicã ascensionẽ: hodier
nũ vero diem exinde vsq̃ꝫ ad seculi ꝯsuma-
tionem: porro in eternũ ĩtellige post cõmu-
nẽ omniũ resurrectionẽ. Nulli horũ deest
xp̃s nulli deest vnctio nulli salꝰ. Pr̃iarchis
ꝛ pphis in visionẽ exhibitꝰ est: aplis in hũa
nitate martino in fide angelis iã in spetie.
Quã sane spẽm ꝛ electis hoĩbus ostensuꝝ
pmisit nõ qdem hodie sꝫ in eternũ. Deni
q̃ꝫ iam transierat heri iã nr̃m istud illuxe-
rat hodiernũ: cũ apl̃i loq̃rent. Et si cogno-
uimus xp̃m ſm carnẽ: sed nũc iam non no
uimus. Videt tñ etiã in hoc mane de car-
nibꝰ agni nõ nihil ꝑuatũ esse sꝫ qd̃ residuũ
est vtiq̃ꝫ iam dat igni: qd̃ videlicet vsq̃ꝫ ho
die eadẽ caro nob̃ sꝫ spũaliter vtiq̃ꝫ nõ car-
nalr̃ exhibeat. Neq̃ꝫ eni ẽ qd̃ causem̃ nr̃o
negatã tpĩ siue q̃ ad pr̃es veteris testamẽti
facta ẽ apparitionẽ siue eã q̃ aplis exhibita
est ꝑsentiam carnis eius: siquidẽ fideliter
ꝯsiderantibus neutrã deesse liquebit. Ad-
est eni nobis etiã nunc carnis ipsius vera
substãtia haud dubiũ sane qui in sacro: ad
sunt reuelationes sed in spiritu et virtute
vt tempori gratie qd̃ nunc est nihil in vlla
gratia deesse probetur. Deniq̃ꝫ nec oculus
vidit nec auris audiuit nec in cor hominis
ascendit: que ꝑparauit deus diligentibꝰ se

nobis tamen reuelauit ꝑ spiritū suū. Nec
mireris ꝙ carnales eis manifestatiões ex-
hibuit: q carnalē eius ꝓstolabant aduentū
Uobis enī tanto efficatior grā ⁊ reuelatio
dignior est necessaria: quāto nimirū excel-
lentiora ꝯstat esse que expectamus. Itaq;
vt supra diximus martin⁹ iste xp̄s non fuit
sed tñ xp̄m habuit non quomō angeli in ꝑ
sentia maiestatis: nō quō apl̄i in visiōe hūa
nitatis: non quō olim loquutus est in visio
ne sanctis suis: sed quō eum etiā nunc ha-
bet eccl̄ia in fide ⁊ sacramētis. Non erat il-
le lux de iohāne dictū est. sed lucerna plane
ardens ⁊ lucens: sed si illū ꝓtulero puto di
cetis. Maximus hoīum est plusq̄ ꝓpheta
est etiā angelus est dei p̄ris: sicut ipse testa
tur: Ecce mitto angelū meū ⁊c̄. Et martin⁹
erat lucerna ardens ⁊ lucens: eū saltem nō
pigeat imitari. Sed imitare in eo qđ imita
bile est: non aūt qđ mirabile exhibet. Ad
mensam diuitis sedes hodie: diligenter cō
sidera que tibi apponunt. Discerne inter
cibos ⁊ vasa ciborū: illos enī iuberis tolle-
re ⁊ non illa. Diues est iste martin⁹: diues
in meritis diues in miraculis: diues in vir
tuti⁹: diues i signis. Diligēter ḡ ꝯsidera q̄
tibi apponūt: q̄ nā vz ad admirationē q̄ vo
ad imitationē. Aut certe q: seq̄t in scriptu
ra illa qm̄ talia opportet te ꝑparare: dilgen
ter ꝯsidera q̄ apponunt ⁊ in quo. Suscita-
uit martinus tres mortuos: quātos nimir
saluatorē legerat suscitasse: reddidit visum
cecis surdis auditū mutis loquelā claudis
gressum: aridis sospitatē euasit diuina vir
tute ꝑicula proprij corporis obice flamas re
pulit: imanē sacrilegā molem colūna parili
celo descēdente ꝓstrauit: leprosū mūdauit
osculo: curauit oleo paraliticā: demones vi
cit: angelos vidit: futura ꝓuidit. Uerū hec
siquidē ceteraq; huiusmodi altissima q̄ fe-
cit magnalia. Quid ni mirifica quedā va-
sa dixeri: diuitis huius auro grauia gēmis
micantia pariterq; materia ⁊ opere preci-
osa? Noli in his saporem querere: sed mi-
rare splendorē. Lucet in huiusmodi lucer-
na nostra vt in lumine eius videamus lu-
men: qđ quidem purum prout in se est nec
dum preuales intueri. Non enī est ille lux
sed vt testmonium perhibeat de lumine: ⁊
appareat tibi interim gloriosus deus in scō
suo dum non potes ad gloriā eius sicut est
in semetipso. Ceterū ne putaueris ornatas
qdem martini lāpades: sed vacuas inueni
ri. Non est fatua virgo: habet in vasis ole-
um habet vinū in fialis habet inter para-
psides istas ciborū copiā delitias vtiq; spi-
rituales vt non videāt ⁊ mereāt: sed edent
paupes ⁊ saturent atq; in illis qdem dn̄m
laudent. Porro in his iuuant corda eorum
Alioqn quō mortui laudabunt te dn̄e? Ut
ergo sit iocūda decoraq; laudatio in admi
ratione etiā viuāt ex imitatiōe: vt auidius
sumant delitias ip̄as q̄z diuitias curiosius
ꝯtemplent. Sic nimirū inter splendorez ⁊
ardorem lucerne huius vicarijs qbusdam
affectib⁹ ꝯcurendū vt nobis alter ex altero
cōmendet: ⁊ mutua collatiōe vterq; cōpla
tior fiat. Siqdē hūilis fuit ⁊ spū paup iste
martin⁹. Sicut euidētissime ꝓbat effectus
ip̄e diuine grē quā ꝓfectō tā multā nisi mul
tū hūili nō dedisset. Ut tñ pauca v̄tutū ei⁹
iuditia ꝓmā: pauperē illū spū beatus no-
uit hylarius cum imponere ei diaconatus
officiū tentans nec ꝑualēs ꝙ indignū sese
vociferaret exorcistā eū esse ꝑcepit in quo
quidā locus iniurie videret: sciens nimir
ꝙ humiliorē ordinationē minime repudia
ret. Paup fuit veste sordidus crine incul-
tus facie despicabilis: q̄ qdez licet in electi
one eius a qubsdam maliuolis obiecta fuis
sent: ⁊ in ip̄o tñ ep̄atu sicut scriptū est peni
tus nō mutauit. Deniq; q: vere paup spū
fuit: martinus paup ⁊ modicus meruit no-
minari. Audi vero mā suetudinē eius: suo
illo sulpitio sic scribente. Tantā aduersus
oēs iniurias patientiā assumpserat: vt cuz
esset sūm⁹ pōtifex ipune etiā ab infimis cle
ricis lederetur: nec propter id eos aut loco
vnq̄z amouerit aut a sua quantū in ipso fu-
erit charitate reppulerit. Quod quidem
in britio manifeste probatum: omnes vos
arbitror meminisse. Eum nēpe ⁊ omnibus
sibi successorē elegit de tāto post futura ad-
uersitate ꝑmonuit: postremo ī fide ⁊ lēitate
ip̄i⁹ scm̄ fecit illū ad cui⁹ os aures sue fuerāt
cum responderet hoī q de eo suscitabatur.

Si illum delirꝝ queris ꝓspice eminus: ecce
celum solito sicut amens respicit. Crebro si
qdem hō dei vtpote terram despiciēs: celū
suspitiebat. Nēpe sciebat ad hoc sese vt supͤ
meminim⁹ rectā ⁊ in ipso corpore accepisse
staturam: sciebat illic esse thesaurꝝ suū scie-
bat illic sedere in dextera patris xp̄m suum
sciebat inqꝫ sese donec illuc ꝑueniret qđ de
siderarat assequuturꝝ. Unde ⁊ hoc ip̄m qđ
delirus vocabatꝛ in terra merito nō attēdit
cuius nimirꝝ cōuersatio esset in celis: cuius
oculi ī capite suo. Sane illuc etiā lachryme
eius a maxilla ascendere ꝯsueuerāt: qb⁹ sic
abundabat vt soleret pro illorꝝ quoqꝫ q ob-
trectatores sui videbanꝛ flere peccatis. Sa-
ne quātuꝫ iusticiā esurierit tn̄ in ceteris ei⁹
actibus tn̄ specialiter in idolatrie ꝑsecutiōe
probatū est: in temporꝝ destructōe in statua
rum deiectione in succisione lucorꝝ. Ubi se
quoqꝫ aliqn̄ nō est veritus dare discrimini:
vt occasio tanti criminis de medio tollereꝛ.
Nam misericordem eum in pauꝑe se exꝑtū
saluator ipse apud angelos gl'iabaꝛ: datā si-
bi medietatem vestis ostentans. Utinā aūt
nobis etiam miseris apud summū iudicem
in cuius iam admirabile tabernaculū ītroi-
uit misericordiā illaꝫ exbibere digneꝛ: qua
⁊ illos olim morti destinatos ⁊ tormētis va-
rijs deputatos eripuit pro qbus ante terre-
ni iudicis ianuam nocte media scribiꝛ iacu-
isse. Quomodo enim non audiet eum: nūc
qui tūc quoqꝫ fecit audiri: Porro mūdiciā
cordis eius illud vel maxime indicat: qđ nō
est ꝯfusus inimico loquens in porta nihil in
me funeste reperies abrae sinus me recipit.
Nam in oꝑe pacificorū feliciter plane con-
sumans labores suos: licet dierꝝ suorꝝ finem
non ignoraret clericos adijt dissidentes inꝛ
quos reformata pace ipse quieuit. Ceterꝝ ꝑ-
secutiones quas sustinuit ꝑpter iusticiam
longū ē numerare: quomodo apđ iulianū
augustū intrepidus īmo ⁊ illato terrore cō-
stantior custodie mācipatus est vt inermis
postero die barbaris opponereꝛ: quō circa
alpes sub securi quā in verticem eius latro
vibrabat securissim⁹ fuit: quomodo illum
mediolani auxentius arrianus grauiter in
sectatus multisqꝫ appetitum iniurijs tandē

decinitate exturbauit: quō ⁊ alibi pius ad-
uersus sacerdotuꝫ ꝑfidiā acerrime pugnās
supplicijs affect⁹ publice virgis cesus inde
quoqꝫ exire cōpulsus est: quō item cuiusdā
funi euersione cū gentilis eū stricto gladio
peteret nudā ceruicē prebuit ꝑcussuro do-
nec ille extollēs ad ictum dexterā cecidit re
supinus: quō alter eum cultro ferire voluit
sed ferrū de manibus eius elapsuꝫ repente
disparuit. Pro qbus oībus dubiū nō ē mul
tipliciter coronari: eū quiꝫ qdem ⁊ si non se-
mel effectu ꝯsūmate ꝑpassionis sed quotiēs
martyr fuit affectu deuotissime voluntatis
Comedite iā amici ⁊ bibite et inebriamini
carissimi. Sic enim viuiꝛ et in talibus vita
spūs mei. Nisi forte beatos p̄dicat s̄mo di-
uinus q mortuos suscitant cecos illumināt
morbidos sanant paraliticos curant demo-
nibus imperant futura prenunciāt miracu-
lis coruscant: ⁊ non magis pauꝑes spū mi-
tes lugentes esurientes ⁊ sitientes iusticiaꝫ
misericordes mūdi cordis pacificos ꝑsecu-
tionem patientes ꝑpter iusticiā. Ignoscite
mihi frēs exemplū obedientie paulomin⁹
preterii qđ qdem vel solū iuxta ꝑpositum
ordinē i martino quoqꝫ nobis ꝯuenit exbi-
beri. Sane morā facim⁹ sed vt arbitror bo-
num est nos hic esse: tardius enī hodie ve-
nim⁹ ad martinū. Dn̄e inqt si adhuc pplo
tuo sum necessarius nō recuso laborem fiat
volūtas tua. O vere sanctissimā aīaꝫ o inesti
mabilē charitatē o obedientiā singularem.
Bonū certamē certasti cursum ꝯsūmasti fi
dē seruasti de reliquo suꝑest tibi corona iu-
sticie quā reddet tibi dn̄s hodie iustus iu-
dex ⁊ adhuc dicis non recuso laborē fiat vo
luntas tua. Obtulisti plane isaac vnicū illū
quē diligis qđ in te est iugulasti īmolasti sin
gulare gaudiū tuū pia deuotōe iterꝝ parat⁹
redire in ꝑicula īnouare certamina denuo
subire laborē sustinere tribulationē ꝑlonga
re tēptationē: deinde differri adhuc ab illa
felicitate ⁊ diu desiderata societate beatorꝝ
spirituū atqꝫ in huius mortalitatis erūnas
ab ipso introitu gl'ie reuocari postremo qđ
maximū est a xp̄o tuo peregrinari diutius
si mō ipse voluisset. Nec sane dubiū qn am
pliorē grām ꝯsequaꝛ q paratū exbibet se ēt

ante mandatū. Magna quidē obedientia
vestra angeli sancti: sed qđ dicere audeam
pace vestra nescio an inueniat̄ in vobis qsꝗ
paratus in tale aliqñ ministeriū mitti in
quo necesse habeat nō videre faciē patris
Magnū ē petere ꝙ dn̄m secutur⁹ oīa reliq
sti: sed audiui te in mōte dicentē: vbi trāsfi
gurat⁹ ē corā vobis: dn̄e bonū ē nos hic eē
faciam⁹ tria tabernacula. Dn̄e si adhuc po
pulo tuo sum necessari⁹: nō recuso laborez.
Paratū cor tuū martine patū cor tuū: siue
manere ī corpe: siue dissolui ⁊ eē cū xp̄o. Et
magna qdē ī horrēda morte securitas? ma-
gna ī visiōe xp̄i desiderāda ⁊ tā feruenter
ac singulariter desideranda pfectio repit̄:
sed id qdē lōge ampli⁹ p omnē moduz ꝙ q
mori nō metuis: imo q tāto desiderio p̄sen
tiā dn̄i ꝯcupiscis: viuere quoqꝫ nō renuis
⁊ expectatione molestissima fatigari. In q̊
enī alio nō obedire potuerat? q in hoc tan
to articulo tam deuote clamabat: fiat volū-
tas tua? Hec ergo ps nr̄a sit frēs in conui-
uio hodierno? hāc nobis obediētiā in men
sa paupis: imo tā diuitis hui⁹ appositā dili
gēter ꝯsiderem⁹: sciētes qm̄ ip̄a ē que a no
bis exigit̄ ip̄a quā oportet nos p̄parare: vt
singuli quiqꝫ dicam⁹: qr parat⁹ sū ⁊ nō sum
turbat⁹: vt custodiā mādata tua. Nec mō
semel aut in parte? sed paratuz cor meū de⁹
paratū cor meū: paratū ad vtrūqꝫ: ⁊ in nul-
lo tue p̄scribens dispositioni. Forte hoc cu
pio sp̄āliter ⁊ vehemēter: sed ne illud qdez
recuso: sicut fuerit voluntas in celo sic fiat.
Desidero requiem sed nō recuso laborem
fiat volūtas tua.

In natali sancti clementis De trib⁹ aquis. Sermo vnicus.

PReciosa in cō-
spectu dn̄i mors scōꝝ ei⁹. Au
cxl diat pctōr ⁊ irascat̄ dentib⁹ su
is fremat ⁊ tabescat: qm̄ dep̄
hēsus ē in astutia sua: cecidit ī foueā quā fe
cit: īcidit ī laqueū quē tetēdit. Inuidia siq
dē diaboli mors introiuit ī orbē terrarū: sꝫ
ecce p̄ciosa facta ē mors sctōꝝ. Audi igitur
hostis vite: mortis auctor attēde. Quid va
let iā fraus tua? versutia tua qd nocet? Im
mo vt plus doleas etiaz oīa coopant̄ in bo-
nū his q s̄m ppositū vocati sunt sci. Neqꝫ
enī aliter qꝫ ip̄a q̄ tui ē opis de te hodie be
atus martyr: cui⁹ solēina celebram⁹ morte
corpis triūphauit. Fecit siqdē de necessita
te virtutē? penā peccati ī meritū glorie cō-
mutauit: fidelez se pbauit in modico: vt di
gnus inueniret̄ supra multa cōstitui. Mo-
dicū nāqꝫ erat ⁊ oīno modicuz qcqd prius
acceperat anima illa beata: quantū ad illā
gloriā quā p̄iti pmeruit passiōe. Oīs enim
delectatio mundi huius vniuersa eius glo
ria quicquid deniqꝫ in eo cōcupiscit̄ prsus
modicū est in illius felicitatis: in illius glo
rie: in illius beatitudinis cōpatiōe: si tamē
vel modicū dici debet: ⁊ nō potius nihilū
vapor ad modicuz parēs. Acceperat beat⁹
clemēs nobile gen⁹ amplas possessiōes he-
reditatē multā: scientiā quoqꝫ qꝫ plurimā:
ita vt optimus quidem illius tpis philoso-
phus habēt̄. Acceperat hec vniuersa a do-
mino: dei enim dona sunt etiā ista. Fidelez
ergo se pbauit ei q dederat: cū p ei⁹ amore
vniuersa ꝯtēpsit oīa detrimētū faciēs ⁊ ar-
bitrat⁹ vt stercora vt xp̄m lucrifaceret. Sꝫ
forte murmurat etiā nūc inimicus pellem
inquiēs p pelle: ⁊ omnia que habet homo
dabit p anima sua. Quid ergo? Putas ꝙ
in ip̄a sui corporis vita quā acceperat a do-
mino infidelis inueniat̄: vt vel ip̄am prefe
rat illi? Ecce hēs potestatē irruere in euz p
satellites tuos: vt coartet̄ ex duobus: aut a
dn̄o necesse hn̄s: aut a corpe separi. Varia
⁊ imania exqre gn̄a tormētoꝝ: sed noueris
te martyri nr̄o fabricare coronas. Sic eniz
ip̄a vite hui⁹ ornamēta ⁊ adiumēta ꝯtēpsit
sic ꝯtēnit ⁊ ip̄az: oē corp⁹ tibi exponit ī mor
tē: ⁊ ī faciē maledicet tibi: atqꝫ idola tua sa-
cro ore blasphemās dn̄m deū suū: etiā īter
tormēta libere p̄dicat īgenue ꝯfitet̄. Coro-
nabit̄ ḡ: qr legittime certauit: qr fideliter vi
cit: qr nec blādimentis vite huius: nec mor
tis horrore a charitate xp̄i potuit separari
Dic queso nobis aīa scā q̄ sic corp⁹ tuū sup
plitijs expon ebas? obsecro diligebas illud
an nō? Vtiqꝫ diligebā inqt: nemo. n. odio
habuit carnē suā. Diligebā ḡ eā sꝫ paꝝ dili
gebā tanqꝫ ancillā: ⁊ multo magis diligebā

dñm deū. Utiqȝ ꝓbatio dilectiōis eēt exbi-
bitio opis: libenter ipsam q̄ȝ ꝑ eius gloria
mortē amplectebar. Quid nos ad hec dici-
mus frēs? Cōgratulamur matri: sed iā glīa
eius nō sine nr̄a ꝯfusione est. Ecce enī bea-
tus clemēs hō erat filiis nobis passibilis ea-
dem circūdatus infirmitate: ⁊ carni sue eo-
dem vinculo naturalis affectōis inherens.
Si ḡ ille sic glīficauit xp̄m in corpore suo et
calicē salutaris accepit? qd nos retribuim⁹
dño ꝑ oib⁹ que retribuit nobis? Eadē cer-
te nos īsigniuit imagine? eodē sanguīe nos
redemit: ⁊ vocauit in eandē hereditatē in-
corruptibilē incontaminatā eternā cōserua
tam in celis. Ut qd ḡ non possumus ⁊ nos
cū beato clemēte bibere calicē eius? Sȝ for-
te respondeant aliq. Possum⁹ si oportuni-
tas non deesset: sed ꝑsecutiōis tp̄s cessauit.
At ego fateor nō satis crediderim ista dicē-
tib⁹. Quid enī? Quotidie ceditis punctio
ni acus vnius? ⁊ mucroni vos arbitramini
posse resistere? In minimis ꝓbate ꝯflictib⁹
q̄ȝ viriliter in maiori certamine stare possi-
tis. Ecce enī nō nobis dicit̄: sacrificate idol̄
⁊ viuite: aut si hec nō vultis oportet vos di
uersis suppliciis interire. Nouit dñs figmē
tum nr̄m: nec dat nobis tam forte certamē.
Beato clemēti forte certamē dedit vt vin-
ceret: ⁊ cognosceret qm̄ oiuȝ potentior ē sa-
pientia. Uestrū aūt certamē quale est frēs?
Quotidie vobis suggerit̄ in cordib⁹ vr̄is?
frange ordinē tuū murmura detrahe age
remissius infirmitatē simula: responde ei q
forte durius locutus est vt satisfacias desi-
derio tuo. Nec dicit̄ nisi hec feceris morie-
ris: sed vt multū cū difficultate ⁊ labore re-
sistas aīo tuo. Et quis sustineret tāta? Hec
enim intus audire hec respondere consue-
uimus exhortantib⁹ nos: aut foris homini
aut intus spiritui sancto. Si ergo in eiusmo
di certamine periclitamur? si vix resistim⁹ si
interdum etiam succumbimus? quid in illo
tam graui certamine faceremus? Si iuncis
fragilibus cedit infirmitas nostra? quomo
do telis resisteret? Uidetis quomodo ad
nihilum redacti sumus: ⁊ sicut solent mulie
res aut paruuli pugnātes laudamus alios
pugnare ipsi non possumus. Quid tamen

agimus? Omnes certe ad nuptias vocati
sumus: ⁊ in conspectu eius vacuos appa-
rere non licet. Diligenter ergo considere-
mus q̄ apponunt̄ nob: qm̄ talia oportet nos
ꝑparare. Cōsiderauit beat⁹ clemēs vinū si-
bi appositū eē a dño: ⁊ ipse quoqȝ qm̄ diues
fuit ad nuptias illas vinū nihilomin⁹ ꝓprij
sanguis effusionē portauit. Sȝ nos paupes
sum⁹ ⁊ vinū nō hēmus. At ille. Implete igt
idrias aq̄. Ergo ne ⁊ ipsa suscipiet̄ aq̄? si at-
tulerim⁹ eam? Utiqȝ suscipiet̄: nā ⁊ ipaȝ cū
vino appositā inueniet: q ſm monita sapien
tis diligēter ꝯsiderauit q̄ sibi apponunt̄ ab
eo q venit nō in aq̄ solū ſȝ in aq̄ ⁊ in sanguīe
Testimoniū enī ꝑhibuit q vidit qd̄ a pto la
tere dñi dormiētis ī cruce exierit sanguis ⁊
aqua. Et nos ḡ frēs vt vel fideles ī modico
nos ꝓbem⁹ dño nr̄o si martyriū sanguis n̄
hēmus. martiriū enī testimoniū ē: q̄ramus
vel testimoniū aq̄: ⁊ ne ip̄m qdem despiciet
de⁹. Tres sunt enī q testimoniū dant ī tra:
spūs aq̄ ⁊ sanguis. Ubi qb⁹ triū suppetit te
stimoniū: qm̄ funiculus triplex difficile rū-
pit̄. Nos si sanguis testimoniū non hēmus
hēmus spm̄ in aq̄: qm̄ sine spū nec sanguis
nec aq̄ sufficiet. Immo v̄o si spūs ip̄e sin̄ aq̄
aut sanguīe inuenit̄ sufficit testimoniū ei⁹:
qm̄ spūs vitas est nec sanguis nec aq̄ qcq̄ȝ
poterūt a seipsis ſȝ spūs ē q testimoniū dat ī
illis. Sane tm̄ aut vix aut nūq̄ȝ sine aqua aut
sanguine spm̄ arbitror inueniri. Propterea
dilectissimi queram⁹ vel aquā: q sanguinē
nō hēm⁹. Et qm̄ idriaꝝ supra fecim⁹ mētio-
nē: queram⁹ mensuras binas aut ternas q̄s
idrie capiebant. Nā ⁊ xp̄s triplicē nob ap-
ponit aquā ⁊ ꝑfectus omnis q fuerit in no-
bis sicut ipse videlȝ tres metretas habere
potuerit. Propter hoc enim sub distinctiōe
dicit̄ binas vel ternas: vt duas ad min⁹ cō-
stet necessarias esse tertiam non ab omnib⁹
exigendam. Accipe ergo triplicem aquam
quā tibi saluator apponit. Plorat super la-
zarum ⁊ super ciuitatem hierusalem: ⁊ hec
est aqua prima. Sudat iminente iam passio-
nis hora: ⁊ hec est aqua scd̄a non ab oculis
tm̄ ſȝ a toto mūdo manās. Hec aūt rubea ē
sanguineiqȝ coloris sicut scriptū ē. Et fact⁹ ē
sudor eius tanq̄ȝ gutte sanginis decurrētis

in terrā. Jam vͦ tertia aqua ē quā ⁊ p̄diximus de latere eius vna cum sanguine emanasse. Et tu ergo p̄mā habes quidem si rigas ꝯsciētie tue stratū ⁊ dolore cōpunctōis p̄teritoꝝ diluis maculas peccatoꝝ. Secundā habes aquā si in sudore vultus tui vesceris pane tuo: ⁊ labore penitentie corpus tuū fatigas ac restringis cōcupiscētie flammā. Est aūt sanguinei coloris seu ꝓpter laborē seu etiā ꝓpter ipm̄ quē extinguit cōcupiscētie ignē. Jā vͦ si ꝓficere potes vsqꝫ ad deuotiōis gratiā potaberis aqua sapiētie salutaris ē spūs xp̄i qui super mel dulcis ē fiet in te fons aque salientis in vitam eternam. Et memēto hāc esse aquā que ꝓcedit de latere dormiētis ⁊ sine oī molestia fluit. Oportet eum iā mortuum eē mūdo qui in hac voluerit gratia delectari. Ergo vt breuiter repetā: p̄ma quidē a p̄teritis delictis abluit cōscientiā: secūda vt futura caueas extinguit ꝯcupiscētiā: tertia si ad eā ꝑueni re merueris potat aīā sitientē.

¶ In dedicatiōe ecclesie. Sermo p̄mꝰ.

cxlj  Estiuitas hodierna fratres tāto nobis debet esse deuotior quāto familiarior ē. Nā ceteras qdē sanctoꝝ solēnitates cū ecclesijs alijs habemus cōmunes hec vͦ sic nobis est propria vt necesse sit vel a nobis eā vel a nemine celebrari. Nostra ē q2 de ecclesia nostra: magis autē nostra est: q2 de nobis ipsis. Miramini forsitan ⁊ erubescitis celebrari festa de nobis: s3 nolite fieri sicut equus ⁊ mulus qbꝰ nō ē intellectꝰ. Quid enī lapides isti poterunt sanctitatis hr̄e: vt eoꝝ solēnia celebremus. Habēt vtiqꝫ sanctitatē: sed ꝓpter corpora nr̄a. An vͦ corpa nr̄a scā esse qs dubitet ꝗ tēplū spūs scti sunt: vt sciat vnusqsqꝫ possidere vas suum ī sanctificatiōe. Itaqꝫ sancte sunt aīe ꝓpter inhabitātē spm̄ dei in nobis: scā sunt corpa ꝓpter aīas: scā ē etiā ꝓpter corpa domus. Adhuc certe incorruptibili tenebaṫ in carne ⁊ corpore peccati ī quo ⁊ graue adulterij crimē admisit illius aīa q dicebat: Custodi aīā meā qm̄ sanctꝰ sum. Mirabilis plane ī sanctis suis nō mō in celestibus: sed etiam in terrenis. Utrobiqꝫ sanctos habet: sed ⁊ in vtrisqꝫ mirabilis est: illos quidē beatificās: istos sanctificās. An expimentū q̄ritis eiꝰ de q̄ loq̄mur sanctitatis ⁊ sanctoꝝ vobis istorum miracula desideratis ostendi. Multi certe ex vobis a peccatis ⁊ vitijs in quibꝰ computruerunt tanq̄ iumenta in stercore suo exiere viriliter: ⁊ quotidie impugnantibus eis potēter resistunt iuxta apostolum: qui de scis vtiqꝫ loquens conualuerunt inquit de infirmitate sua: fortes facti sunt in bello. Quid mirabilius quādo is qui prius vix per biduum poterat continere a luxuria: ab ebrietate: a crapula: ceterisqꝫ similibus ⁊ dissimilibꝰ vitijs nunc ab eis continet multis annis tota vita sua. Quod maius miraculum quādo tot iuuenes: tot adolescentes: tot nobiles vniuersi deniqꝫ quos hic video velut in carcere aperto tenentur sine vinculis solo dei timore confixi ꝙ in tanta perseuerāt afflictione penitentie vltra virtutem humanam: supra naturam: cōtra cōsuetudinem. Ipsi credo videtis: quanta iam possemus inuenire miracula si perscrutari sigillatim liceret singuloꝝ exitū de egypto ⁊ deserti viam idest ab renuntiatione sclī introitū. monasterij in monasterio ꝯuersionē. Quid vero sunt hec nisi manifesta inhabitantis in nobis spūs sci argumēta. Nam habitare in corpore animā probant vitales motꝰ corporis hītare in aīa spm̄ probat vita spiritualis. In visu ⁊ auditu illud dignosciṫ istud ex charitate ⁊ hūilitate ceterisqꝫ virtutibus vestra igiṫ est frēs charissimi vr̄a est hodierna festiuitas vos dedicati estis dn̄o: vos elegit ⁊ assumpsit in ꝓprios. Tibi inqt ꝓpheta derelictus est paup orphano tu eris adiutor. Oq̄ bene cōmutastis dilectissimi quicqd habere potui in sclo quādo nunc relinquēdo ea ꝓprij esse meruistis auctores seculi ⁊ eum habere ꝓpriā possessionem qui sine dubio portio ⁊ hereditas est suoꝝ. Neqꝫ enī sicut dixerunt filij iniqtatis: beatus populus cui hic sunt temporalia scilicꝫ que promissa fuerant ꝓmtuaria eoꝝ plena eructantia ex hoc in illud oues eoꝝ fetosse ⁊ similia nō inqꝫ beatus ppls

cui hec sunt sed beatus ppl's cuius dñs deus eius. Uidete ergo an īdignū sit vt festū agamus dié quo nos assumpsit ꝓprios ⁊ inuestiuit se ꝑ ministeriales ⁊ vicarios suos? vt fiat sicut ip̄e iam olim ꝓmiserat: ego inquiēs ero in medio eoꝝ deus: nos aūt populos eius ⁊ oues pascue eius. Q̄ñ eni domus ista ꝑ manus pontificuꝫ dedicata est dño? ꝓpter nos sine dubio factū est: nō solū q̄ tunc p̄ñtes fuistis sed ⁊ qcūqꝫ vsqꝫ in finem seculi dño sunt in hoc loco militaturi In nobis ꝓinde spūaliter ipleri necesse ē que in parietib⁹ visibiliter p̄cesserūt. Et si vultis scire: hec vtiqꝫ sunt aspersio: inscriptio: inunctio: illuminatio: benedictio. Hec quidē in hac visibili domo fecere pōtifices hec xp̄s assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ inuisibiliter quottidie opaf in nobis. Primo siqdem aspergit nos ysopo: vt mundemur lauemur de albem̄ : dicafqꝫ de nobis. Que est ista q̄ ascendit dealbata? Lauet in q̄ꝫ nos in cōfessione? lauat nos lachrymaꝝ imbre: lauat sudore penitētie magis aūt lauat nos aqua illa preciosissima q̄ de fonte pietatis id est ab ei⁹ latere emanauit. Aspgit nos ysopo q̄ est humilis herba ⁊ pectoris purgatiua? aqua sapiētie salutaris que est timor dñi initiū sapie ⁊ fons vite: etiā cōdimentū salis īmiscēs ne sit īsipidus timor sine spe sine deuotione. Non solū aūt sed ⁊ inscribit digito dei in quo eyciebat demonia: haud dubiū qui in spū scō. Inscribit inqꝫ legē suā nō iam in lapide sed in tabul' cordis carnalibus: ꝓphetica iplens ꝓmissionē q̄ se pollicit⁹ est ablatuꝝ eoꝝ lapideū ⁊ carneū cor esse datuꝝ: id est nō durū non obstinatū nō iudaicū: sꝫ piū: sed mansuetū sed tractabile: sed deuotū. Beatus quē tu erudieris dñe: ⁊ de lege tua docueris eum Beati inqꝫ qui docti ⁊ memores sunt mādatorum eius: sed ad faciendum ea. Alioquin scienti bonum ⁊ non facienti peccatū est illi. Et seruus sciens voluntatem dñi ⁊ non faciens plagis vapulabit multis. Unde ⁊ statim necesse est vt vnctio spiritualis gratie adiuuet infirmitatem nostram? obseruantiarum istaruꝫ ⁊ multimode penitētie cruces deuotiōis sue gr̄a leniens? q2 nec est sine cruce sequi christū nec sine vnctiōe crucis aspitatē ferre quis posset? Hinc est q̄ multi abhominanf ⁊ fugiunt penitentiam: crucem quidem videntes sed non etiā vnctionem. Uos qui experti estis ecce ip̄i scitis q2 vere crux nr̄a inūcta est ⁊ ꝑ gratiā spiritus: suauis ⁊ delectabilis est penitētia nostra ⁊ vt ita dicaꝫ amaritudo nostra dulcissima. At postq̄ꝫ vnctio gratie huius p̄cesserit oportune ex hoc lucernā suā xp̄s non ponit sub modio sed sup candelabrū quia tempus est vt luceat lux nostra coram hoībus vt videant opa nostra bona ⁊ glorificent patrē nr̄m qui in celis est. Iam vero benedictionem quidem expectamus in fine quando aperiet manum suam ⁊ implebit omne animal benedictione. Nam in quattuor premissis merita costant: in benedictiōe sunt p̄mia. In benedictiōe tota cōplebitur gratia sanctificationis quando iā in domuꝫ transibimus non manu factam etef'nam in celis. Ipsa est que construitur ex viuis lapidibus: angelis scilicet ⁊ hominibus. Simul eniꝫ edificatio ⁊ dedicatio ip̄a cōplebitur. Disiūcta nimirū ligna ⁊ lapides domū non faciunt nec in eis habitare quis potest: sola vero ꝯiunctio domū facit. Sic celestium spirituum perfecta vnitas ⁊ sine vlla sibi diuisione cōnexa: integram ⁊ cōgruam deo reddit habitationem quam ineffabiliter beatificat inhabitans gloria maiestatis. Quis enim sic sciret vniuersa regum consilia? aut quis omnia eorum dicta vel facta sic nosset quomodo palatij ligna ⁊ lapides si non deesset illis intelligentie sensus? Itaqꝫ celestis illius curie lapides viui ac rationabiles diuinis intersunt consilijs ⁊ trinitatis misteria norunt: audiuntqꝫ verba ineffabilia que nō licet homini loqui. Beati qui habitāt in domo tua domine. in secula seculorum laudabunt te. Quanto enim plus vident plus intelligūt plus agnoscunt tanto plus diligunt: tanto magis laudant tanto magis admirantur. Uerum quia coherere quidem sibi domū illam et perfecte connexam esse iam diximus: superest vt iuncturam ⁊ connexionē ipsam aliquatenus exprimamus. Legim⁹

in isaia: glutino bonum est. Duplici igitur
sibi coherent lapides illi glutino: cognitio
nis plene ⁊ perfecte dilectionis. Tanto si
quidem maiori ad seinuicē dilectione co
pulantur: quanto ipsi charitati que deus
est viciniores assistunt. Sed nec vlla eos se
parare abinuicē suspitio potest: vbi nihil
omnino qđ in altero sit alterum latere pati
tur penetrans oīa radius veritatis. Quo-
niā vo qui adheret deo vnus spirit⁹ est cū
eo: nihil dubium est quin perfecte adherē
tes ei beati spiritus cū eo pariter ⁊ in eo pe
netrant vniuersa. Ad hanc domum si puē-
nire desideras: sic cōcupiscat ⁊ deficiat ani
ma tua in atria domini sicut propheta cla-
mat: vnam petij a domino hanc requirā
vt inhabitē in domo dñi omnibus diebus
vite mee: ipsū nihilomin⁹ imitare pphetā
sicut iurauit dño votū vouit deo iacob. si i
troiero in tabernaculū. Sed hinc alio smo
ne dicemus vobis qđ dñs ipse donauerit.

¶ Item vnde supra. Sermo secundus.

Lim rex glori

osus et propheta domini da-
uid sanctus religiosa quadā
cepit cogitatione moueri: in-
cxl dignum iudicans q nullam adhuc domi-
ij nus sabaoth domū haberet in terris: ipse
vero domum inhabitaret regie dignitatis
Hoc ipsum fratres nos quoq decet cogi-
tare fideliter: ⁊ viriliter effectui mācipare
Nam q licet deo placuerit cogitatio illa p
phete opus tamen reseruatū est salomoni
Alia ratio est: forte prolixioris indigēs di-
sputationis. Jam vo o anima tu quidē sub
limi in domo habitas que a deo fabricata
tibi est: corpus hoc dico quod sic compegit
quod sic aptauit: quod sic ornauit: vt glori
ose ⁊ delectabiliter inhabitares. Sed ⁊ ipi
corpori domum fecit excelsam aptissimam
⁊ decoram: dico autem sensibilem huncin-
habitabilem mundum. Nonne ergo indi-
gnum reputas: vt tibi ipse fecerit domum:
tu vo ei templū edificare dissimules? Ad-
huc quidem domum habes: sed certa esto
quoniam in breui casura est domus tua et
tu nisi prouideris aliam pluuie vento ⁊ fri
gori exponendā. Heu a facie frigoris illius
quis sustinebit? Felix proinde anima ⁊ mul
tum felix que dicere potest. Scimus quo-
niam si terrestris domus nostra huius ha-
bitationis dissoluatur q edificationē ha-
bemus ex deo domum non manufactam
eternā in celis. Propterea iam non dede-
ris anima somnum oculis tuis ⁊ palpebris
tuis dormitationem: donec inuenias locū
domino tabernaculum deo iacob. Sed pu
tamus fratres vbi inuenitur huius edifi-
cij locus: aut quis esse poterit architectus
Nam visibile istud templū vtiq propter
nos factum est: ad nostram habitationem.
Neq enim altissimus in manufactis habi
tat. Quod ergo edificabimus ei templū:
qui dicit ⁊ veraciter dicit: celum ⁊ terram
ego impleo? Tribularer valde ⁊ anxiaret
super me spiritus meus: nisi qđ audio eum
de quodam dicentem: quia ego ⁊ pater ad
eum veniemus: et mansionem ap id eum
faciemus. Itaq iam scio vbi paranda sit
ei domus: quando non capit eum nisi ima
go sua. Anima capax illius est que nimirū
ad eius imaginē creata est. Propter quod
iam festina adorna thalamum tuum syon:
quoniam complacuit domino in te ⁊ terra
tua inhabitabit. Exulta satis filia syon: ha-
bitabit in te deus tuus: dic cum maria Ec-
ce ancilla domini: fiat mihi sm verbū tuū.
Dic iuxta beate elisabeth verba Et vnde
hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad
me? Quanta enim dei benignitas: quanta
dignatio: quanta dignitas: qnta gloria ani-
marum: q dominus vniuersorum qui nul-
lam habet indigentiam templum sibi fieri
iubet in illis? Itaq fratres cum toto desi-
derio ⁊ digna gratiarum actione studea-
mus ei templū edificare in nobis. Primo
quidem solliciti: vt in singulis deinde in
omnibus simul habitet: quia nec singulos
dedignatur nec vniuersos. Primo igitur
loco studeat vnusquisq ne dissideat ipse a
semetipso: qm oē regnū i seipm diuisū deso
labit ⁊ dom⁹ supra domū cadet: nec itrabit
christus vbi fuerit parietes inclinati ⁊ ma-
cerie depulse. Nōne corporis sui domum

anima integram vult habere? ꝛ expire illam necesse ē si fuerint a seinuicē mēbra disper sa? Uideat ergo ꝛ ip̄a si desiderat habita re xp̄m ꝑ fidē in corpore suo: idest in seipsa solicite caueat ne a seinuicē mēbra eius di sideant: idest ratio volūtas atq3 memoria. Sit ergo sine errore ratio: vt bene cōgruat volūtati. Talem enim volūtas amat. Sit ꝛ volūtas sine iniquitate: qm̄ ratio talem ap probat. Alioqn si sese iudicat anima ꝓpter volūtatis prauitatē in eo qd̕ ꝑ rationem ꝓ bat bellū intestinū est ꝛ discordia ꝑiculosa: qm̄ voluntatē huiusmodi rō semꝑ sigillat: sed accusat: sed diiudicat: sed condemnat. Propter qd̕ ait dn̄s in euāgelio: Esto con sentiēs aduersario tuo dum es in via cū eo ne forte aduersarius tradat te iudici: ꝛ iu dex tradat te tortori ꝛ cetera. Sit etiam me moria sine sorde: vt nullum in ea peccatum maneat qd̕ nō pura ꝯfessione ꝛ dignis fru ctibus penitentie deleatur. Alioqn consci entiā ī qua peccatū3 latet ꝛ volūtas odit ꝛ ratio execraẗ. Bonū ꝓinde ꝑ̄parat habita culū deo: cuius nec ratio decepta: nec volū tas ꝑuersa: nec memoria fuerit inquinata. Jam v̊o sic se exhibentibus singulis etiam omnes nos cōnecti ꝛ conglutinari necesse est: mutua vtiq3 charitate que ē vinculum delectionis. Nam cognitio quidem perfe cta haberi ī hac vita nō potest: forsitā nec oportet. In celesti siquidē domo cognitio dilectionis est instrumentum: hic v̊o eē po terat detrimentum. Quis enim gloriabi tur castum se habere cor? Propterea faci le erat ꝛ confundi cognitum: ꝛ cognoscen tem offendi. Ibi iocūda erit cognitio: vbi macula iam nō erit. Illa enim domus con nexa firmius est tanq3 in eternum mansu ra: hic tanq3 tabernaculum bellatorum mi nus solide copulata. Illa nimirum domus leticie: ista militie est. Illa domus laudis: ista orationis. Hec inq3 vrbs fortitudinis nostre: illa est ciuitas requiei nostre. Pro pterea si victoriosi fuerimus hic illic glori osi erimus: habentes loco galee diadema: sceptrum ꝛ palmam pro gladio: pro scuto chlamydem deauratam: pro thorace stolā iocunditatis. Interim sane premi: magis q3 perimi videtur: vtilius ꝛ sustinere pon dus clypei ꝛ lorice q3 maligni iaculis igne is vulnerari: a quibus nos superna sua ꝓ tectione custodiat: qui est benedictus in se cula. Amen.

¶ Itē vnde supra. Sermo tertius. cxl iiij



Domus hec fra tres eterni regis opidum est: ꝛ obsessū3 ab inimicis. Quot quot igitur in ipsius arma iu rati sumus: ꝛ eius militie nomina dedim⁹ triplici nobis opus eē nouerimus appara tu ad custodiam castri huius: munitiōe vi delicet ꝛ armis ꝛ alimentis. Que est ergo munitio? Urbs fortitudinis nostre syō ait propheta: saluator ponetur in ea murus ꝛ antemurale. Murus continentia: antemu rale patientia est. Bonus continentie mu rus qui sic vndiq3 circundat ꝛ circūcingit vt nec per oculorum fenestras: nec per ce teros sensus detur ingressus morti. Bonū antemurale patientie qd̕ primos hostium sustinet impet⁹ vt inter tēptamēta plurima stemus viriliter: ꝛ perseueremus iugiter ī concussi. Unicum quippe remedium ē dū continentia quatitur: ꝛ quodammodo nu tat obijcere patientiam: ꝛ quantumcunq3 ferueat sensus peccati negare omnino con sensum. In patientia inquit vestra posside bitis animas vestras. Ponitur ergo ī ciui tate sua saluator ip̄e murus ꝛ antemurale factus nobis a deo patre iusticia: ꝛ propbe te patientia: sicut ide3 ait: dominus meus patiētia mea. Murus inq3 ponitur in con uersatiōe: antemurale in passione ab omni b⁹ carnis ꝛ seculi p̄ntis illecebris abstinēs: ꝛ aduersa fortiter sustinēs vniuersa. Opor tet autem ꝛ arma parare? sed arma sp̄ualia arma potentia domini: non modo ad resi stendum: sed ad pugnādum quoq3 et ex pugnandum viriliter inimicum. Indui te vos armatura3 dei: ait paulus ꝛ cetera. Quid enim putamus fratres? Grauis qui dem nobis est inimici tentatio: sed longe grauior illi nostra oratio. Ledit nos iniqui tas eius atq3 versutia: sed multo amplius

nostra eum simplicitas & misericordia tor-
quet. Humilitatē nostram nō sustinet: verū
nostra charitate: mā̄suetudine & obediētia
cruciatur. Iā vero nec fame quidē vrgeri possu
mus: vt hostibus castrum tradere cōpellamur:
quoniam gratias deo nō venit sup nos terribilis il
la cōminatio prophete: imo dn̄i per prophetā: fa-
mes videlicet & sitis: nō panis & aque: sed
verbi dei. Sicut enim legimus: Nō in solo
pane viuit hō: sed in omni verbo qd̄ proce
dit de ore dei. Itaq3 nō nobis alimēta de-
sunt qui & sermones frequēter & frequētius
sacras lectiōes audimus & interdum spūa
lis quoq3 deuotiōis gustamus delitias tan
q3 si catelli edāt de micis que cadūt de mē
sa dn̄orum suorum: celestes illos cōuiuas dico q
replentur ab vbertate domus dn̄i. Habemus
etiā panē lachrymarum: qui l3 minus suauis
optime tn̄ cōfirmat cor hoīs. Habemus &
obedientie panē de quo loquitur ad discipu
los dn̄s: meus inquiēs cibus ē vt faciā vo
lūtatē patris mei. Habemus sup oīa de celo
panē viuū corpus saluatoris: in cuius vtiq3
fortitudine cibi oīs aduerse ptis deicitur for
titudo. Sic ergo munita ē castri dn̄ici forti
tudo: vt nihil iam timere oporteat: si tn̄ vi
riliter agere voluerimus: vt videlicet nec
proditores: nec pusillanimes inueniamur.
Nam proditores qdē fiunt si qui forte ī hoc
dn̄i castrū inimicos eius introducere moli
untur: quales vtiq3 sunt detractores deo odi
biles: qui discordias seminant: & nutriunt
scandala inter fratres. Sicut enim in pace
factus ē locus dn̄i: sic in discordia locū dia
bolo fieri manifestū est. Nō miremini frēs
si durius loqui videor: quia veritas neminē
palpat. Omnino proditorē sese nouerit si qs
forte qd̄ absit vitia quelibet in hāc domū
conetur inducere: & templū dei speluncā face
re demoniorum. Gratias deo raro hic inueni
mus huiuscemodi: sed tn̄ dephēdimus in-
terdū forte nōnullos q locuti hostibus pe-
pigerāt fedus cum morte vt molirentur quod in
eis erat īminuere ordinis disciplinā? inte-
pescere feruorē: turbare pacē: ledere chari
tatē. Vere nos quidē cauemus ab eis quā-
tū possumus: sicut scriptū ē de quibusdam
iesus aūt nō credebat se eis. Dico aūt vob
l3 portentur modo: sed portabunt graue iudi
ciū: nisi citius emēdauerint: siue graue dā-
nū moliuntur īferre. Quid enim frater? Va
nitati aut tepiditati: seu cuilibet alteri vi-
tio fidē seruas operibus? & deo per tonsuram
mētiris? Optimū certe castrū tulisti xp̄o: si
inimicis eius tradideris clarā vallē. Opti-
mos inde singulis annis & preciosos in ocu-
lis suis redditus accipit? & predā multā quā
hostibus eripit in hūc munitiōis sue locum
solet inducere: & habet fiduciā ī multa for-
titudine eius. Ecce enim quos redemit de
manu inimici: de regionibus congregauit
eos: a solis ortu & occasu ab aquilone & mari.
Quibus ergo proditorē castri huius postq3
dephensus & cōprehensus fuerit: neq3 eni
latere aut fugere potest? quibus inq3 putas
exponendū eē supplitiis? Neq3 enim com
muni ceterorum morte condēnabitur: sed exquisi-
tis illum necesse ē interire tormentis. Sed
nō modo plus īmoror circa ista? credo me-
lius deinceps ab hac tam execrabili proditi-
one cauebitis: studētes decetero maiori so
licitudine nō attrahere: sed repellere vitia
quecūq3 sint illa: seu carnalia: seu etiā secu-
laria: ne proditoris notā vel penam incurrere
mereamini. Secūdo loco etiā illud cauete
ne qs forte pusillanimitate deiectus fugiat
a munitiōe: ibi trepidans timore vbi non
erat timor: vbi vero summū periculum ē insana
temeritate securus. Hostilibus enim mani-
bus: hostilibus gladiis se exponit: quicūq3 ē
ille qui fugit ac si ignoret: quoniam hostes illi oī-
no carēt misericordia: crudeles quidem in
alienos: sed multo crudeliores in suos: qp
pe crudelissimi in seipsos. Tertiū periculū di
co breuiter: quia iā hora preteriit: dum vestre
vt dignum ē saluti plurimum cupidus a di
uersis morum infirmitatibus remedia diuersa
cōquiro. Quid prodest si nec perdere castrum
nec retinere velis? sed segnis & delitiosus ī
eo permaneas? Toto proinde animo tota vir-
tute dilectissimi cōmissum nobis castrū do
mini & regis nostri manutenere laboremus
soliciti contra oēs inimici versutias: & aduersus
omnia eius machinamenta parati: sicut scri-
ptum ē: Resistite diabolo & fugiet a vobis
At quoniam scimus a quo dictū sit: nisi dn̄s custo-

dierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eam: humiliemur sub potenti manu altissimi domum istam tota deuotione eius misericordie cōmittentes: vt ipe nos custodiat ab omnibus insidijs inimicorum omnium ad laudem ⁊ gloriam nominis sui qđ ē benedictum in secula. Amē.

¶ Item in dedicatione ecclesie De triplici māsiōe. Sermo quartus.



Votiuis laudibus celebramus hanc diem: ⁊ festiuis

cxl iiij eam gaudijs honoramus. Qr si nec religiosis competit: nec sapientes decet ignorare quid venerentur aut celebrare quod nesciāt: querēdum nobis est in cuius id agitur: vel in quorum cōmemoratōe sanctorum. Nec vo id mihi ex me arbitror presumendum: prior loquatur alter cuius testimonium maius sit ⁊ credibilius videatur. Miramini forte cui ista ꝑloquimur cum nostris sese obtutibus ecclesia presens manifestius ingerat: cuius anniuersario dedicatio celebratur. Quid eniꝫ parietes eius scōs dicere vereamur? quos manus sacrate pontificum tātis sanctificauere mysterijs. Ex tunc quoqꝫ ⁊ deinceps sanctarum inibi lectionū resultare frequētia? sanctarum orationum: murmurare deuota susurria: sanctaruꝫ reliquiaruꝫ honorari beata presentia. sanctoruꝫ spirituum īdefessa nosciť vigilare custodia. Dicas forsitā: cetera quidem euidentia sunt: sed qs angelicas sese vidisse excubias gloriať? Et si tu forte nō vides: est tamen qui videt ipe qui mittit. Quis ille? Nimirum qui loquitur per ꝓphetā: Super muros tuos hierusalem constitui custodes. Est quidem sursū hierusaleꝫ que libera est mater nostra: sed minime ego crediderīꝫ super muros eius cōstitutos esse custodes: in cuius laudibus ꝓpheta decātat: qui posuit fines tuos pacē. Tu vo si id parū iudicas: perge audire qđ sequitur in testimonio precedēti. Tota die inquit: ⁊ tota nocte nō tacebūt. Siquidem aduertere est: vel ex ipo nō hāc eē hierusalem de qua legisti: Porte eius nō claudentur per diem: nox enim non erit in ea. Illa ergo hierusalem: nec vicissitudines patiť: nec custodibus egeꝫ: nostris potius custodes necesse est ⁊ diebus ⁊ noctibus deputari. Super muros tuos hierusalem constitui custodes. Benignus es domine: nec nostrorum hac fragili protectione murorū potes esse contentus: ipsis hominum prelatis hominibus angelicam quoqꝫ custodiā supponis: vt ⁊ muros defensent: ⁊ eos qui murorum ambitu continētur. Ita pater: quoniam sic est placitum ante te: sic necessariū nobis. Insufficiēs est enim administratio nostra: nisi ⁊ nobiscum ⁊ pro nobis administratorios illos spūs in ministerium mittas vt hereditatem capiamus salutis. Quid enī si nō videmus obsequium? cū experiamur auxilium? Quid si nō meremur aspectum cum sentiamus affectum? Discimus certe vel ex hoc ipo inuisibilia visibilibus preferenda. Que enim videntur temporalia sūt que autem nō videntur eterna. Deniqꝫ inuisibilibus visibilium causa cōstitit: vt sm apostolum: inuisibilia dei per ea que facta sunt a creatura visibili intellecta conspiciātur. Sic nimirum iudeos olim de inuisibili peccatorum indulgentia blasphemantes sanitatis corporee signo visibili confutauit Ut sciatis quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: tunc ait paralitico: Surge tolle grabatum tuum: et vade in domum tuam. Sic ⁊ phariseum illum murmurantem aduersus medicum q salutem operabatur: ⁊ succensentem lāguide que saluabatur manifestis: reuicit iudicüs obsequia mulieris enumerans. Errabat siquidem qui tanqꝫ adhuc peccatriceꝫ horrebat: que diuinis inherēs vestigijs rigabat fletibus: tergebat crinibus: ꝑmebat osculo: vngebat vnguento. Quis enim crimina iaꝫ deleta recenseat? quis peccatricē censeat que dum cōmissa deplorat: odit iniquitatem: dum osculatur pedes diligit iusticiam: ⁊ rursum dum tergit crinibus exhibet humilitatem: dum vngit vnguento mansuetudinem prefert? Nunquid possibile est regnare peccatum in animo contrito ⁊ spiritu ingemiscenti? aut nō multa charitas operit multitudinem peccatorꝫ? Di-

missa sunt ei peccata multa: quoniam dile-
xit multuz. Merito proinde iam nō pecca
trix iuxta tuam pharisee sentētiam sed san
cta: sed discipula xpi vocabitur: a quo etiā
didicit ī tam breui esse mitis ⁊ humilis cor
de. Nimirum hoc est quod in propheta le-
gisti: sed forsitan neglexisti: verte impios ⁊
nō erunt. Sic charissimi: sic ⁊ antiquus ille
accusator fratrum: si in quibus vos erube
scitis preterita vestra improperet: apostolū
audiat magnifice consolantem vos ⁊ dicē-
tem. Hec quidez fuistis: sed abluti estis: sz
sanctificati estis. Et illud. Habetis nūc qui
dem fructum vestrum in sanctificationem
finem vo vitam eternam. Et manifestius
exprimens: templum ait dei sanctuz est qd
estis vos. Nimirum ipe est cuius reueren
tie primā in huius sermonis pncipio reser
uauimus vocem: dum quererem⁹ sanctos
quoꝝ scimonie ꝯgtulamur duotiōe solēni
Licz.n. parietes hos ⁊ dici scōs ⁊ eē fateat
ꝯsecratio epoꝝ: frequētatio scripturaꝝ: in-
stantia oronū: reliquie scoꝝ: visitatio ange
loꝝ: minime tn̄ eoꝝ scitas ppter se credēda
ē honorari quos nec ppter se certū ē scifica
ri. Quinimo scā ē ppter corpa domus: cor
pora ppter aīas: aīe ppter spm̄ inhabitātē.
Nec huic dubitet qs: cū inuisibilis ei⁹ gra-
tia visibile nobis signum fiat in bonuz. Di
co aut in eo qp ⁊ ipsi instar illius euangeli-
ci paclīti surgitis: qp corporeū hoc grābatū
quo iacebatis languidi tam facile tollitis:
qp deniqz ambulatis in domum vestram: il
lam sane domum de qua letamini cum pro
pheta dicentes: In domum domini ibim⁹
O domus admirabilis et dilectis taber-
naculis ⁊ atrijs concupiscibilibus preferē-
da. Qꝫ dilecta tabernacula tua domine: cō
cupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domi
ni. Uerum multomagis beati qui habitāt
in domo tua domine: in secula seculoꝝ lau
dabunt te. Siquidem gloriosa dicta sunt d
te ciuitas dei. In tabernaculis enim gemi
tus est penitentie: in atrijs gustus leticie: ī
te sacietas glorie. Hec quidem infima do-
mus orationis: media expectatiōis: tu gra
tiarum actionis ⁊ laudis. Felix qui hic de-
clinauerit a malo quod est culpa ⁊ fecerit

bonuz: vt illic a malo quod pena est libere
tur in te percipiat bonum. Hic nimirum p
mitie spiritus illic diuitie: in te plenitudo:
vbi bona illa mensura conferta ⁊ coagita-
ta ⁊ supereffluens detur in sinus nostros.
Hic deniqz fiunt sancti illic securi in te bea
ti. He siquidem primitie spiritus que mili
tantibus interim prerogantur: sanctitas ī
conuersatione: pietas in intētione: virtus
in colluctatione. In sanctitate conuersatio
nis penitentie fructus intellige: ⁊ corpora-
lia queqz diuinorum: exercitia mandatoꝝ.
Et quoniam hec nisi simplex fuerit oculus
simplicia esse non possunt: necessario puri-
tas intentionis ⁊ puritas cordis exigitur:
ne vel honoris ambitus: vel laudis subripi
at appetitus: sed solus ille desideretur: qui
solus desideriuz replet: ⁊ ad proprij fontis
originem omnis quā accepimus gratia re
uertatur. Memento tamē solam ex omni-
bus perseuerantiam coronari: nec eam fa-
cile inter tot vēdicari posse discrimina vbi
multiplicem obtineas in taz multiplici col-
luctatione virtutem. Hec in tabernaculis.
Porro in atrijs que post molestos cōflict⁹
amena iocūditate fouendo excipiūt exeun
tes iam diuitie spiritus erogant: requies a
laboribus: securitas a solicitudinibus: pax
ab hostibus. Ipe enim āmodo iam dicet:
vt requiescāt a laboribus suis: qui tāto fer
uore otium hactenus interdicere: labores
indicere consueuit. Ipe seorsum a curis fa
ciet ⁊ ab omni solicitudine segregabit: qui
modo cōsilia ponit in anima ⁊ solicitam fa
cit erga multa turbari. Ipe iā parta victo-
ria in pace in idipm suauiter dormire pre-
stabit: qui dum adhuc leo rugiens fremit
⁊ ad vigilias excitat ⁊ accingit ad pugnam
Ueruz in his vt supra tetigimus liberatio
magis a malo qz boni remuneratio est: nisi
qd dura nos nostre necessitatis experiētia
cogit absentiaz mali boni cumulos estima
re quemadmodum ꝯsciētia grauiorez imu
nitatem criminum plenitudinem reputat
sanctitatis. Hinc aduertere est qz lōge agi-
m⁹ a sūmo bono: q carere culpa iusticiā: ca
rere miseria btītudinē indicam⁹. Absit āt
vt talē qs putet vbtate dom⁹ illi⁹ ⁊ torrētez

voluptatis et siqua sunt alia q̄ nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus his qui diligunt eū. Nec audire velis o homo qḋ auris hoīs non audiuit: nec ab hoīe queras qḋ humanus nec oculus videt nec aius capit. Ne tñ hinc penitus taceam⁹: istaȝ hāc p̄iaȝ a lōge salutātes triplicē quanda odorare videmur potētie scilicȝ ⁊ magnificētie ⁊ glīe repromissionē. Siquidem hō erat similis nobis passibilis qui dicebat. Introibo in potētias dñi. Ceterū nos scire possumus quid sit infirmitate carere tanq̄ȝ infirmitate circūdati: qd vero sit virtute indui ⁊ potentiā introire nec modo potentiā sed ⁊ multā potentiā forte ⁊ omnipotentiā scire non possumus. Clamat etiaȝ testis fidelis: quia quos iustificauit illos ⁊ magnificauit. At magnificentiā illam presertim quā p̄cedere deceat a magnitudine cuius nec finis nec numerus est: vtinam nostre interim exiguitati liceat expectare nam extimare nō licet. Iam vō ne ipsius quidē veri necesse est aut habere suspectam glorie p̄missionem. Feliciter tunc ⁊ fideliter hauries gloriam: a cuius interim appetitu tantis cōminatiōib⁹ deterreris. Erat enī tūc vnicuiq̄ȝ laus a deo secura certe ⁊ sempiterna finis pariter ⁊ discriminis expers: ⁊ vt scriptum est iocūda decoraq̄ȝ laudatio. Eia ergo fratres viriliter interiȝ in tabernaculis militemus: vt suauiter deinde in atrijs quiescamus: vt nouissime in domo sublimiter gloriemur cum momentaneum hoc ⁊ leue tribulationis nostre supra modum in sublime pondus glorie operabitur in nobis: cū in domino laudabimur tota die in veritate vtiq̄ȝ non in vanitate.

¶ Item in dedicatiōe ecclesie de gemina consideratione sui. Sermo quintus.

cxlv  Etiaȝ hodie fratres solennitatem agimus et preclaraȝ. Atq̄ȝ id quidem facile dixerim sed pergitis querere cuius sancti illud iam forte non ita. Quotiens enim apostoli seu martyris vel confessoris alicuius memoria celebratur: haud difficile est dicere vtputa beati petri stephani gloriosi aut sancti patris bñdicti vel alicuius ceterorum magnorum principum mogne curie celi. Nunc vero nullius eorum solennitas agitur: agitur tamen nōnulla solennitas. Nec mō nonnulla: sed nō parua. Et si iaȝ vultis audire festiuitas est domus domini: templi dei ciuitatis regis eterni sponse christi. Nemo sane ambigit sanctam esse sponsam sancti sanctorum et omni celebritatis honore dignissimaȝ. An vero domum dei sanctam esse quis dubitet de qua legitur domum tuam decet sanctitudo? Sic ⁊ sanctum templum eius mirabile in equitate: sed ⁊ ciuitateȝ sanctā iohannes sese vidisse testatur. Uidi inquit ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratam: tanq̄ȝ sponsam ornataȝ viro suo. In quibus sane verbis aperire iam cepit: qḋ adhuc fateor dissimulare volebam. Dico autem q̄ eadē sponsa que ciuitas est: sed ⁊ templum quoq̄ȝ ⁊ domus ipsa nihilominus sit. Neq̄ȝ id mirum: presertim cum similiter vnus sit q se ei ⁊ sponsum dignatur ⁊ regem ⁊ deum ⁊ patrēfamilias exhibere. Necdū vob tñ arbitror sanctificatū donec euidētius que domus huius patrisfamilias qḋ hoc dei templum que ciuitas regis istius: quenam deniq̄ȝ huius tam gloriosi sponsi sponsa dici ⁊ esse meruit addiscatis. At ego sup hoc quidem non parum vereor loqui quid sentiam ne quem vestrum quod absit aut minus fideliter aut minus humiliter audire contingat: ne quis forsitan ab hoc auditorio aut elatus pre magnitudine glorie aut incredulus exeat pre pusillanimitate spiritus sui. Opto enim vos semper et fideles ⁊ humiles inueniri: qḋ vtrimq̄ȝ summopere sit necessarium ad salutem. Solis nempe humilibus ipē dat gratiā: cui etiā sine fide placere nihilomin⁹ ipossibile est. Opto igit ⁊ oīmodis cupio vt puulos ⁊ magnos imo vt plus miremi nihil aliud q̄ȝ grāde aliqd ei vos exhibē curetis. Neq̄ȝ enī sine magno aīo bona illa taȝ magna capere aut vi facere poteritis regno celoꝝ nō plus q̄ȝ

idem regnum celorum intrare:nisi ꝯuersi
fueritis ⁊ efficiamini sicut ꝑuuli. Non sum
homo profundi sensus: nec possum vobis
quod non iustaueri eructuare. Dicam tñ
ꝙ interdum in me sentiam actitari: vt si
quis forte sibi vtile indicauerit mittetur
Quia enim olim mihi persuasum est vt mi
serear anime mee placiturus exinde de meo
frequenter de ea cogitato vtinam aũt ma-
gis semel superqꝫ liceret. Erat quando id
minime actitare libeat:nempe qꝺ minus si
tamẽ minus ⁊ nõ magis diligerẽ eã. Quõ
enim amat quis cuius mortem amat? Qꝫ
si vt verum est ⁊ indubitabile mors anime
iniquitas est absolutam perinde liquet esse
sententiã ꝙ qui diligit iniquitatẽ odit ani
mam suam. Oderã ergo eam ⁊ odissem ad
huc:nisi hoc mihi amoris eius initiũ quod
cũqꝫ est is qui prior eam dilexerat contulis
set. Ipsius proinde beneficio nõnunqꝫ de
ea cogitans:videor mihi in ea fateor velut
duo quedã cõtraria inuenire. Si ipsam ꝑ
ut in se est ⁊ ex se iuxta rei veritatem intue-
or:nihil de ea verius sentire possum qꝫ in
nichilum esse redactã. Quid modo neces-
se singulas eius miserias numerare? qꝫ sit
onerata peccatis:offusa tenebris irretita il
lecebris? pruriens concupiscentijs obno-
xia passionib⁹:impleta illusionibus prona
in malum? in vitium procliuis:postremo to
tius confusionis ⁊ ignominie plena. Nimi
rum si ipse quoqꝫ iustitie nostre omnes ad
lumen veritatis inspecte velut pannus mẽ
struate inueniunt? iniustitie deinceps qua
les reputabuntur? Si lumen qꝺ in nobis
est tenebre sunt:ipse tenebre quante erunt
Facile est cuiqꝫ nostrum si sua plenius vni
uersa ⁊ sine dissimulatione vestiget ⁊ indi-
cet sine acceptione persone:attestari ꝑ om-
nia apostolice veritati ⁊ libere proclamare
Qui se putat aliquid esse cum nihil sit:ipse
se seducit. Quid est hoc ꝙ magnificas eũ
ait fidelis ⁊ deuota confessio? aut quid ap-
ponis erga eum cor tuũ? Qꝫ? Sine dubio
vanitati similis factus est homo? ad nihilũ
redactus est homo: nihil est homo. Quõ
tñ penitus nihil est quẽ magnificat deus?
Quõ nihil erga quem appositũ est cor di

uinum. Respiremus fratres? et si nihil su-
mus in cordibus nostris:forsitan in corde
dei potest aliud latere de nobis. O pater
misericordiarum o miserorum pater? quid
apponis erga eos cor tuum? Scio scio vbi
est thesaurus tuus ibi est ⁊ cor tuum. Quo
modoꝗ nihil sum⁹ si thesaurus tuus sum⁹
Omnes gentes quasi non sint sic sunt ante
te:⁊ tanqꝫ nichilum ⁊ inane reputabuntur
Sic quidem ante te: sed non inter te. Sic
in iuditio veritatis tue:sed non sic in affe-
ctu pietatis tue. Nimirum vocas ea que
non sunt tanqꝫ ea que sunt. Et non sunt er-
go:quia que non sunt vocas:et sunt quia
vocas. Licet enim non sint quantum ad se
apud te tamen sunt:vtiqꝫ iuxta apostolum
non ex operibus sed ex vocante. Sic nimi-
rum sic consolaris in tua pietate quem in
veritate tua humiliasti: vt magnifice dila-
tetur in tuis qui merito angustiatur in vi-
sceribus suis. Siquidem vniuerse vie tue
misericordia ⁊ veritas requirentibus testa
mentum tuum ⁊ testimonia tua. Testamẽ-
tum vtiqꝫ pietatis ⁊ testimonia veritatis.
Lege hec in corde tuo lege inter teipsum:
⁊ de teipso testimoniũ veritatis etiam hac
communi luce te iudicabis indignum. Le
ge in corde ꝙ firmatum est dei testamen-
tum ꝙ firmatum est in sanguine mediato-
ris:⁊ inuenies qꝫ longe sit aliud spe possi-
dere quod re tenere videris. Quid est in-
quit homo ꝙ magnificas eum? Magnus
vtiqꝫ sed in illo siquidem magnificatus est
ab illo. Aut quomodo non magnus apud
illum? cui tam magna est cura de eo? Ipsi
enĩ cura est de nobis ait apostolus petrus
Et propheta. Ego ait sum pauper ⁊ dolens
dominus sollicitus est mei. Plane artifitio
sa connexio vtriusqꝫ considerationis: qua
velut vno momento descendens pariter ⁊
ascendens ⁊ se pauperem ⁊ dolentem ⁊ de-
um pro se videre potuit esse sollicitum. An
gelicum istud est: ascendere ⁊ descendere
simul Videbitis ait angelos ascendentes
⁊ descendentes super filium hominis. Ne
qꝫ enim vicissitudo vlla in eorum ascensio-
nibus et descensionibus est. Simul enim
et mittuntur in ministerium propter eos

qui hereditatem capiunt ſalutis: ⁊ aſſiſtūt
vultui maieſtatis: deo miſericorditer proui
dente vt ⁊ nobis ſit conſolatio: ⁊ illis tribu
latio nulla. Alioquin quādo equanimiter
paterētur ab illo vultu glorie: in quē ſemꝑ
ꝓſpicere deſiderant propter nos vel ad mo
dicū ſeparari? Deniqꝫ ipſam audi in euan
gelio veritatem. Angeli eorū ait haud du
bium quin paruulorum in celis ſemper vi
dent faciem patris: ſic videlicet paruulorū
cuſtodie deputati: vt nō priuati vllo modo
beatitudine ſua. Hinc eſt ꝙ iohannes ſan
ctus ciuitatem hieruſalem deſcendentem
vidit: ſtantem non potuit intueri. Et aduer
te ꝙ deſcendentem dixerit: non cadentem.
Cecidit enim quondam non minima pars
ciuitatis illius: ſed ea quidem minime ſan
cta: quippe cui grauiſſimus caſus fuit ꝙ to
tius inimica facta eſt ſanctitatis. Hanc qui
dem ruinam terribilem ⁊ horribilem caſuꝫ
videre non potuit qui necdum erāt: ſed vi
dit eam verbum quod in principio erat: vi
dit principium quod apoſtolis loquebatur
Videbam ſathanam tanqꝫ fulgur cadentē
de celo. Itaqꝫ pars illa que cecidit: a deo
reparanda eſt cum implebit ruinas ⁊ reedi
ficabit muros hieruſalē: non tamen ex his
qui ceciderunt. Hec autem que deſcendēs
apparuit iam parata erat ſicut ſecutus ad
iunxit a deo paratam. Siquidem ꝙ deſcen
dunt non cadunt angeli diuina preparatio
facit: a quo nimirum hic ipſa eis ⁊ volun
tas preparata eſt ⁊ facultas. Unde non ſo
lum adminiſtratorios: ſed ⁊ miſſos in mini
ſterium apoſtolus quoqꝫ teſtatur. Quidni
mittat angelos pro quibus ⁊ ipſe a pr̄e vo
luit mitti? Quid ni pro eis inclinet celos ꝑ
quibus ⁊ ipſe quoqꝫ celorum rex inclinauit
ſe: ita vt digito ſcriberet in terram Domi
ne inclina celos tuos parum eſt: ⁊ deſcēde.
Quid vltra? Ut quibus condeſcendit: fa
ciat etiam coaſcēdere ſibi. Ceterum vt iam
diximus angelicus quidem aſcenſus ⁊ de
ſcenſus caret viciſſitudine: nos autē modo
hac modo illac verſari neceſſe ē: quod nec
ſupra diutiꝰ ſtare liceat: nec expediat infra
longius demorari. Aſcendūt ait vſqꝫ ad ce
los: ⁊ deſcendūt vſqꝫ ad abyſſos: aīa eoꝝ in
mal' tabeſcebat. Ut quid hoc? Propterea
ſane anima in malis interim plus tabeſcit
qꝫ delectetur in bonis: ꝙ hec in re: illa v̇o
tm̄ in ſpe videantur haberi. Quis poterit
ſaluus eſſe dicunt diſcipuli ſaluatori? Et il
le: Apud homines impoſſibile eſt: ſed non
apud deū. Hec eſt tota fiducia noſtra: hec
vnica conſolatio noſtra: hec tota ratio ſpei
noſtre. Sꝫ de poſſibilitate iam certi: de vo
lūtate quid agimus? Quis ſcit ſi eſt dignꝰ
amore an odio? Quis nouit ſenſū dn̄i: aut
quis conſiliarius eius fuit? Hic iam plane
fidem nobis ſubuenire neceſſe ē: hic opor
tet ſuccurrere veritateꝫ: vt quod de nobis
latet in corde patris: nobis per ipſius ſpiri
tum reueletur: ⁊ ſpiritus eius teſtificans ꝑ
ſuadeat ſpiritui nr̄o ꝙ filij dei ſumus. Per
ſuadeat autem vocando ⁊ iuſtificando gra
tis per fidem: in quibꝰ nimirum velut me
dius quidam tranſitus eſt ab eterna prede
ſtinatione ad futuram magnificationem.
Propterea ſane geminam illam conſide
rationem: alteram quidem iudicij ⁊ verita
tis: alteram v̇o non incongrue vocari cre
dimus fidei ⁊ pietatis. Nec mirabere ī hu
manis qualitatibus tam diſſimilia reperiri
ſi ſolerter aduertas quanta ⁊ in ipſa eiꝰ ſub
ſtantia conueniſſe videtur diuerſitas natu
rarum. Quid enim ſpiritu vite ſublimius?
Quid v̇o humilius limo terre? Quam pro
fecto tam diſcoherentium in homine cohe
rentiam rerum ipſos quoqꝫ ſapientes ſecu
li huius arbitror non latuiſſe: cum hominē
diffinirēt animal rationale ⁊ mortale. Mi
rabilis ſiquidem copula rationis ⁊ mortis
mira ſocietas diſcretionis ⁊ corruptionis.
Sic nimirum: ſic in moribus: ſic in affecti
bus: ſic in ſtudijs hominum non minor for
te ⁊ amplior cōtrarietas inuenitur: vt ſi to
tam ſicut eſt prauitatem ſeorſum intuea
ris ac rurſum quicquid boni videtur ineſſe
conſideres ſigillatim: plenum cenſeas mi
raculo ꝙ tam aduerſa conuenerint. Inde
homo nunc quidem bariona: nunc v̇o ſa
thanas meretur audire Nolite mirari hoc
Recolite ex euāgelio cui dictū ſit ⁊ vtrūqꝫ

in veritate dictum: prius quidem beatus
es simon bariona: nec multo post: vade re-
tro sathanas. Unus ergo vtrūqꝫ etsi non
vtrūqꝫ ex vno: illud enim ex patre: istud ex
homine: ipse tamen vtrūqꝫ erat. Unde ba-
riona? Quia nō caro sanguis: sed pater ei
quod locut⁹ est reuelauit. Unde sathanas?
Quia sapuit que erant hominum: non que
dei. Jam si in vtraqꝫ consideratione dilige͞
ter inspexim⁹ nos quid simus: imo in vna
q̄ꝫ nihili: in altera qꝫ magnificati: quippe
pro quibus etiam sollicitudinem gerat tan
ta maiestas ⁊ cor suuꝫ apposuerit erga nos:
puto temperata videtur gloriatio nostra: sꝫ
forsitan magis aucta ē: solidata tamen si nō
in nobis: sed in domino gloriemur: quibus
nimirum in hoc solo respirare est vt dica-
mus Si decreuerit saluare nos continuo li
berabim̄. Ex hoc iam in illa superiori specu
la vel paululum immorantes queramus te͞
plum: queramus ciuitatem: queramus et
sponsam. Neqꝫ enim oblitus sum: sed cum
metu ⁊ reuerentia dico Nos sumus. Nos
in quā sumus: sed in corde dei. Nos sumus
sed ipsius dignatione: nō dignitate nostra.
Non vsurpet quod dei est: vt nō apponat
homo magnificare seipsuꝫ: alioquin faciet
deus quod illius erat ⁊ exaltantem se hu-
miliabit. Or si ⁊ nos puerili aiositate gratis
saluari volumus: merito nō saluamur. Ex-
cludit misericordie dissimulatio miseratio-
nem: nec dignatio locum habet nisi fuerit
presumptio dignitatis: ꝓuocat vo compas-
sionem humilis confessio passionis. Hec sa
ne sola facit vt nos ipse tanquam diues pa
terfamilias alat in fame: ⁊ sub eo panibus
abundantes inueniamur perinde domus
eius cui nunq̄ꝫ deest alimonia vite. Et me-
mento ꝙ domum suam domum orationis
esse diffiniat: quia ⁊ hoc prophetico satis
videtur testimonio conuenire: qui ab ipso
nos in orationibus vtiqꝫ cibandos pane la
chrymarum: ⁊ in lachrymis potum asserit
accepturos. Ceterum iuxta eundem pro-
phetam sicut supra quoqꝫ meminimus do-
mum istam decet sanctitudo: vt videlicet
penitentie lachrymas puritas continentie

comitetur: ⁊ que iam domus est fiat subin-
de etiam templum dei. Sancti estote in-
quit: quia ego sanctus sum dominus deus
vester. Et apostolus: Nescitis quia corpo-
ra vestra templum sunt spiritussancti: ⁊ spi
ritussanctus habitat in vobis? Siquis tem
plum dei violauerit: disperdet illum deus.
Nunquid tamen vel ipsa sanctimonia suf-
ficit? Pax quoqꝫ necessaria est apostolo te-
ste: qui ait Pacem sectamini ⁊ sanctimo-
niam: sine qua nemo videbit deum. Hec
est que facit vnius moris habitare fratres
in vnum: nouam vtiqꝫ regi nostro vero pa
cifico edificans ciuitatem: que ⁊ ipsa hieru
saleꝫ nominetur: quod est visio pacis. Ubi
enim sine federe pacis: sine obseruantia le-
gis: sine disciplina ⁊ regimine acefala mul-
titudo fuerit congregata non populus: sed
turba vocatur: non est ciuitas: sed cōfusio:
babylonem exhibet: de hierusalem habet
nihil. Sed quemadmodum fieri posse vi-
debitur: vt rex tantus in sponsum trāseat:
ciuitas promoueatur in sponsam. Sola hoc
potest que nihil non potest charitas fortis
vt mors. Quomodo enim non facile istam
leuet: que illum iam inclinauit? Uerū hinc
tibi nullatenus consulēda est prior illa quā
diximus consideratio tui: hic qꝫ potissimuꝫ
fidei magnanimitas exercetur. Demqꝫ et
ipse dicit Desponsaui te mihi in fide: de-
sponsaui te in iudicio ⁊ iustitia: nō tuam in-
tellige: desponsaui te in misericordia ⁊ mi-
serationibus. Si non fecit ille quod spon-
sus: si non tanq̄ꝫ sponsus amauit: si non ze-
latus est tanq̄ꝫ sponsus noli acquiescē spon-
sam te arbitrari? Itaqꝫ frēs mei si ꝑ abun-
dantem refectionem magni patrisfamilias
domus esse probatur: si templum dei ꝑ san-
ctificationem: si ciuitas summi regis per so
cialis vite communionē: si sponsa immorta
lis sponsi per dilectionem: puto nō est iam
ꝙ dicere verear nostram esse solennitatem
Nec miremini ꝙ in terris agitur hec cele-
britas: siquidem agitur ⁊ in celis. Nempe
si vt veritas ait ⁊ nō potest esse non verum
super vno peccatore penitentiā agente gau
dium esse in celo etiam angelis dei: non est

dubium quin sit eis hodie gaudium multiplex super tam multorum penitentia peccatorum. Adhuc amplius vultis audire? Ecce gaudium domini fortitudo nostra. Colletemur igitur angelis dei: congaudeamus deo: et in gratiarum actiõe presens solẽnitas celebretur: quia quãto nobis domestica tanto amplius debet esse deuota.

cxvi ¶ Itẽ in dedicatiõe ecclie. Sermo sextus.



Domestica nobis celebritas dedicatio domus nostre: magis autem domestica nostra ipsorum dedicatio est. Nostra siquidem illa aspersio nostra illa benedictio nostra consecratio fuit: que per manus sanctorum celebrata pontificum etiam hodie anniuersario redditu votiuis laudibus ad memoriam reuocatur. Nunquid de lapidibus cura est deo? Non parietes dicũt sed homines: ipsi enim cura est de nobis. Unus homo erat iacob: et dormiens vidit descendentes angelos et ascendẽtes. Parum est hoc: etiam dominum angelorũ adesse testatus est dicens. Uere dominus est in loco isto: et ego nesciebam. Miratur enim gratiam: et dignationis magnitudinem expauescit. Quam terribilior iste est locus: quo euidentius certiusque dominus est in loco isto vbi nimirum nõ modo duo aut tres sed tã multi in ipsius congregati nomine perseuerãt. Nemo iam nesciat: nemo nostrum ignoret. Siquidem non accepimus spiritum huius mundi sed spiritũ qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Terribilis plane locus et dignus omni reuerentia quẽ fideles viri inhabitant: quẽ angeli sancti frequentant: quem sua quoque pñtia dñs ipse dignatur. Quõ enĩ tantus patriarcha nescire potuerat: quod non eẽt locus vbi non esset deus. Sed forte aliud esse miratus est vbi ait. Uere dominus est in loco isto. Ibi vere est et vere dominus est: vbi in eius nomine angeli simul et homines congregant. Licet enim in omni sit loco qui nullo clauditur loco: signanter tamen dicimus pater noster qui es in celis quod aliter illic et pprio quodammodo presentem se exhibeat: non quidẽ ipse diuersus sed diuersa distinguẽs Est ergo ĩ omĩ loco omnia vniuersaliter cõtinens omniaque disponens: sed longe tamẽ aliter atque aliter. Apud malos homines est prestans et dissimulans: apud electos hoĩes operans et seruãs: apud superos pascens et cubans: apud inferos arguẽs et dãnãs. Facit solem suum oriri etiam super malos: sed vbi malorum interim dissimulatio est: quodammodo veritas non est. Itaque si dicere licet: apud impios est in dissimulatiõe: apd iustos in veritate: apd angelos in felicitate apud inferos in feritate sua. Durum vobis sonat quod de feritate dixi. Ego vero et iram vereor et furorem. Domine ne ĩ furore tuo arguas me. Uere inquit dñs est in loco isto Ubi enim pluit super iustos et iniustos pater est et pater misericordiarum expectans homines ad penitentiam: vbi dãnat obstinatos iudex est et horrendum incidere in manus dei viuẽtis: vbi cubat spõsus est et btã anima quã introduxit in cubiculum suum. Ceterum in loco isto vere dñs est: si tamen seruiamus ei in spiritu et veritate. Nõ enim vere dñs erat apud eos quibus dicebat. Quid vocatis me dñe dñe: et nõ facitis que dico? testantur sancte littere in paradiso olim positum primum adam: vt operaret et custodiret. Sic secundus adam in ecclia sanctorum ĩ congregatione suorum in orto delitiarum: siquidẽ delitie sue esse cũ filijs hoĩum: ita inquam et ipse dñs est in loco isto vt operetur atque custodiat Alioqn sicut nisi dñs edificauerit domũ in uanũ laborauerũt qui edificãt eã: sic nihilominus nisi ipse custodierit ciuitatẽ frustra vigilat qui custodit eã. Porro angelos ascẽdentes et descẽdẽtes eẽ in loco isto patriarchal ipsa visio manifestat. Ascendẽtes vt videãt faciẽ pris: dscẽdẽtes vt puideãt nob. Quid ergo nos? Quõ hic eẽ debemus ĩ quãta reuerẽtia stare ĩ loco isto: vbi deus ẽ opans et seruãs angeli ascendẽtes et descẽdẽtes. Nimirum penitentes et expectantes esse nos conuenit. Hoc est enim obliuisci que retro sunt: ignorare reprobare recogitare annos illos in amaritudine anime nostre: ac deinceps ce-

gitatione simul ⁊ auiditate extendere nos in anteriora. Ad hoc venimus: in hoc positi sumus. Hec sunt que exiguntur a nobis preteritorum penitudo peccatorum: ⁊ futurorum expectatio premiorum.

¶ In transitu malachie episcopi. Sermo vnicus.

cxlvij E celo nobis hodie dilectissimi copiosa quedam est benedictio destinata: ⁊ fideliter eam non distribui vobis quidem damnosum esset mihi vero periculosum cui nimirum hec dispensatio videtur esse commissa. Timeo igitur damnum vestrum: timeo damnationem meam: si forte dicatur paruuli petierunt panem ⁊ non fuit qui porrigeret illis. Scio enim quam necessaria vobis sit e celo veniens consolatio: quos constat illecebris carnalibus et oblectamentis secularibus viriliter abrenunciasse. Nemo sane beneficij esse celestis ⁊ superno dubitet consilio diffinitum: vt episcopus malachias hodie inter nos obdormiret ⁊ desideratam haberet inter nos sepulturam. Cum enim nec folium quidem arboris sine diuino mutu cadat in terram: quis tam ebes vt non euidenter in huius beati viri aduentu ⁊ transitu magnum prorsus consilium superne pietatis aduertat? A finibus terre terram hic positurus aduenit: alia quidem occasione festinans quamuis ob specialem erga nos charitatem id plurimum desiderasse noscatur. Multa quidem in itinere ipso impedimenta sustinuit: nec transfretare permissus est donec appropinquaret tempus consummationis eius: ⁊ terminus qui non poterat preteriri. Quem quidem multis ad nos peruenientem laboribus tanquam angelum dei pro reuerentia sanctitatis sue suscepimus: sed ⁊ nos ipse pro sua mansuetudine et humilitate altius radicata longe supra quam mereremur deuoto suscipiebat affectu. Paucos deinde apud nos dies fecit in incolumitate sua dum socios prestolaretur qui dispersi in anglia fuerant: cum regis illius vana suspitio dei hominem impediret. Iamque omnibus ad eum collectis ad romanam pro qua venerat curiam parabat iter: cum subito infirmitate preuentus sensit protinus ad celeste magis sese palatium euocari: deo melius aliquid prouidente pro nobis ne a nobis egressus alibi consummaretur. Nullum quidem in eo non dico mortis sed vel grauis egritudinis signum medicis apparebat: ille tamen exhilaratus spiritu aiebat omnimodis oportere vt hoc anno malachias ab hac vita egrederetur. Laboratum est contra ⁊ deuotis precibus apud deum ⁊ quibuscunque potuimus modis: sed illius preualuere merita vt desiderium cordis eius tribueretur ei ⁊ non fraudaretur voluntate labiorum suorum. Sic enim pro votis omnia ei concurrere vt hunc maxime locum diuina sibi inspirante clementia elegisset: hunc quoque ex longo optaret sepulture habere diem quo fidelium omnium generalis memoria celebratur. Sed ⁊ illud nostra hec gaudia merito cumulauit: quod fratrum nostrorum ossibus de priore cimiterio asportandis huc ⁊ recondendis eadem nobis dies auctore deo fuisset electa. Que nimirum deportantibus nobis ⁊ ex more psallentibus idem vir sanctus plurimum sese illo cantu delectari dicebat: ⁊ non multo post ipse quoque secutus est somno suauissimo et felicissimo soporatus. Agimus itaque gratias deo super omnibus dispositionibus suis: quod indignos nos beate mortis eius honorare presentia quod pauperes suos preciosissimo corporis eius locupletare thesauro: quod infirmos nos tanta ecclesie sue voluit fulcire columna. Alterum siquidem e duobus signum istud quod nobis in bono factum est persuadet: quod aut placitus deo sit locus aut sibi placitum facere velit ad quem tante sanctitatis virum a finibus terre moriturum sepeliendumque perduxit. Ceterum populo illi affectuosius condolere ⁊ eius que tam miserabili ecclesie dirum hoc vulnus precepit inferre crudelitatem mortis vehementius abhorrere: beati huius patris charitas ipsa compellit. Dira profecto ⁊ inexorabilis mors que

tantam hominum multitudinem vnius ꝑ-
cussione mulctauit?ceca ⁊ improuida q̄ ma-
lachie ligauit linguam impediuit gressus:
dissoluit manus oculos clausit. Illos inquã
deuotos oculos qui piissimis fletibus diui
nam peccatoribus reconciliare grãm con-
sueuere. Illas mundissimas manus que la
boriosis ⁊ humilibus opibus exerceri sem-
per amauerant?que dñici corporis hostiaꝫ
salutareꝫ pro peccatorib⁹ totiens offerebãt:
⁊ sine ira ⁊ disceptatiõe in oratiõe leuaban-
tur in celum: que infirmis multa beneficia
prestitisse noscuntur. Illos quoqꝫ speciosos
gressus euangelizantis pacem euangelizan
tis bona?illos pedes qui totiẽs fatigati sũt
studio pietatis: vestigia illa digna que sem-
per deuotis osculis ꝑmerenẽ?sancta deniqꝫ
labia illa sacerdotis que custodiebãt scien-
tiam: os iusti quod sapientiam meditabaẽ
⁊ linguam eius que iudicium loquẽs imo ⁊
misericordiam tantis mederi solebat vulne
ribus animaꝝ. Nec mirum fratres iniquã
esse quã generauit iniquitas inconsideratã
quã seductio noscitur peperisse. Nihil inqꝫ
mirum si ferit sine discretione que venit ex
preuaricatiõe: si sit crudelis ⁊ fatua que ex
antiqui serpentis fallacia ⁊ mulieris insipi-
entia prodit. Quid tamen causamur ꝙ ma-
lachiam ausa sit attẽptare fidele equidem
membrum christi: qñ ⁊ ipsum malachie pa-
riter ⁊ omnium electoruꝫ caput furibunda
peruasit. Peruasit vtiqꝫ imunem: sꝫ nõ im-
munis euasit. Impegit in vitam mors ⁊ in-
clusit itra se vita mortem: ⁊ absorbta ẽ mors
a vita. Humanum sibi deuorans: inde tene
ri cepit vnde visa ẽ tenuisse. At fortasse qs
dicat. Quomodo mors a capite supata vi-
detur?que tanta adhuc libertate seuit i mẽ-
bra? Si mors mortua? quomodo malachiã
occidit? Si victa quomodo adhuc ꝑualet
vniuersis?⁊ non est homo qui viuat et non
videat mortẽ? Victa plane mors opus dia-
boli ⁊ peccati pena: victum peccatum causa
mortis: vict⁹ ⁊ ipse malign⁹ ⁊ peccati autor
⁊ mortis. Nec modo victa sunt hec: sed ⁊ iu
dicata iam ⁊ dãnata. Diffinita quidem sed
necdum promulgata sentẽtia est. Deniqꝫ iã

diabolo est ignis paratus ⁊ si nondum ille
precipitatus in ignem: modico adhuc tem-
pore sinitur malignari tanqꝫ maleus cele-
stis opificis factus est maleus vniuerse ter-
re. Terit electos ad eoꝝ vtilitatẽ: reprobos
conterit in eorũ dãnationem. Qualis ergo
paterfamilias tales ⁊ domestici eius: pecca
tum scꝫ ⁊ mors. Nam ⁊ peccatum licet simẽ
cum christo cruci ipsius non dubitetur affi
xum: adhuc tamen interim non regnare q̄-
dem sed habitare etiam in ipso dum viue-
ret apostolo permittebaẽ. Mentior si non
ipse ait. Iam ego nõ operor illud sed quod
habitat in me peccatum. Sic ⁊ mors ipa mi
nime quidem adhuc abesse cogitur: sed co-
gitur non obesse. Erit autem cũ diceẽ. Ubi
est mors victoria tua? Et ipsa siquidem ini-
mica nouissima destruetur. Nunc vͦo mode
rante eo qui imperium habet vite ⁊ mortis
⁊ mare ipsum certis cohercet littorũ metis:
mors ipsa dilectis domini somn⁹ refrigeriũ
est propheta attestante qui ait. Cum dede-
rit dilectis suis somnum: hec est hereditas
domini. Pessima quidem mors peccatoruꝫ
quorum ⁊ natiuitas mala ⁊ vita peior: sꝫ pre
ciosa est mors sanctoꝝ. Preciosa plane tãqꝫ
finis laboꝝ tanqꝫ victorie consũmatio: tãqꝫ
vite ianua ⁊ perfecte securitatis ingressus.
Congratulemur itaqꝫ fratres congratule-
mur vt dignum ẽ patri nostro: quia ⁊ pium
est defunctuꝫ plangere malachiam ⁊ pium
magis malachie congaudere viuenti. Nũ-
quid non viuit? Et beate. Nimirum visus
est oculis insipientium mori: ille autem ẽ in
pace. Deniqꝫ iam conciuis sanctorum ⁊ do
mestic⁹ dei psallit pariter ⁊ gratias agit di-
cens. Transiuimus per ignem ⁊ aquam: et
eduxisti nos in refrigerium. Transiuit pla-
ne viriliter: ⁊ feliciter pertransiuit. Uerus
hebreus pascha celebrauit in spiritu: et no-
bis transiens loquebatur. Desiderio desi-
deraui hoc pascha manducare apud vos.
Transiuit per ignem ⁊ aquam: quẽ nec tri-
stia frangere nec detinere mollia potuerũt
Est enim deorsum nos locus quem sibi to-
tum vendicat ignis: adeo vt ne minimam
quideꝫ aque guttam de lazari digito miser

ille diues ibi habere potuerit. Est ⁊ sursum
ciuitas dei quā letificat fluminis impetus:
voluptatis torrens calix inebrians q̄ȝ precla
rus. In hoc sane medio boni ⁊ mali sciētia
continetur ⁊ voluptatis ⁊ tribulatiōis: hic
capere est experimentuȝ. Infelix eua ī has
vicissitudines nos induxit. Hic plane dies
⁊ nox: nā in inferno tm̄ nox ⁊ ī celo tm̄ dies
Beata proinde anima que vtrūqȝ pertran
sit nec voluptati inherens: nec deficiens in
tribulatione. Breuiter vobis vnum aliqd
ex multis huius viri magnificis actibus ar
bitror referendum: in quo strenue satis et
ignem ⁊ aquam noscitur pertransisse. Ma-
gni illius patritij hiberniensium apostoli se
dem tyrannica sibi progenies successionis
ordine creans archiepiscopos vendicabat:
hereditate possidens sanctuarium dei. Ro
gatus itaqȝ a fidelibꝰ malachias noster vt
tantis sese malis opponeret: animam suam
in manibus suis ponens accessit in trepidꝰ
suscepit archiepiscopatum tradens sese di-
scrimini manifesto: vt tanto crimini finem
daret. Inter pericula rexit ecclesiam: post
pericula sibi continuo successorem alterum
canonice ordinauit. Ea siquidem conditōe
susceperat: vt postq̄ȝ cessante persecutionis
rabie alter secure posset institui: ad sedem
propriam remeare permitteretur. Ubi sine
ecclesiasticis secularibusue redditibus ī cō
gregationibus religiosis quas ipse extruxe
rat: degens inter eos tanq̄ȝ vnus eorū vsqȝ
ad hoc tempus vixit absqȝ vlla proprietate.
Sic dei hominem examinauit non exinani
uit tribulationis incendium, siquidem au-
rum erat: sic nec illecebra tenuit aut resol-
uit nec curiosus spectator in via substitit p̄-
prie peregrinationis oblitus. Quis vestrū
fratres non vehementer eius imitari cupi-
at sanctitatem: si id audeat vel sperare? Cre
do igitur libentius audituros: si dicere for
te poterimus quid sanctum fecerit mala-
chiam. Sed ne nostrum forsitan minus ac-
ceptabile testimonium videatur: scriptum
audite dicentem. In fide ⁊ lenitate ipsius
sanctum fecit illum. Fide calcabat mundū
ioanne attestante qui ait. Hec est victoria
que vincit mundum: fides nostra. Nam et
spiritu lenitatis: dura quelibet et aduersa
equo animo tolerabat. Hinc quidem post
christum fide calcabat maria ne caperetur
illecebris: inde in patientia sua possidebat
animam suam ne molestijs frāgeretur. De
his enim duobus habes in psalmo casuros
a latere tuo mille ⁊ decē milia a dextris tuis
ꝙ multo plures prosperitatis fallacie quā
aduersitatis flagella deiciant. Nemo itaqȝ
nostrum carissimi plana mollioris vie sup-
ficie delectatus iter illum marinum sibi co-
modius arbitretur. Magnos hic campus
montes habet inuisibiles quidem: sed eo
ipso periculosiores. Laboriosior via forte vi
detur inter ardua collium ⁊ aspera rupium
sed expertis longe securior et delectabilior
inuenitur. Utrobiqȝ tamen laborem vtro-
biqȝ periculum esse nouerat qui dicebat: p̄
arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris: vt meri-
to congratulemur eis qui transierunt per
ignem ⁊ aquam ⁊ in refrigerium sunt edu-
cti. Refrigerium vultis audire? Utinam
id vobis alius loqueretur: nam ego quod
non gustaui eructuare non possum. Uide-
or tamen mihi hodie super hoc refrigerio
malachiam audire dicentem. Conuertere
anima mea in requiem tuam: quia dominꝰ
benefecit tibi. Quia eripuit animam meaȝ
de morte ⁊c̄. In quibus verbis quid intel-
ligam: paucis audite. Siqdem inclinata ē
iam dies ⁊ longius q̄ȝ sperauerim sermo p̄
cessit ꝙ inuitus euellar a paterni dulcedi-
ne nominis: ⁊ malachiam silere lingua for-
midans finem facere vereatur. Mors ani-
me fratres mei peccatum est: nisi forte ex-
cidit vobis quod in propheta legistis: ani-
ma que peccauerit ipsa morietur. Triplex
proinde congratulatio est hominis ab om-
ni peccato ⁊ labore ⁊ periculo liberati. Ex
hoc siquidem nec peccatum in eo habitare
dicitur: nec penitētie luctus indicitur: nec
ab vllo deinceps lapsu ei predicitur esse ca-
uendum. Posuit helyas palium: nō est qđ
timeat: nō est qđ tangi nedū teneri ab adul
tera vereatur. Currum conscendit non est
iam trepidare ne cadat: suauiter scādit nō

laborans proprio volatu: sed celeri in vehiculo sedens. Ad hoc nos refrigerium dilectissimi tota animi auiditate curramus in odorem vnguentorum huius beati patris nostri: qui nostrum hodie torporem in feruentissimum desiderium visus est excitasse. Curramus inquam post eum crebrius illi clamantes: trahe nos post te ⁊ affectu cordis ⁊ profectu conuersationis: deuotas oipotenti misericordie gratias referentes qꝫ indignis seruulis quibus propria desunt merita: aliena saltem voluit suffragia non deesse

¶ Epistola de eodem.

cxl viij Eligiosis fratribus qui in hibernia sunt: ⁊ his maxime cõgregationib⁹ q̃s beate memorie malachias episcopus fundauit: frater bernardus clareuallis vocatus abbas paracliti cõsolationem. Si haberemus hic manentem ciuitatem: copiosissimis iure lachrymis plãgeremus talem nos amisisse conciuem. Ceterũ si futuram magis inquirimus vt oportet: est quidem non modica doloris occasio tã necessario duce destitui: debet tamẽ zelum temperare scientia: ⁊ dolorem spei fiducia delinire. Nec mirari quempiam decet si gemitũ extorquet affectus: si desolatio lachrymas exprimit: modum tamen adhibere necesse est: imo ⁊ non modice etiam consolari intuentes non que videntur: sed que nõ videntur. Que enĩ videntur temporalia sunt: que autem non videntur eterna. Primuꝫ quidem congratulandum est anime sancte ne nos arguat de inopia charitatis: dicens ⁊ ipse quod dominus ad apostolos ait: Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ quia vado ad patrẽ. Preuenit nos ad patrẽ spirituuꝫ spũs patris nostri: nec modo charitatis inopes: sed ingratitudinis etiã rei esse cõuincimur super omnibus que ꝑ eum nobis beneficia prouenire: si nõ congratulamur ei qui de labore ad requiẽ: de periculo ad securitatem: de mũdo trãsijt ad patrẽ. Itaqꝫ ⁊ pium est malachiam flere defunctũ: ⁊ piũ magis malachie congaudere viuenti. Nũquid non viuit? Vtiqꝫ ⁊ beate. Visus est oculis insipientium mori: ille autem est in pace. Dehinc etiam vtilitatis proprie consideratio exultandum nobis suggerit ⁊ letandũ: qꝫ tam potẽs nos patronus ad celestem curiam tam fidel' precesserit aduocatus: cui⁹ ⁊ feruentissima charitas obliuisci nequeat filiorꝫ: ⁊ probata sanctitas obtineat gratiaꝫ apud deum. Quis enim nunc malachiam sanctum aut minus posse prodesse: aut minus suos diligere audeat suspicari? Profecto cum diligeret prius certiora nũc sue dilectionis a deo capit experimẽta: ⁊ cum dilexisset suos in finem dilexit eos. Absit aũt vt tua nunc o anima sancta min⁹ efficax estimetur oratio: quando pñti viuidi⁹ supplicare est maiestati: nec iã in fide ambulas: sꝫ in specie regnas. Absit vt imminuta nedũ exinanita tua illa tam operosa charitas reputetur: cum ad fontẽ ipsiuꝫ charitatis eterne procumbit pleno hauriens ore cuius et ipsa pri⁹ stillicidia sitiebas. Nõ potuit morti cedere charitas fortis vt mors: immo et morte fortior ipsa. Nam ⁊ decedens nõ erat immemor vestri: affectuosius vos commẽdans deo nostram quoqꝫ exiguitatem solita illa sua mansuetudine ⁊ humilitate exorans: vt vestri non obliuisceremur. Unde ⁊ dignum duximus scribere vobis vt sciatis nos ⁊ in spiritualib⁹ siquid nostra in his exiguitas per beati huius patris nostri merita vnquam potuerit: ⁊ in corporalibus si quando forte oportunitas preberetur oẽm vobis consolationem impendere tota deuotione paratos. Et nunc quoqꝫ dilectissimi hiberniensis ecclesie grauã hanc destitutionẽ toto miseratiũ affectu: ⁊ eo amplius vob̃ cõpatim̃: q̃ vos ampli⁹ ex hoc nouim⁹ debitores. Magnificauit enim dominus facere nobiscum: cum locum nostrum dignatus est beate mortis hui⁹ honorare presentia: ⁊ preciosissimo corporis eius locupletare thesauro. Nec molestum sit vobis qꝫ apud nos habeat sepulturam: quando ordinauit deus ẜm multitudinem misericordie sue: vt vos eum viuũ haberetis: nobis habẽ liceret vel defunctũ. Et nob̃ siquidẽ

vobiscum pater ille erat ⁊ est: nam in morte ipsius hoc nobis cōfirmatū est testamentum. Quamobrem sicut nos huius tāti patris gratia vniuersos vos tanq̄ʒ germanos fratres totis amplectimur visceribus charitatis: sic ⁊ de vobis idem sentire spiritalꝭ ipsa cognatio persuadet. Hortamur autem vos fratres vt beati huius patris nostri sp̄ curetis sectari vestigia eo studiosius: q̊ vobis certis sancta ei⁹ conuersatio diuturnis experimētis innotuit. In hoc enim veros vos eius filios esse probabitis: si paterna viriliter instituta seruetis: ⁊ vt in eo vidistis ⁊ audistis ab eo quemadmodū oporteat vos ambulare sic ambuletis ⁊ abūdetis magis. Siquidē gloria patris sapientia filiorꝝ. Nā ⁊ nostrā non mediocriter excutere desidiā ⁊ reuerentiaʒ incutere cepit presens nobis tante perfectionis exemplar. Atq̄ʒ vtinam sic nos post se trahat vt pertrahat in tā recenti virtutū eius odore auidius alacriusq̄ʒ currētes. Orantē pro nobis vniuersitatem nostram christus custodiat.

¶ In obitu reuerēdissimi patris humberti. Sermo vnicus.

cxlix  Humbertus famulus dn̄i mortuus est: deuotus famulus: seru⁹ fidelꝭ. Ipsi vidistis quomodo nocte preterita inter manus vr̄as expirauit tanq̄ʒ vn⁹ ex vermiculis terre. Per hoc triduum fatigauit eum mors: ⁊ demolita ē inter fauces suas: vt satiaret sanguine quē sitiuit. Eia fecit quod potuit: occidit carnē: ⁊ ecce recondita est in corde terrre. Separauit a nobis dulcem amicum: prudentem consiliarium: auxiliariū fortem. Nec mihi nec vobis pepercit insatiabilis homicida: mihi autē minus. Siccine separat amara mors. O bestia crudelis: o amaritudo amarissima: o terror ⁊ horror filiorum adam. Quid fecisti? Occidisti: possedisti. Sed quid? Carnem vtiq̄ʒ solam. Anime enim nō habes quid facias. Uolat ad creatorem suū: quem tam ardenter concupierat: tā fortiter secuta fuerat oībus diebus vite sue. Sed ⁊ ipsum corp⁹ q̄d videris habere auferetur a te: cū tu nouissima inimica destrueris ⁊ absorberis ī victoria. Reddes vtiq̄ʒ reddes aliqn̄ corpus illud quod ad signū aduentus tui tantis hesterna die sputis ⁊ excreationibus ac multiplici sordium squalore repleueras letabunda ⁊ laudans: quia ⁊ hunc tuis laqueis irretisses. Ueniet vnigenitus patris cum potestate magna ⁊ maiestate humbertū querere: ⁊ illud cadauerosum corpus configurare corpori claritatis sue. Tu autē quid? Profecto quod in hieremia scriptū est In nouissimo dieruʒ stulta remanebis: ⁊ humberto in eternum viuente tu imperpetuū morieris. Euomuit prophetam marina bestia quem deglutierat: ⁊ tu humbertū reddes quem videris illo tuo vastissimo vētre penitus ɔclusisse. De cetero fratres factitū vobis sermoneʒ in omni forma sanctitatis iste dei seruus exhibuit: quem ⁊ longuʒ fecit ⁊ magnum. Longum q̄ntū ad lōginquitatem vie: magnū q̄ntū ad vite sublimitatē. Non oportet me amplius aperire os meuʒ si bene retinuistis sermoneʒ eius: si vestris illum cordibus impressistis. Quinquaginta annis ⁊ eo amplius vixit in seruitio illi⁹ cui seruire regnare est: quia a puerilib⁹ annis locatus est in sanctuario dei. Nobiscuʒ triginta annis ab ip̄o pene principio monasterij huius conuersatus est non solum sine querela: sed ⁊ cum gratia: cuius ex hoc memoria in benedictione erit nobis ⁊ generationi que ventura est. Sicut aduena ⁊ peregrinus pertransijt viam ⁊ vitā istam: quantum minus potuit accipiens de mundi rebus: vtpote sciens quia nō erat de hoc mūdo. Nō habebat hic manentem ciuitatem: sicut nec patres sui: sed in anteriora extentus sequebatur ad palmā superne vocationis. Nihil habet mūdus quod iure clamet in eo vel de eo: quia nec mundus ei placuit nec ipse mundo. Quantum parcius potuit de substantia eius accepit: ⁊ minus accepisset si nō obedientia coegisset. Uictum ⁊ vestitum habens his contentus fuit: non ad superfluitatē: sed necessitatem: nisi q̄ ipsam quoq̄ʒ necessitatem superfluitatem esse sepius causabatur. Ante hos paucos dies si bene memini dum loqueremur ad inuicē

dicebat se monasterij huius prebendariuz esse: ⁊ tanq̃z nullius vtilitatis hominem pasci in domo dei. Erat enim vere mitis ⁊ humilis corde: ⁊ cum ceteris floreret virtutibus: gratiam tamen mansuetudinis specialiter obtinebat. Ideo sese amabilem ⁊ affabilem omnibus exhibebat sicut erat amabilis valde. Verumtamen in his omnibus q̃z circumcisuz fuerit os eius ⁊ lingua: oẽs vos plenissime cognouistis: qui tamdiu vidistis eius cõuersationem: ⁊ sermonẽ eius audistis. Quis vnq̃z ex ore eius sonum detractionis? verbum scurrilitatis: sermonez glorie: inuidie vocem audiuit? Quis eum vel alios iudicantem: vel iudicanti consentientem aliquando deprehendit? Quis eũ loquentem inania audire potuit? imo quis ab eo non timuit si talia forte loquereƚ audiri? Nimirum sollicite custodiebat vias suas: vt nõ delinqueret in lingua sua: sciẽs quia qui in verbo non offendit: hic perfectus est vir. Longe a te humberte ve illud euangelicũ: ve vobis qui ridetis nunc: qm̃ flebitis. Nunquid eum aliquis vestrum ridentem etiam inter multos ridentes inuenit? Serenabat quidem vultum suũ assidentium gratia ne fieret onerosus: sed risum integrum si bene recolitis non admisit. Porro quanti feruoris in opere dei diebus ⁊ noctibus fuerit: non solum vidistis: sed etiam admirati estis vsq̃z ad diem mortis sue. Cum enim fere iam ad decrepitam peruenisset etatem? preter incõmoda senectutis etiam tot ⁊ tantis infirmitatibus q̃s multi vestrum nõ ignorant lassatus atq̃z q̃ssatus erat: tamen vt dicitur animus victor annorum ⁊ cedere nescius infirmitati. Deniq̃z in frigoribus ⁊ caloribus per montes ⁊ valles ascendens atq̃z descendens iniunctum laborem prosequebatur: ita vt admirationi esset omnibus ⁊ stupori. Si eũ quãdoq̃z propter multitudinem negociorũ cõsilij gratia retinuissem tristis perseuerabat ⁊ nubilus donec vestro consortio redderetur. Rarissime vnq̃z solẽnibus vigilijs: q̃s tamen non raro anticipabat rarissime ceteris horis psallentiũ choro inuentus est defuisse: nec nisi ea necessitate vt ex instãti responsum mortis habens infirmitas sequeretur. Porro in refectorio vix communib⁹ cibis vtẽs: siquid forte aliud apponeretur: aut non accipiebat: aut tam moleste accipiebat: vt super hoc vniuersitatem nostram sepius molestaret. Decreuerat aquam bibere semper: si non totis viribus restitissem. Vinum siquãdo bibere cogeretur erat vinũ colore poti⁹ q̃z sapore: adeo illud aquis nimijs obruebat. Vix vnq̃z obedientia cõpellente infirmitorium introiuit? vix cum intrasset teneri potuit. Fateor minus obediens in hac parte q̃ auctoritatis sue mole me premeret. Laudo eum in hoc nõ laudo: quia sicut vos scitis non parum in huiusmodi perstitit obstinatus. Credo quia siquid triste sensit propter hoc sensit q̃ minus nobis consensit de necessitate corporis sui. Sed qualis erat in cõsilijs? Pur⁹ vtiq̃z et discretus: quod ego tanto melius noui: quanto sepius tetigi pectus eius. Non solus autez noui hoc: nouit ⁊ vniuersitas vestra. Quis deniq̃z multitudine vel magnitudine tentationum percussus? non audiuit ab ore eius ⁊ radicem tentationis: ⁊ curationis remediuz? Ita enim percurrebat omnes angulos conscientie infirmãtis: vt credere posset qui confitebatur eum vidisse omnia omnibus interfuisse? Quante autem charitatis erat? Sic se induerat viscera pietatis: vt omnes excusaret: pro omnibus intercederet: nesciẽtibus illis pro quibus loquebatur: non personarum acceptor sed necessitatum. Erat ergo humilis corde dulcis sermone: strẽnuus ope: feruens charitate: in cõmisso fidelis: in consilio circumspectus ⁊ prudens. Compositus erat supra omnes homines quos viderim in diebus istis vnus ⁊ idem perseuerans omni tempore ⁊ omni hora. Plane in semitis domini iesu posuit vestigia: nec retraxit pedem donec cursum itineris consũmaret. Ille fuit pauper: ⁊ iste fuit. Vixit ille in laboribus: ⁊ hic in laboribus multis. Crucifixus ille: et iste multis ⁊ magnis crucibus affixus stigmata iesu tulit in corpore suo: adimplens ea que deerant passionum christi etiam in carne sua. Resurrexit ille: iste resurget. Ille

le ascendit in celum: ⁊ iste creditur ascensu
rus. Ascensurus plane cum rex glorie pro-
pter nos descendet sicut prius ascenderat:
vt notam faciat potentiam suam: cum non
minoris excellentie sit descendere per aera
q̃ꝫ per aerem ascendisse. Sic enim olim an-
geli predixerunt: quia hic iesus qui assum-
ptus est a vobis in celum: sic veniet quem-
admodum vidistis eum euntem in celum.
Ne laudaueris hominē in vita sua ait scri-
ptura: pro eo ꝙ non est secura laudatio nisi.
post mortem. Hoc ⁊ ego in eo studiose ser-
uaui: qui dum aduiueret in huiusmodi nō
aperui os meum: ne forte possemus vel ego
adulationis notam: vel ille culpam incur-
rere vanitatis. Ex hoc sane neutrum iam ti
metur: nec ego euꝫ video: ⁊ ille forsitan me
non audit. Sed et si audiat non mouet̃ ho-
minū verbis: fortius inherēs atqꝫ felicius
verbo dei. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊
vanitatis suggestor non apponet nocere ei.
Ecce enim iam coram te est pater dulcissi-
me fons ille puritatis: quem tanto ardore
ānimi sitiebas: ecce immersus es in illaꝫ di
uine pietatis abyssum: cuius memoriā abū
dantie suauitatis tam deuote eructuare so-
lebas. Quis enim tam deuotus predicator
pietatis diuine? quis humane puritatis cō
mēdator tam studiosus: quis vtrūqꝫ rei tā
affectuosius amator erat? Aut cui aliquan-
do quinqꝫ verba locutus es: in quibus nō
vera puritas resonaret? in quibus non san-
cta dei pietas audiretur? Nō ego super te
doleo cui desideriū anime tue tribuit deus
mihi ademptum doleo fidele consilium au
xilium grāde: virū vnanimē: hominē ſm
cor meū. In me hec oīa mala reciderūt? in
me trāsierūt ire tue dñe iesu: ⁊ terrores tui
conturbauerūt me. Elōgasti a me amicum
⁊ proximum ⁊ notos meos a miseria: extra-
hens me i miserijs reliquisti. Abstulisti mi-
hi germanos carne germaniores spiritu: ⁊
in tuis negocijs ⁊ in secularibus ſm te sapi
entes. Sustulisti alios atqꝫ alios qui onus
meum portabant: onus grande quod mihi
imposuisti. Unus mihi ⁊ prope solus hum-
bert⁹ supererat e tātis necessarijs meis eo
suauior amicus quo antiquior: ⁊ hunc tu-
listi quoniam tuus erat. Ego ego solus ad
verbera relinquor? ego morior in singul̃: ⁊
omnes fluct⁹ tuos induxisti super me. Uti-
nam queꝫ flagellas occidas semel? ⁊ nō mi-
serum hominem tot ⁊ tantis mortibus ser-
ues. Uerumtamen non contradico sermo-
nibus sancti: sed qui cepit ipse me conterat
⁊ hec mihi sit consolatio: quod affligēs me
dolore non parcit. Ego in flagella paratus
sum: si forte pius pater in beneficia flagella
commutet: vnde verba mea non murmu-
re plena sunt: sed dolore. Non ploro hum-
bertum: neqꝫ enim ille plorandus est: qui
vocatus est ad mēsam diuitis: sed super me
et super vos ploro: super domum istam: su-
per ceteros fratres nostros: qui omnes ab
eius ore consilium expectabāt. Sic ⁊ salua-
tor crucem suam tanq̃ꝫ latro suum laqueuꝫ
portans: cum mulieres que eum a galilea
secute fuerant super se lamentantes respi-
ceret: conuersus ad eas ait Filie hierusaleꝫ
nolite flere super me: sed super vosipsas fle
te ⁊ super filios vestros. Etenim ea que de
me sunt finem habent. Que videtis mihi
preparari temporalia sunt: que non vide-
tis eterna. Si tēporalia sunt: transitoria sūt.
Si transitoria sunt: ⁊ mortalia sūt: ⁊ trāseū-
di vel moriendi argumentum hoc solū est
quia videri possunt. Temporalia fuerunt
que in humberti morte conspeximus: sed
iam obtinet gaudium ⁊ letitiam in perpe-
tuas eternitates. Non ergo lugendus no-
bis: cui nec luct⁹ nec dolor est. Sed nec pro
nobis quibus ille sublatus est murmuran-
dum: magis agamus gratias ꝙ tamdiu cō
cessus est nobis. Siquideꝫ vt ego arbitror
decēniū iā decursū est ꝙ nō vixit nisi nob̃
⁊ pro nob̃. Atqꝫ h̄ timor me⁹: ne ideo trāsla
tus sit: q: nō eramus iā digni ꝯsortio illi⁹.
Quis scit tamen si propterea sublatus sit:
vt nos suis intercessionibus protegat apud
patrem. Utinam sit. Si enim tante charita
tis erat dum esset nobiscum vt omnia que
ad corpoream necessitatem spectant liben-
tius mihi q̃ꝫ sibi cederet? quāto magis nūc
cum illi summe charitati que deus est inhe-
ret maiorem habet in me gratiam ⁊ charita
tem? Sed forsitan nunc de me ⁊ de conuer

ſatione mea nouit plenius veritatem: nec compatitur vt ſolebat ſʒ vt vereoꝛ indignatur. Quod ſi etiam propter peccata noſtra abſtulit eum deus vtinam idem ipſe obtineat: vt nobis hoc ipſum miſericoꝛditer relaxetur ne penam ſuper penam ſuſtineam. De reliquo fratres dico vobis ſi ſequeremini veſtigia eius non tam facile in vanis cogitationibus ⁊ ocioſis ſermonibus in locis et ſcurrilitatibus laberemini: quia in his multum perditis ⁊ de vita veſtra ⁊ de tempoꝛe veſtro. Uolat irreuocabile tempus: et dum creditis vos cauere penam iſtam minimam incurretis amplioꝛem. Illud enim ſcitote quia poſt hanc vitam in purgalibus locis centupliciter que fuerint hic neglecta reddentur: vſqꝫ ad nouiſſimum quadrantem. Scio ego quia durum eſt homini diſſoluto appꝛehendere diſciplinam ⁊ verboſo ſilentium pati: vagari ſolito ſtabilem pmanere: ſed durius ⁊ mlto durius erit futuras illas moleſtias tolerare. Et homo iſte qui hic ſepultus eſt multa in pꝛincipio ſicut ipſe cognoui ſuper huiuſmodi tẽptamenta ſuſtinuit: ſed cum multo luctamine pugnauit et vicit. Et ſicut tunc ei durum erat pugnam ⁊ tẽptationibus ſuſtinere: ſic ei modo durius eſſet ad illas ineptias reuolare: quia bona conſuetudo venerat in naturam. Exercete vos in doctrina iſta ⁊ attendite foꝛmaʒ illam quam vidiſtis in eo ⁊ audiſtis: vt ad eum perueniatis ad quem ipẽ peruenit qui eſt deus benedictus in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ De humilitate. Sermo vnicus.



cl Omnis qui ſe exaltat humiliabit: ⁊ q ſe humiliat exaltabit. Si diligẽter cõſideremꝰ fratres: gradus hominũ quattuoꝛ inuenimus. Dico aũt ſummã felicitatẽ in celo ad quã ſuſpiramꝰ ⁊ mediã felicitatẽ vnde cecidimus. Itẽqꝫ mediaʒ i felicitatẽ in hoc mũdo ꝓ qua gemimꝰ: ⁊ in inferno extremã miſeriã ⁊ infelicitatẽ quã merito foꝛmidamus. Breuius tamen dicere poſſum: Uitã ⁊ vmbrã vite: vmbrã moꝛtis ⁊ moꝛtẽ. Itaqꝫ nec in ſummo poſiti timemus deſcẽdere ⁊ aſcendere cupimus: eoqꝫ magis anxij quo videmur viciniores infimis qꝫ ſupmis. Et ecce nobis dicitur: Omnis qui ſe exaltat humiliabit: ⁊ qui ſe humiliat exaltabit. Quid nã ſibi vult hec cõnexio cãcellata exaltatiõis ⁊ humiliationis? Ita ne pax eſt dñe ꝙ i veritate tua humiliaſti nos: qꝛ adhuc exigis: vt apponat hõ humiliare ſeipʒ? ⁊ qđ reſtat adhuc quo poſſimus humiliari? Sed q illo ceciderit: nõ adijciet vt reſurgat. Qui humiliatꝰ fuerit vſqꝫ illuc: fruſtra ſperet exaltationẽ. Siquideʒ humiliaſti nos in loco afflictiõis: ⁊ coopuit nos vmbra moꝛtis. Uſqꝫ adeo vita noſtra in inferno appꝛopinquauit. Quo nos humiliabimꝰ vltra? Que vtilitas i ſanguine tuo ſi deſcẽdimus incoꝛruptionem? Sane nihil aliud ĩfra nos qꝫ irrepabilis illa coꝛruptio poſt vmbrã moꝛtis. Qui enim ſe inqt humiliauerit exaltabit. Si dixiſſet qui humiliatus fuerit exaltabit: exultareʒ vtiqꝫ tanqꝫ certiſſime humiliatꝰ hic vehemẽter. Nunc võ cũ dicat: qui ſe humiliauerit exaltabit mihi anguſtie ſũt vndiqꝫ. Nec ignoꝛo quid eligeʒ: ſed quid agã. Exaltari cupio: qꝛ id ſumme neceſſariũ ⁊ ſummope. Sed quidẽ neqꝫ hic neceſſe ẽ. Habeo ciuitatẽ: nec bonũ eẽt hic manere etiam ſi deceret. Poꝛꝛo inferius cũ alijs ire: pire ẽ. Iaʒ enim locũ teneo inferioꝛẽ ⁊ q ſoluʒ habeat infra ſe infimũ: hoc ẽ infernũ. Si me illuc humiliauero: nõ ẽ ſpes exaltatiõis: qꝛ q ſe humiliauerit exaltabit. Et id verũ. Si hec egero moꝛs mihi ẽ. Si aũt nõ egero ab exaltatiõe repulſus: nec ſic effugiã manꝰ moꝛtis. Sed ſi hoc difficile apparet: ſaltem qđ pmiſſum eſt ꝯſidermꝰ. Omnis q ſe exaltat humiliabitur ait. Quẽ eniʒ veritas humiliat: ipẽ quõ exaltat? Neqꝫ hic dicimꝰ quo ſed quõ: qꝛ nec locus videt eſſe ſed virtus. Non inqꝫ deeſt hoĩ quo exaltare ſe poſſit ſed deeſt oĩno q poſſit. Eſt qdem voluntas multa ſed nulla facultas. Nempe velit nolint hoĩes cõmunis ade ⁊ totius humani generis vox eſt: i veritate tua hũiliaſti me. Qui aũt in ṽitate hũiliabit veraciter exa

tabit: τ ecōtra. Quid est aūt falso exaltari: nisi vere nō exaltari. Gratias ei q: nō dixit ois q se exaltauerit exaltabit. Quō eni conaremur in vanū si id arbitrarremur? qñ nec ipa qdem nunc despatio pficiendi appetitū cohibet exaltari? Et forte hoc est qd ait. Qui se exaltauerit hūiliabit. Nec ptinet ad effectū q nullus est: sz ad effectū qui stultus. Quātos eni videmus hūiliatos: sz nō humiles? pcussos sed nō dolētes: curatos qdem a dño: sz nec ipsa curatiōe sanatos. Hij sunt q sub sentib9 esse delitias cōputāt? dissimulātes pctā q actitāt. Lubricū in quo titubāt tenebras qbus caligant: laqueos inter quos ambulāt locū afflictiōis quē inhabitāt corpus mortis qd gestant: iugū graue qd tollerāt grauiorem psciaz q̄ occultāt: grauissimā sniaz q̄ expectāt. Talis erat ille: cui iohānes in apocalipsi scribere videbat. Dicis q: diues sum τ nulli9 ego: τ nescis q: tu es miser τ miserabil cecus pauper τ nud9. Nec nimiz si sit vana τ mēdax exaltatio filioz hoium: siquidē vani sunt τ mēdaces. Hūiliat eos veritas: exaltat eos vanitas. Dilexerūt tenebras magis q̄ lucem? amplectētes exaltationē: sed capiētes vanitatē τ querētes mendatiū. Porro contra veritatē q se hūiliāt votis τ studijs quibus possunt dissimulationib9 τ conatibus friuolis recalcitrātes fecim9 ne aliqd? Puto q inuenimus τ quō humiliet ho seipm. Dico aūt vt adhereat hūilianti se veritati: nec dissimulet sed cooperet ei deuote pietatis affectu. Proinde cauebo deinceps q̄ sollicite potero duritiā cordis? sentiā τ plāgam dolorem meū: ne forte si insensibile fuerit sit etiā insanabile vuln9 meū. Ego vir videns pauptatē meā in virga idignatiōis eius ne veniat aīa mea in consortio eoz de qbus veritas ait: Et pcussi eos τ nō doluerūt? curauim9 babylonē τ nō ē sanata. Grauis curatio humiliatio hec: sz grauior morbus supbia ē. Que vtinā sic curet vt sanet hac cura. Consentiā itaqz aduersario meo acqescā iudicio meo. Cedā deniqz vrgenti aculeo ne pūgar. Tale enim esse reor quod dñs ait: Oīs q se exaltat humiliabit: τ q se humiliat exaltabit. Ac si dicat: Quisqs cōtra stimulum recalcitrauerit duplo pūgentur. Parcetur autez qui senserit τ dederit locum ire. Amen.

¶ De verbis apostoli. Nō est regnum dei esca τ potus. Sermo vnicus.



Solet apostolus paulus in verbis eē breuis: i sentētijs copiosus. Nō ignorauit hoc ille tā eloquētie q̄ sapiētie dotibus approbatus: q singula pauli verba tonitrua iudicabat. Tam signāter enim vniuersa depromit: τ sic intonat spū τ virtute: vt in serie ordinez: in sensu plenitudinē: in vtroqz cōnexionem mirabiliter ostēdat. Nō ē igt regnū dei esca τ pot9: sz iusticia τ pax: τ gaudium in spū scō. Quid ad hec dicitis vos gulosi τ luxuriosi: quoz deus vēter est: quoz vsus aut in vētre aut sub vētre est? q vt ait idē apls: In luxurijs enutristis corda τ corpa vestra. Audite audite: q: esca vētri τ vēter escis: deus aūt et hūc τ has destruet. Ue vobis q dormitis in lectis eburneis: τ lasciuitis in stratis vestris? q comeditis vitulū de armēto: τ bibitis vinū defecatū: τ pinnis vngemini vnguētis. Filij hominū vsqz quo graui corde q: pingui corpe? vt qd diligitis vanitatem τ veritatem negligitis? Pinguedo carnis delicie corpis: saturitas vētris: aut añ mortē vos deseret: aut vos in morte illā relinqtis: qm ingt sanctus dauid: Cum interierit nō sumet omnia: neqz descēdet cum eo gloria eius. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Oz bene sicut oues: q: detracto vellere mūdialiū deliciaz dure i psensqz detōsi sempiternis nudi deputabūtur incēdijs. Mors depascet eos: q: semp morient ad vitā: τ viuet ad mortem. Ergo hic vermibus corp9: illic aīa ignibus deputatur: donec rursus in felici collegio colligati tormentis penalibus socientur qui socij fuerunt in vitijs. O delicate qui delicijs τ vitijs circumfusus atqz confusus es: confusionem expecta τ mortem. Nō est regnū dei esca τ potus: nō purpura τ bissus: quia diues ille vtroqz circumfusus in puncto ad inferna descendit. Quid ergo? Sed iusti-

tia ⁊ pax ⁊ gaudium in spiritusancto. Attē-
dis ⁊ intendis: quia gaudiū in fine est. Sic
fatui filij adam precipiti saltu iustitiā trāsi-
lientes ⁊ pacem rem finalem in principiuꝫ
cōuertere ⁊ peruertere vultis? Nemo enī
est qui gaudere non velit. Non stabit ⁊ nō
erit istud: quia sicut non est pax impijs: sic
nec gaudere impijs dicit christus dominꝰ.
Prius est iustitiam facere: inquirere paceꝫ
⁊ persequi eam: ⁊ sic demū apprehendere
gaudium: imo a gaudio comprehendi. Sic
⁊ angelicus ille conuentus prius fecit iusti-
tiam cum stetit in veritate: ⁊ veritatis dese
ruit desertorem. Post hec illa pace firmati
sunt: que exuperat omnem sensum: quia cū
diuersis honore primatibus distinguātur:
nullus est qui murmuret: qui inuideat nul
lus. Lauda hierusalem dominū: lauda deū
tuum syon: quoniam confortauit seras por
tarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: ⁊ adipe fru-
menti satiat te. Lauda ⁊ laudes replica: q2
munitissimis vectibus ⁊ inconuulsibilibus
seris clause sūt porte tue. Nullus inimicus
intrat: nullus exit amicus. Benedicti filij
tui in te omni benedictione spirituali in ce
lestibus cū christo. Jam non ē timor in fini
bus tuis: quia posuit fines tuos pacē. Nul
le ibi tentationes: nulla sese tentationū tur-
ma confundit: quia versipellis ille ⁊ tortor
longe est a muris tuis: ⁊ ille qui idem est:
omnia in identitate consolidat atqꝫ cōpin-
git. Cuius participatio inquit in idipsum.
Hic iam tertio hauriunt aquas in gaudio
de fontibus saluatoris: ⁊ nudis vt ita dicā
oculis deitatis intuentur essentiam: nulla
corporeorum fantasmatū imaginatione de
cepti. Ecce gaudium in fine: sed fine fine.
Miseri nos qui ab illa felici regione repul
si in hanc descendimus imo cecidimus va
nitatem. Filij syon ait propheta inclyti ⁊ a-
micti auro primo: quomodo reputati sunt
in vasa testea? Filij syon illius scilicet specu
latiue ciuitatis: quam edificauit dominus
vt videatur in gloria sua. Filij superne hie
rusalem que est libera ⁊ mater nostra. In-
clyti per dignitatem cōditionis: amicti au-
ro primo per dignitatem imaginis diuini-
tatis. Quomodo ergo ex his nos quidem
reputati sumus in vasa testea: in hec lutea
⁊ fragilia corpora degenerauimus? Exhi-
bent enim angeli frēs charissimi iustitiam
deo: pacem inter se: gaudium sibi. Sic et
⁊ tu homo noli prius rapere quod tuū est:
⁊ iustitiam deo: ⁊ pacem quam debes pro-
ximo noli contemnere: Justitia virtus est:
qua redditur vnicuiqꝫ quod suum est. Tu
non solum iustitiam: sed multas ⁊ multipli
ces iustitias debes creatori. Justus enim
dn̄s iustitias dilexit. Justitia tua dn̄e sicut
montes dei. Bene sicut montes: q2 plures
cumulos miserationū suarum ingessit tibi.
Et prius quidē te cū ceteris ⁊ inter cetera
creauit: non sine magne prerogatiua digni
tatis: dixit enī de oībꝰ fiant ⁊ facta sūt: post
hec vehemētissimo tui amore inflāmata il-
la maiestas redemit te. Nūqd vbo? Nō: sꝫ
triginta ānis operatus est salutē in medio
terre: affixus cruci: addictꝰ morti: ludibrio
deputatus. Deus tuus factꝰ est frater tuus
Nō angeloꝝ frater: q2 nusquā angelos ap-
prehēdit: sed semen abrae apprehendit. Cō
mune quidem habes ꝙ factus es: ꝙ frater
spāle. Adiecit adhuc grā nob̄ spālīꝰ qddā:
ꝙ de lata nos ⁊ spaciosa via digito suo tra-
xit: ⁊ posuit in ꝯsilio iustoꝝ ⁊ cōgregatione
Quid vltra debuit facē ⁊ nō fecit? Cuiꝰ vł
saxeū pectꝰ tāta ⁊ talis a tāto ⁊ a tali collata
bn̄ficioꝝ multitudo nō emolliat? Quicqd
igiť es: qcqd potes debes creāti: redimēti:
vocāti. Sꝫ cū iustitiā feceris fac ⁊ pacē. Qꝫ
diu enī sumꝰ i h̄ vase testeo ⁊ fragilitate cō
plexionis humane: nō possumꝰ īueniri scan
daloꝝ prorsus imunes. Si ḡ recordatꝰ fue-
ris ꝙ frater tuus hꝫ aliqd aduersum te: sis
humił ad veniā petēdā. Si tu habes aduer
sus illū: sis facił ad dādū: ⁊ oīa mēbra erūt
in pace. Sic enī ad duo ista charitatē ⁊ hu-
militatē paratissimi: nō poterimꝰ dissensio-
nē sentire. Discite ingt a me: q2 mitis sum
⁊ humił corde. Mitis qđ ptinet ad chari-
tatē: q2 charitas patiēs est: benigna est. Hu
miłr qđ aptať ⁊ spectat ad ipsam vbi ꝓprie-
tatē. Sic ꝓcedētibꝰ nob̄ erit gaudiū in spū
scō. Loqr qđ exptus nouit: inexptus igno-
rat. Aiał enī hō nō ꝑcipit ea q̄ sūt spūs dei.

Nũqd nõ plerũqꝫ orantibꝰ nob oĩa viscerũ
succutiunt occulta: ad memoriã gaudij illiꝰ
q̃ est mater nostra: ꝛ lachrymarũ vnda vul-
tus meditãtiũ sup fũdit. O si duraret: si ob
litus fuero tui hierusalem: obliuioni detur
dextera mea. Adhereat lĩgua mea faucibꝰ
meis: si nõ meminero tui: si nõ proposuero
tui hirlm in pncipio letitie mee. Uere ĩ pn
cipio letitie: qꝛ finis illic positꝰ est. Qñ cõ
scindes saccũ meũ dñe iesu ꝛ circũdab me
letitia: vt cãtet tibi glĩa mea ꝛ nõ cõpũgar?
Pricipiũ gaudij illiꝰ qđ h qñqꝫ sentimꝰ stil
la est de flumĩe illo descẽdẽs: cuiꝰ impetꝰ le
tificat ciuitatẽ dei. Qñ veniet tp̃s vt p hen
nibꝰ gaudijs in ipso diuinitatis fonte ꝑfũ-
dius ĩmergam? vbi vnda vndã sine ĩterca
pedine ꝛ interpellatiõe ꝯtinuet. Qñ veniã
ꝛ apparebo ante faciẽ dei? Qñ trãsibo ĩ lo-
cũ tabernaculi admirabil̃ vsqꝫ ad domum
dei? Qñ sicut audiuimꝰ sic vidimꝰ in ciuita
te dñi virtutũ? Eia igit frẽs huic ternario
fideliter insistamꝰ ꝛ semp simus memores
v̂bi illiꝰ: amice ad qd venisti: qꝛ nõ ad h ve-
nimus: vt simulatoria spe regem interficia
mus: sꝫ vt ei seruiamꝰ: qui est benedictꝰ in
secula Amen.

¶ De obsecratione: postulatione: oratiõe:
ꝛ gratiarum actione Sermo vnicus.

clij Qattuor mihi
vident orandi modos exp̃mẽ
apl̃i v̂ba dicẽtis: volo pmũ fie
ri obsecrationes: deinde orõ-
nes: post gratiarũ actiones. Sũt enĩ q̃s ad
huc pcti ꝯsciẽtia terret ꝛ cruciat: nõdũ acce
pta resistẽdi virtute: tũc. s. cũ primũ in ipso
pctõꝝ ceno iacẽtes spũs veritatis irradiat
ꝛ excitat: timere ꝛ erubescẽ eos facit dũ vi
dent ĩmanitatẽ criminũ: meritoꝝ exiguita
tẽ: ꝛ velut ardentẽ corã se gehennã expaue
scentes: qm̃ in seipsis boni nihil inueniunt:
aliũde apprehẽdũt vnde tegant. Sciũt enĩ
q nõ sit tutũ in ꝯspectu dei sui vacuos ap-
parere ꝯtra legis preceptũ: ꝛ multo minꝰ id
presumere audẽt plenis stercore manibus.
Quia ergo timẽt ꝛ merito timẽt: p seipsos
accedere studẽt q̃si p alios supplicare. Tale
est illud orõnis genꝰ quo solemꝰ vti dicẽtes
Scẽ petre ora pro nobis: ꝛ silĩa. Marie v̂o
illud obseratio est manifesta: per passionẽ ꝛ
crucẽ tuã ꝛc̃. in hũc modũ. Tale igit videt
ac si latro deprehensus ꝛ iã vicinꝰ suspẽdio
qñ penitꝰ desperat: nec inuenit in se vnde
miaꝫ deprecet: extẽdẽs brachia dicat: qꝛ sic
passus ẽ xp̃s: vt eoꝝ a quibꝰ tenet aĩos mõ-
ueat ad pietatẽ. Credo ego de talibus dici
posse: qꝛ regnũ celoꝝ vim patit: ꝛ violẽti ra
piũt illud. Uim faciebat regno celoꝝ publi
canus ille: q dũ nõ auderet oculos ad celũ
leuare: ip̃m celũ ad se potuit inclinare. Si-
mile aliqd mulier illa egisse videt: q̃ ꝑflu-
uiũ sãguis hñs diu timẽt ad christũ accedẽ
fecit ab eo virtutẽ exire. Furtim enĩ tetigit
fimbriã: ꝛ curata est ab infirmitate. Unde
ꝛ indignãtis q̃dãmõ verbũ videt qđ de ea
dñs ait Quis me tetigit. Et addidit Sensi
de me virtutẽ exisse Non credo q sit inter
vos quispiam: sed fortasse nõnulli in secula
ri habitu vel ꝯuersatione potuerunt aliq̃n
experiri quod loquor: vt. s. inuiti profluuiũ
sanguinis paterent: eius inquã sanguinis
q regnũ dei nõ possidebit. Eteni qui facit
peccatũ seruus est peccati: nec sua se pote-
rit continere virtute etiã cũ volet. Huic er
go minime expedit per seipsum ad christuꝫ
accedere: sed tangere siquã inuenerit eius
fimbriã: hoc est ꝛ eũ extremũ in ecclesia ꝯsi
derare hominẽ quẽ humiliorẽ viderit: q̃ ẽ
vestis christi. Eum inquam qui elegit abie
ctus esse in domo dei. Oportet considerare
qꝫ vere est fimbria posita in ora vestimenti
ad quam vtiqꝫ spiritualis vnguenti descẽ-
dens a capite copia tota decurrit. Hunc si
beneficijs aliquibus seu prece humili atqꝫ
cõfessione pura tetigerit: vt affectum eius
erga se moueat ad compatiendum sibi ha-
beat fidem: ꝛ sine dubitatione sanabit. Il-
lud tamen non erit fimbria: nõ a se: sꝫ a chri
sto exisse virtutẽ: qui ꝛ tangi se ꝑtestatur in
fimbria. Expressi vobis quantũ potui qua-
le sit: ꝛ cui anime necessariũ genus obsecra
tionis. At v̂o iam ꝯtinendi virtute accepta
secure accedit qui sibi cõscius fuerit pro de

lictis preteritis veniam petens: ⁊ vtitur ora-
tione: que nimirū oris est ratio: quādo iam
ore suo loquitur cum deo suo. Hinc illud est
q̄ maria magdalene quāq̄ non minus hu
milis emorroissa illa: nō sic tñ veretur accedē:
sed rigat lachrymis pedes: capillis tergit:
vngit vnguento: osculat ore deuoto. Unde
satis liquet q̄ oīno iā posuerat in corde suo
a peccato iam deinceps abstinere: ⁊ quasi
profluū stabat. Qđ si iam cōsecutus es ⁊ tu
primū est vt ipsi dño loquēs in orōne reco-
gites ānos tuos in amaritudine aīe tue: de-
hinc postq̄ in lamentis pnīe aliquādiu pse
uerās hilaritatē quādam ⁊ fiduciā ↄcepis
indulgentie: accede iam ad postulatōes: vt
secure iam tanq̄ recept⁹ in grām dei tui cō-
seruis tuis audeas petē qđ oportet. At for-
tasse requiras: vñ aut quō nosse poteris vtrū
hanc ↄsecutus sis indulgentiā. Sic nimirū
cōseruando humilitatis grām diuina solet
pietas ordinare: vt quanto qsq̄ plus pficit
eo minus se reputet pfecisse. Nā ⁊ vsq̄ ad
supremū exercitij spūalis gradum qsq̄s eo
usq̄ pfecerit aliqd ei de pmi gradus imp-
fectione relinqtur: vt vix primū sibi videatur
adept⁹. Attñ scio qd hodie lectū sit de euā-
gelio. Dixit iesus paralitico. Cōfide fili: re-
mittuntur tibi pctā tua. Et reputatū est ei i blas
phemiā. Ad ille nimirū cui cogitatio hoīs
cōfitebitur quid cogitatis inqt mala in cordi-
bus vestris. Blasphemare me blasphema-
tis: ⁊ quasi ad excusandā visibilis curatōis
virtutē mihi visibilē vsurpare intēditis. Sz
ego vos potius blasphemos eē cōuinco: si-
gno pbans visibili inuisibilē ptātem: vt scia
tis inqt: q: ptātem hz filius hoīs dimittēdi
in terra pctā: tūc ait paralitico. Surge tolle
grabatū tuū ⁊ ambula. Et tu ḡ si iam surgis
desidio supernoꝝ si grabatū tollis. s. a terre
nis eleuaris voluptatib⁹ vt non feratur aīa a
ↄcupiscentijs eius: sed magis ipsa vt dignū
est regat illđ ⁊ ferat quo nō vult: si demum
ambulas que retro sunt obliuiscēs et ad ea
que ante sunt te extendēs desidio ⁊ p pctō
proficiēdi: curatū te esse nō dubites. Neq̄
eni surgere poteras si nō aliquaten⁹ on⁹ eēt
alleuiatū: nec grabatū tollere: nisi exonera-
tus magis: nec ambulare feruore conuersa-
tionis cū graui molle possibile est. Propter
qđ fiducialiter iam postulare pōt q eiusmo
di est. Tñ caueat ne forte aut postulet non
postulanda aut min⁹ postulet que a deo sūt
postulanda: aut ea tepide querat: que toto
affectu ⁊ oīmi tpe sunt querenda. Petitis ⁊
non accipietis eo q̄ male petatis: ait iacob⁹
Sic agit oīs qui terrena querit vltra neces-
sitatem: qui mundialē glīam sectatur aut vo-
luptatem: tale etiā qđ solēt hoīes seculares
postulare in orationib⁹: vt mortē inimicoꝝ
⁊ cetera talia q̄ non licet. At vō tpalia si de
fuerint petēda qdem sunt quātū necessitas
humana requirit. Sed iuxta beati gregorij
sententiā non sunt hec nimie requirenda.
In quo etiā genere illa sunt spūalia sine q-
bus salus constare pōt: vt sermo sciētie: grā
curationū: oīaq̄ de qbus certū nō habem⁹
qd expediat nobis: vtpote si te fatigat tēpta
tio supplicandū qdem pro ea vt auferatur
a te: sed non nimis obnixi: qm̄ in talib⁹ me-
minisse semper oportet apostolice illius sen
tentie. Nos enim qd oremus sicut oportet
nescim⁹: sed ipse spūs postulat pro nobis ge
mitibus inenarrabilibus. Et deo magis cō
mittere debemus: q̄z temere aliquid apud
nos diffinire. Hec autez sunt toto affectu ⁊
omni tempore postulanda: pro quibus in-
cessanter ⁊ obnixe quātuz poterunt clamēt
ad deum desideria tua: scilicet vt habeas
gratiam eius bonam: ⁊ placere possis i ocu-
lis pietatis ipsius: ⁊ in eo viuas: ⁊ moriaris
in ipso: vt gloriam eius videre: ⁊ ipso frui i
perpetuum merearis. De his enim dictuz
est. Sine intermissione orare. Unde pphe-
ta. Exquisiuit te facies mea: faciem tuam
domine requiram. Et alibi. Unam petij a
domino: hanc requiram: vt inhabitem in
domo domini omnibus diebus vite mee.
Porro ad quartum orationis genus quod
est gratiarum actio: per paucos attingere
credo. Et quo rarius eo preciosius ē. Mul-
tam enim prorsus gratiam inuenit apđ deū
iuxta promissionem suam qua exaudit ante
q̄z inuocetur: ⁊ testimonium reddit spūi ei⁹
spūs quē hz ex deo: qm̄ exauditus ē deside-

rium eius:ita vt certus iam orare qdem nō
sed grās agere possit. Sic eni in lazari resu-
scitatiōe dn̄s lꝫ nihil prius orasset pater in-
qt tibi gratias ago quia exaudisti me. Pria
igit̄.i.obsecratio verecundo fiat affcū:scd̄a
quā ꝓꝑe diximꝰ oṙonē affectu puro vt vꝫ
non dissimulemꝰ pctā:nō nos palpemꝰ scié-
tes ꝙ q̄sqꝫ miaꝫ inuenit apud deū si inuen-
tus fuerit durus:vꝫ in semetipsum. Tertia
idest postulatio amplū querit affectū ⁊ fidu
cie latitudinē:sicut scriptū est:postulet autē
ī fide nihil hesitās. Credo eni ꝓpterea dcm̄
Quēcūqꝫ locū calcauerit pes vester:vester
erit:qꝛ tantū impetrabimꝰ quātū porrexeri-
mus pedē fidei. Quarta que est grāꝝ actō
ipsa dꝫ esse deuotiōe plenissima:⁊ delitijs af
fluens. Jam v̊o de reuerentia oṙonis in eo
qđ lectū est caplō ipsius regule vos mō sol-
licitauit auc̄tas:ex cuius occasione aliq̄ de
oṙone dicēda putaui. Jllud tn̄ breuit̄ dico.
Nōnulli vt arbitror expti sunt accidere in
oṙone aliqn̄ ariditatē ⁊ hebetudinē quādā
mentis:vt solis orātes labijs nō satis atten-
dant:neqꝫ que dicāt:neqꝫ cui loquāt̄ ꝓ eo
ꝙ velut ex ꝯsuetudine quadā cū minus di-
gna reuerentia ⁊ sollicitudine accesserunt.
Quid eni alıđ cogitare dꝫ frater intrās ad
oṙonem q̄ꝫ ꝓpheticū illđ:ingrediar ad tab-
naculū dn̄i admirabilis:vsqꝫ ad domū dei?
Oino siqdem oportet nos oṙonis tpe curiā
intrare celestē. Jllā inq̄ꝫ curiā:in q̄ rex regū
stellato sedet solio circūdante eū innumera-
bili ⁊ ineffabili btōꝝ spirituū exercitu. Vn̄
⁊ ipse q viderat qꝛ maiorē numeꝝ nō inue-
nit milia ait miliū ministrabant ei:⁊ decies
centena milia assistebāt ei. Quāta ḡ cū reue
rentia quāto timore quāta illuc hūilitate ac
cedere dꝫ a palude sua ꝓcedēs:⁊ repens ra
nūcula vallis? Oꝫ tremebūdꝰ q̄ꝫ simplex q̄ꝫ
hūilis q̄ꝫ deniqꝫ sollicitꝰ ⁊ toto intētus aīo
maiestati glīe in p̄ntia angeloꝝ ī ꝯsilio scōꝝ
⁊ ꝯgregatiōe assistere potit miser homūcio
Jn cūctis igit̄ actiōibꝰ nr̄is multa opus est
vigilantia:sꝫ p̄cipue in oṙone. Eteni sicut ī
reglā nr̄a legimꝰ licet oī hora ⁊ oī loco ocli
dn̄i sup nos speculent̄ maxie tn̄ in oratione
Licet eni semp videamur:sꝫ tunc etiā p̄nta-
mur ⁊ ostn̄dimꝰ nos q̄si facie ad faciē cū deo
loquētes. Porro q̄ꝫuis vbiqꝫ sit deꝰ:in celo
tn̄ orandus est. Vbiqꝫ oṙonis tpe cogitādꝰ
vt mensura eius nō oratorij tecto nō aeris
spatio nō ipa retardet̄ nubiū dēsitate:iuxta
eā formaꝫ q̄ nobis a xp̄o tradita est vbi ait.
Sic orabitis. Pater nr̄ q es in celis. Celum
eni q̄dā p̄rogatiua sedes siue thronꝰ dei vo
cat̄:qꝛ ad eā cōpatiōnē qua deū angeli scti ī
celis ⁊ electoꝝ aīe vidēt nos miseri ⁊ pegri-
ni sup terrā vix solū hr̄e videmur. Sic igit̄
oret q orat tanq̄ꝫ assumptꝰ ⁊ p̄ntatus ei qui
sup thronū excelsum ī angelis q minime ce
ciderūt ⁊ eleuatū in hoībꝰ quos suscitauit
de puluē inopes ⁊ erexit de stercore paupes
Sic inq̄ꝫ semetipsum ꝯsideret sic attendat
tāq̄ꝫ p̄ntatum dn̄o maiestatis:vt dicat cum
abraā. Loquar ad dn̄m meū cū sim puluis
⁊ cinis. Et qꝛ tuo p̄cepto cōmonitꝰ tuo isti-
tutōe formatꝰ:te p̄sumo orare dn̄e deꝰ fons
pietatis.

¶ De victoria sapientie contra maliciam.
Sermo vnicus.



Sapiētia vincit cliij
maliciā:dū sathanam cōterit
dei virtꝰ ⁊ dei sapia xp̄s. Atti-
git ḡ vsqꝫ ad finē fortiter:ī ce-
lo qdem eijciendo supbū:ī mūdo supando
malignū:in inferno spoliando auaꝝ. Et di-
sponit oia suauiter:in celo scōs angelos cō-
firmādo:in mūdo venundatos redimendo
in inferno captiuos liberando. Aut si meliꝰ
placet accipiamꝰ hoc mō. Ordinata ꝓcedit
acie aduersus pctī septē gradus:spūs septi-
formis. Et p̄mꝰ ꝯtra negligētiā timor exur-
git. Nimiꝝ ip se est quo cōcutit̄ aīa:discutit̄
ꝯsciā:excutit̄ sopor letalis:incutit̄ sollicitu-
do. Deniqꝫ q timet deū nihil negligit:sed
veret̄ oia opa sua. Ceteꝝ vt grauior sit con-
flictus squama squame iungit̄:⁊ sese comi
tātia sīt ī hūano corde negligētia sui ⁊ curio
sitas ceteroꝝ. Triplex ē vt ait sapiēs icōmo
dū qđ đ domo eijcit hītātē:fumꝰ stillicidiū
⁊ mala mulier vxor. Quādo v̊o hec deerūt
negligenti? Propria qdem negligit:fumuꝫ
non abigit:vxorē non corrigit:tectum non
reficit. Fumant pctā nullo misericordie stu-
dio ⁊ nullis lachrymarum vndis extincta:

⁊ fumus ille teterrimus eſt ⁊ intolerabilis:
malignatur voluntas ipſo neglectu quoti-
die deterior ſemetipſa: ſtillat ſuperius iudi
cis indignatio: ex defectu vtiqꝫ charitatis:
que ſola operit multitudinem peccatorũ.
Egrediatur itaqꝫ foras neceſſe ē qui curio-
ſus iam exteriora cõſideret: qui ſic interna
deſpicit: preſentia non inſpicit: futura non
proſpicit. Euidēter proinde curioſitati pie-
tas aduerſatur: ⁊ quem illa a corde euocat:
iſta reuocat. Nimirũ pietas ipſa eſt cultus
dei: ⁊ in corde colitur: que in corde cogno-
ſcitur habitare. Parit autem curioſitas ex
perientiam mali: vt facile qui per multa va
gatur offendat: facile cadat in laqueum: fa
cile inueniat quod pernicioſe delectet. Cõ
fligit ſane aduerſus hanc ſcientie ſpiritus:
docens eligere bonum: reprobare malum:
docens quid periculoſum ſit: quidue expe
diat experiri. Uerum in multis iam in ex-
perientiā concupiſcentia tranſire videtur.
Habes hos gradus ī dina filia iacob: quā
nimirum ad videndas alienigenas mulie-
res egreſſam emor filius ſichem rapuiſſe:
corrupiſſe: ac demum triſtem blandimētis
deliniſſe legitur: ita vt vt illius anime: ani-
ma eius adheſerit. Dico autem in concupi
ſcentiā ideſt in affectuꝫ cordis pertranſiſſe
hominem: qui legem ſpreuit: honeſtatē ab-
iecit: valefecit pudori: timorem autem do-
mini penitus tranſilijt: ſoloqꝫ vehetur ap-
petitu: ſequitur concupiſcentiam ſolam: ſo
la trahitur voluptate: ⁊ eſt apud eum ꝓ ra
tione voluntas. Contra igitur hāc cõcupi
ſcentiam mali dimicat fortitudo. Neqꝫ.n.
vlla iam niſi in manu forti liberatio eſt. In
dicat ſibi homo ieiunia: corpus caſtiget: et
ſubijciat ſeruituti: ne forte iaꝫ de radice co
lubri egrediatur regulus de concupiſcētia
cõſuetudo. Quemadmodum enim miſera
nimium ⁊ miſerabilis humana fragilitas:
ſine pruritu cõcupiſcentie: aut impetu deſi
derij ipa cõſuetudine ad illicita trahatur:
vtinam omnibus liceat ignorare. Nimirũ
peccatum faciēs ſeruus ſit peccati. Seruꝰ
plane diaboli ad praua queqꝫ ꝓtrahitur ſe
quens: a quo nimirum captiuus tenet̄ ad
ipſius voluntatem. Eſt autem conſuetudo
hec grauis quedā ⁊ pernitioſa cathena ſol
uēda vtiqꝫ facilius qꝫ rumpēda: vt hic ma-
xime illud vulgare ꝓuerbiũ oporteat vſur-
pari induſtriā violentia potiorem: vt quē
admodum vis vi repellitur ⁊ feruore ſpũs
feruor extinguit̄ deſideriorꝫ: ſic maligni ar
tem arte deludas: ⁊ cõſuetudini conſilium
opponat̄. Alioqn ſi forte violentiā queras
⁊ caſtigationem corporis ſperas cõſuetudi
ni preualere: timēdũ omnino eſt ne ſit ꝑni
cioſus labor ⁊ ꝓus ſubſtātia ipa deficiat qꝫ
inolita cõcupiſcētia: ꝓſertim quoniam que
dam altera natura ſit ipa conſuetudo. Ne-
ceſſarium itaqꝫ cõſilium eſt: vel ab ipo ma-
gni cõſilij angelo miniſtratum: vel ab hoīe
aliquo ſpũali qui cogitatiões ſathane ſpũa
liaqꝫ remedia nõ ignoret. Subtrahēda oc-
caſio eſt: ⁊ opportunitas fugienda peccati.
Legimus fratrem in heremo fornicatiōis
ſpũ grauiter impugnatuꝫ. Laudabili pror-
ſus induſtria a patre curatum. Aduocans
enim ſenior fratrem alterum ſecreto iuſſit:
vt eum laceſſiret iniurijs: ⁊ prior ipe quaſi
accepta ab eo iniuria quereretur. Anxia-
bat̄ ille ⁊ quaſi cõfuſus vehemēter ſic obli-
tus eſt in breui priſtine tentationis: ut que
rēti de ea nõ ſine admiratiõe plurima. Re
ſpõderet. Pape viuere non licet: ⁊ fornica
ri licet? Sed forte necdum venit cui repoſi
ta victoria eſt: quē triũphus manet: cui co-
rona debet̄: ⁊ ꝯtēptus ex cõſuetudine ꝓce-
dit: vt tāto liberius quāto deſperatiꝰ pec-
cans: totas iā cõcupiſcentie laxet habenas
toto impetu ferat̄ in preceps: ſicut ſcriptuꝫ
eſt: Peccator cum venerit in ꝓfundum ma
lorum cõtemnit. Hũc ergo cõtemptum ne
ceſſe eſt: vt ſpũs intellectus impugnet illu-
minās tenebras cordis: ⁊ lucem diuine mi
ſericordie ⁊ copioſe miſeratiõis infundēs.
Intelligentia enim diuinis ⁊ altiſſimis re-
bus attribuēda eſt: quaſquidem humana
ratio nullatenus: difficile autem vel ipa fi-
des comprehēdere poſſit: vt eſt illud: Ubi
habundauit delictum: ſuperhabũdauit et
gratia. Iaꝫ ſi contēptus ꝑſtiterit accidere
neceſſe eſt ⁊ maliciam vt quā poteſt cõſola
tionem deſperatꝰ miſer admittat: ⁊ cui nõ
eſt pars in bonis letetur vel in malis. Lete

tur cuꝫ malefecerit: ⁊ in rebus peſſimis exultet. Ex hoc ergo ſolum hoc remedium ē vt ipſa aduerſus maliciam ſapientia cōgrediatur: ꝓpriaqꝫ dextera ꝓlietur: que ſuccūbere omnino non nouit. Quomodo enim liberetur que in babylonē deſcendit? niſi preueniat in benedictionibus ſuperne dulcedinis: vt clauum clauus expellat: ⁊ peſtiferum dulcedinē vitiorꝫ iocūditas ſpūalis vnctiōis excludat? Attingit ergo a fine vſqꝫ ad finē ſapientia victrix eradicando ſingula vitia: ſingulaſqꝫ inſerēdo virtutes. Excutitur ſiquidem negligētia: vt timoris ſpūs repleat mentē? abijcitur curioſitas: vt ſuccedat pietas: experientia mali fugatur: apponitur ſcientia? ſic ⁊ concupiſcentie ꝓualet fortitudo: ⁊ conſilium conſuetudinem amputat? ⁊ intellectus vigens contēptū amouet: ⁊ diſparente omnino malitia ſapientia regnat. Qua quidē triumphante de cetero miſeram illam animam quaꝫ pernitioſe negligentia ſoporauerat: peius exhortauerat curioſitas: attraxerat experiētia: tenuerat concupiſcentia: ligauerat conſuetudo: contēptus in carcerē truſerat: malitia iugulauerat: timor ſuſcitat? pietas blande demulcet: ſcientia quid actū ſit indicās dolorē apponit quid ſuū ē: fortitudo erigit: cōſilium ſoluit? intellectus educit de carcere: ſapientia mēſam ponit: refocillat eſurientē: ⁊ ſalutaribus reparat alimētis.

De querēda ſapiētia. Sermo vnicꝰ.

cl iiij N hoc mundo quid facimus fratres? aut qd facimus de hoc mūdo? Si ſaluari ꝯtendimꝰ a pñti ſclo neqꝫ qd adhuc de mūdo decernimus? Si exire volumꝰ? qd adhuc cōpedes nr̃as nobiſcuꝫ trahere laboramus. Ponamus eas aureas eē: ſed multo melius ē ſine his liberari: qꝫ earꝫ occaſiōe teneri. Nō extimemꝰ ꝓcium: ſed īpedimētū cōſideremꝰ: ne ꝓter ipſam q̄ dura ſatis reputāda ē ꝯditiōis neceſſitatē: etiā cupiditatis viſco inherere his incipiamus: ⁊ inanis ſolicitudinis nexibꝰ irretiri. Quid enī ī cōpedibꝰ faciat qs? Percūctari forte minus cōgruū iudicet: qꝛ videlicet ad patiendū qꝫ ad aliquid faciēdū ſoleant hoīes cōpediri: ⁊ actiōis īpedimēta cōpedes ſunt ⁊ adminicula paſſiōis. Agēdū tñ nobis ē aliqd in hoc mūdo: nō qdē de hoc mūdo: ſed in hoc mūdo. Cū enī legitur: adaꝫ in loco voluptatis ab initio poſitꝰ vt operaretur? qd ſanū ſapiēs filios eius in loco afflictiōis ad feriendū poſitos arbitretur. Operemur ergo: ſed cibū qui non perit? operemur opus ſalutis noſtre: operemur in vinea domini: vt denariū diurnū mereamur: operemur in ſapientia que dicit: Qui operātur in me nō peccabūt. Ager ē mūdus. Fodiamus ī eo: theſaurus abſcōditus latet: effodiamus eū. Ipſa eſt ſapiētia que trahitur ď occultis. Omnes eā queramus: omnes cōcupiſcamus eā. Sed fruſtra querit: qui ī lecto querit. Neqꝫ enim inuenitur in terra ſuauiter viuentiū. Lectulus ē: ⁊ ibi gygantem queris? Tuus lectulus ē: ⁊ ibi īuenire ſperas: qui diuerſoria ſemꝑ ignorat? Si queritis inquit querite: ⁊ cōuertimini ⁊ venite. Unde queris? A lectulo tuo. Si queris cōuertaris. A voluntatibus tuis inquit auertere. Et ſi in volūtatibus meis inquis: non inuenio? vbi inuenio ſapientiaꝫ? Uehemēter enim eam deſiderat anima mea. Nec īueniſſe ſufficiat ſi contigerit inuenire: niſi menſuram bonam ⁊ confertaꝫ ⁊ coagitatā ⁊ ſupereffluentem ponam in ſinum meum. Merito quidē: Beatus enim homo qui inuenit ſapientiam: ⁊ qui affluit prudētia. Quere ergo dum inueniri poteſt: ⁊ dum ꝓpe eſt inuoca illam. Uis audire qꝫ ꝓpe ſit? Prope eſt verbum ī corde tuo ⁊ in ore tuo: tm̄ recto illud ſi queſieris corde. Erige cor ſurge de lectulo tuo: vt non fruſtra audias admonentem ſurſum habere cor. Sic eniꝫ corde inuenies ſapientiam: et ore afflues prudentia. Sed affluere: non effluere vel euomere cura. Nimirum mel inueniſti: ſi inueniſti ſapientiam. Tamen ne multuꝫ nimis comedas: ne forte ſaciatus euomas illud: ſic comede vt ſemꝑ eſurias. Nā ⁊ ipſa dic̄: Qui comedit me adhuc eſuriet. Noli mltū reputare qđ hēs: noli ſaciari ne euo-

mas ⁊ hoc ipsum qd videris habere aufe-raē a te: quippe q ante tps querē destitisti Neqꝫ tū pōt inueniri dū ꝑpe est ab inqsiti one vel inuocatiōe cessandū est. Aliter quo qꝫ: Sicut q mel comedit multū ait idē salo mon nō est ei bonū: ita q scrutator est maie statis opprimeē a glia. Quid tu pilate feor sum interrogas dñm vt tibi susurret in au re quid sit veritas. Multū est a te. Nō da bis sctm̄ cani nec margarita porco. Quere potius fidei gustū: sapientā intellige: sacie tatē intelligētie interīz ne reqras. Merito interī merito frēs reuerberata facie ꝓtin⁹ resiliuit ⁊ responsum nō sustinēs egressus est ad iudeos: q ambulare cepat in magnil ⁊ in mirabilib⁹ sup se qd esset veritas pcū ctatus. Quo circa qram⁹ nos sapiaz in cor de ⁊ sapiam q̄ ex fide est: queādmodū apls ait. Non plus sape q̄z optet sepe: sed sape ad sobrietatē. Sobria qdem sapia est in pe nitudine pctoꝝ pteritoꝝ in cōteptu psenti um cōmodoꝝ in desiderio futuroꝝ pmioꝝ Inuenisti plane sapientā si prioris vite pec cata defleas: si huius sclī desiderabilia pui pendas: si eternā beatitudinē toto deside rio cōcupiscas. Inuenisti sapiaz si tibi hoꝝ singula sapiūt ꝓut sunt: vt hec qdē amara ⁊ oīno fugiēda istaqꝫ velut caduca ⁊ transi toria cōtemnēda illa vero vt pfecta bona ⁊ totis appetēda desiderijs itimo quodā aī sapore diiudices ⁊ discernas. Atqꝫ hec q dez sobria est sapiētia: ⁊ vomitū nescit: vbi ⁊ timoris frigus recordatiōe pctoꝝ ⁊ cha ritatis feruor ex appetitu diuinaꝝ pmissio nū tepiditatē amouet eaꝝ q̄ nunc sunt pes simaꝝ occupationū: vbi nec euomas sapiaz nec euomaris ab ea. Sicut eni beatus hō q inuenit sapiam: sic etiā btūs vir vel beati or q moraē in sapia. Forte eni h̄ ad effluēti am spectat. Sane in his tribus ore effluis sapia vel prudētia: si sit in ore ꝯfessio ꝓprie iniqtatis sit grarū actio ⁊ vox laudis. Sit etiā s̄mo edificatiōis. Nimiꝝ corde credi tur ad iustitiā: ore aūt cōfessio fit ad salutē atqꝫ in pncipio iustus accusator est sui. naz in medio magnificare deū: in tertio quoqꝫ affluit sapiētia eatenus q̄ edificare pximū debet. Aut vero ⁊ in opere effluendū est sa pientia ⁊ maxime. Queram⁹ ergo ⁊ in ope triplicē affluentiā. Nam ⁊ olim dictū est a sapiente quodā q̄ sapiētia tripliciter scri beret. Itaqꝫ si vos melius nō habetis puto ego q̄ ad opus ptinet copiose satis afflue re sapientia: qcunqꝫ inter nos cōtinēter pa tiēter ⁊ obediēter cōuersanē: tamē vt fide lis obedientia ꝓpriam mortificaret volun tem hūilis cōtinētia carnalē pīter ⁊ secula rez amputet volūtatē: hilaris patiētia vtrā qꝫ similiter ⁊ corporalē scilicet ⁊ mundialē viriliter sustineat aduersitatē.

¶ De verbo psalmi quis ascendet in mō tem domini. Sermo vnicus clv

Dis ascendet in montem domini: aut qs sta bit in loco scō eius? Verbum exhortatiōis ē frēs mei vt qñ qdem oēs ascendē nitem̄. Oēs tendim⁹ in sublime sursum aspiram⁹ oēs: oēs conam̄ in altū: illuc studeamus ascēdere vbi bonū vbi securū sit nos esse vnde cadē nō opte at: vbi stare possimus Nec modo vt deside riū ꝓuocet ascēsorē mōtis huius ꝓpha re grit vmbrā etiā: vt ascēndere cupientē mo dū doceat ascendēdi. Felix q huius mōtis ascēsiōes in corde suo disposuit cōcupiscēs ⁊ desiderans in atria dñi. Siqdem mons iste mōs vber bonoꝝ oīum cumul⁹ mōs vo luptatis eterne dom⁹ dei est. Et bti q habi tāt i domo tua dñe: i scl̄a scl̄oꝝ laudabūt te Audisti testē fidelē q: mōs est domus ista. O israel q̄z magna est domus dñi ⁊ ingens locus possessionis eius: magnus ⁊ nō hēt consumationē excelsus ⁊ imensus. Immo vo nō solū mōs est: sꝫ ⁊ mōs montiū: multe in eo māsiones ⁊ multi mōtes. Deniqꝫ etiā fundamēta eius in mōtib⁹ scis. Et ne hec qdē tacuit scūs isaias. Erit inqt mōs dom⁹ dñi in vertice montiuz: ⁊ eleuabitur super omnes colles. Quidni montiuz mons sum datus exultatione vniuerse terre: vbi tam multiplex omium delectabilium copia vbi vna copiarum omniuz plenitudo? Erit enī mons pacis mons gaudij: mons vite mōs glorie. Et hij omnes vnus mons consu mate felicitatis. An non mons pacis pax

sup omnē pacem? pax que exuperat omnez
sensuz. Plane mons magnus pax in corde
pax in carne pax ab iniqs hoībus pax cum
oībus ꝓximis pax ab ipis demonibus pax
cum deo. Et pacis non erit finis. Erit gau
diū sed quale dn̄s ait. Gaudiū plenū secu-
rū: gaudiū qđ nemo tollat a nobis. Sed ⁊
vitā habituri sumus ⁊ abundanti⁹ hituri
qꝛ nō possit inefficax esse tāti pastoris aduē
tus: qui ad hocipz venit ad oues: sicut ipe
testat vt vitā habeāt ⁊ abundātius habeāt
Nūqd nō etiā tibi mons videt eternū glo
rie pōdus supra modū in sublimitate? Por
ro ex his oīb⁹ ⁊ si qua possunt ꝯsiderabilia
cogitari similiter vna ē beatitudis mēsura
bona ⁊ cōferta ⁊ coagitata supeffluēs: ac si
plurimos mōtes aliū qdē aureū: aliū argē
teū: aliū ex iacinctis ⁊ smaragdis: atqꝫ om-
niū gēmaꝝ gloria: aliuz quoqꝫ ex vermicu
lo purpura ⁊ bysso: ceterisqꝫ eiusmodi opi-
bus pariter coaceruans in vnum redigas
montē. Oīa eni nobis multiplicata reddēt
Et q auꝝ argentū lapides ꝑciosos supedi-
ficauerit fundamēto edificiū hūile in men
sos montes excreuisse mirabit: ⁊ ex modi-
co semie magnos metet nō tam manipulos
qꝫ aceruos manipuloꝝ. Quis ḡ ascēdet in
montē dn̄i? aut qs stabit in loco scō ei⁹? In
nocens manibus: ⁊ mūdo corde. Beatus
ille si qs tn̄ ille est. Quis gliabit innocētes
manus aut castū se habere cor? Non mun-
dus a sorde ⁊ infans cuius vni⁹ diei est vi-
ta sup terrā. Unus tn̄ est inter noxios ino
cens? mūdus inter ipuros: inter mortuos
liber. Unus ⁊ nō extimabit alius absqꝫ eo
Ipse est de quo legisti. Nemo ascēdit in ce
lū nisi q descēdit de celo: fili⁹ hoīs q est i ce
lo. Erat eni innocēs manib⁹ qꝛ pctm̄ nō fe-
cit: sed multa bona opat⁹ est vt iudeis libe-
re aiebat. Quis ex vobis arguet me de pec
cato? An nō mūdissimū cor fuisse qs dubi-
tat vnicū psonalit sapie? in q̄ nihil inqnatū
incurrit? Attigit aūt vbiqꝫ ꝓpter suaz mū-
diciā. Sed nō inuanū accepit aīam suā q so
lus potestatē habuit ponēdi aīam suā ⁊ ite
rum sumēdi eā. Nō inuanū accepit nascēs
nō iuano posuit moriēs: nō iuano recepit
surgēs. Aut quō nō in dolo nō iurauit ꝓxi
mo suo? quō nō inuano accēpit aīam suam
Quō non inuano oīa illa ꝑfecit si hic solus
acipiat benedictionē? Ita ne optebat xp̄m
pati resurgere ⁊ sic intrare in gl'iam suam?
Sua erat. Que vtilitas in sanguine eius?
dum oēs descēdimus in corruptionē. Que
veritas in ꝓmissione? si vt supra meminim⁹
nemo ascendit in celū nisi q de celo descen
dit? Esto hic accipiat bn̄dictionem miam
quare? At non solus hic accipiet aut certe
magis nō sibi soli accipiet si aduertas. Per
ge eni ꝑ sacra verba ꝓphetica: ⁊ vide quo
nā modo velut oculte multitudinē subin-
ducit. Loquebat de vno ⁊ dicebat hic accī
piet sed cōtinuo trāsfudit in hanc genera-
tionē ⁊ ait: hec est generatio querētiū dn̄m
vt in vno nō psone singularitatē intelligas
sed spūs vnitatē. Hic nimiꝝ sponsus: ⁊ hec
sponsa est: ⁊ scimus qd dixit: iam non sunt
duo sed vna caro. Ita ergo hic ascēdet hic
accipiet benedictionē: sed ascendēt ⁊ cū eo
vel magis i eo q ab eo accipiēt bn̄dictionē
Audi hoc a ꝓpħa. Etenī bn̄dictionē da-
bit legislator ibūt de virtute in virtutē vi-
debitur deus deoꝝ in syon. Atqꝫ hoc est ꝓ
pter qđ optebat xp̄m pati ⁊ surgere a mor-
tuis: vt ꝑdicet in noīe ipsius pnīa ⁊ remis-
sio pctōꝝ ⁊ pnīa ad innocētiaz: remissio ad
munditiā deputet. Beatus eni nō in quo
nō inuenit pctm̄: sed cui non iputabit dn̄s
pctm̄. Ait eni. Inueni hominē ꝛm cor meū
Nunqd vt gloriari possit castū se habere
cor? Non. Quia stelle nō sunt mūde in cō-
spectu eius. Sed cor cōtritū ⁊ hūiliatū de⁹
non despiciet. Cor contritū est ꝓximū cor
di mūdo: ⁊ hoc est eē ꝛm cor dn̄i vel iuxta
cor ei⁹. Siqdem ꝓpe est his q tribulato sūt
corde. Samaritan⁹ est ꝓxim⁹ illi q incidit
in latrones. Non iurauit in dolo huic ꝓxi
mo suo: sed faciet qđ ꝓmisit. Amen dico vo
bis sedebitis ⁊ vos iudicātes. Sim⁹ ⁊ nos
dilectissimi ꝓ nr̄o qdem modulo ⁊ manuū
innocentie ⁊ cordis munditie sectatores.
Ante omnia quidem solliciti ⁊ si cauere ꝑ
humana fragilitate non preualemus quā-
tū tamē declinare a malo possumus nō mō
actionis sed ⁊ cogitatiōis. De cetero quo-
qꝫ ne iuano acceperimus animas nostras

rationales exerceamus nos in bonis opibus: cõsilio rationis vtamur. Quõ eni nõ frustra humanã accepere hõ aiam? q tãq3 vnũ ex irrationalib⁹ aiantib⁹ incubãs corporeis voluptatib⁹ solũ seqtur carnis appetitũ. Addit q3 pp̄ha. Nec iurauit in dolo proximo suo. Sicut.n. mũdiciã itra nos ꝛ i proximũ inocẽtia ꝯuẽit obseruare: sic ꝛ i nobis ꝛ erga proximũ exercenda sunt opa pietatis ꝛ totius virtutis. Non ḡ simus nobis inutiles ne iuano recepim⁹ aias nr̃as. Non simus iutiles proximis nr̃is: ne iuano eis iurasse pbemur. Nouit figmẽtũ nr̃m spũs q loquebat̃ p pphetã: nec de vtilitate proximi simpliciter voluit cõmonẽ. De iuramento ꝯuenit vt nos agnoscam⁹ debitũ vt pmissã fidẽ irritã facere veream̃. Oẽs eni proximis iurati sum⁹: cũ qbus in ecclie venim⁹ vnitatẽ. Et hec est pfessio fidei xp̄iane vt q viuit iam nõ sibi viuat: sed ei q p oibus mortuus est. Nec mihi dicat qs. Ei viuã s3 tibi nõ qñ qdem ille nõ solũ p oibus vixit s3 ꝛ p oibus mortuus est. Quõ eni ei viuit qui negligit sic ab eo dilectus? Quõ ei viuit q legem eius nõ ipletq mandatũ eius nũ seruat? Queris legẽ? Queris mãdatũ? Hoc est ingt mandatũ: vt diligatis inuicẽ sicut dilexit vos. Et apl's Alter alteri⁹ onera portate ꝛ sic adiplebitis legẽ xp̄i. Noli ḡ putare gratuitũ bonũ qð exhibes proximo: vt liceat ꝛ dissimulare si velis. Debitor eni ex sacramẽti cautiõe ꝛ ppria cautiõe teneris. Hic ḡ accipiet bñdictionẽ a dño ꝛ mĩam a deo salutari suo. Hic q: vnus accepit brauium. Sed ne vnũ hominẽ putes. Hec est generatio querentiũ dñm. Hic accipiet benedictionẽ: q: caput vnus est xp̄s. Sed hec ẽ generatio q: in mẽsura etatis ꝛ plenitudis xp̄i oẽs piter occurrem⁹. Et forte idem ip̄e dñs mons dñi est de quo dicit̃: quis ascendet in motẽ dñi aut qs stabit in loco scõ ei⁹ Nimir̃ ip̄e est abscisus sine manib⁹ lapis q i montẽ creuit imensũ ip̄e q exaltat⁹ a tra oia trahit ad se mõs coagulat⁹ mõs piguis vt qd vos iudei suspicami mõtes coagulatos montẽ in q bñplacitũ est deo hitare in eo? In beelzebub inqũt p̄ncipe demonior̃ eijcit demonia. Execrãda suspspitio ꝛ blasphemia reprehensibilis. Princeps est xp̄s ꝛ magnus est princeps: cuius ne ip̄i demones qdem effugere possunt principatũ. At illor̃ regnũ in seipsum diuisum desolabit̃. Huius regnũ integrũ atq3 pfectũ: ꝛ regni eius nõ erit finis. Distat ergo inter principem ꝛ pricipes nec vlla cõpatio inter mõtem coagulatum ꝛ pinguem ꝛ montes tantũ coagulatos. Unde iste beelzebub mons est coagulatus sed nõ pinguis: magis aũt sterilitate ppetua maledict⁹. Mons q: elatus est: coagulatus q: squama squame iũgitur: ꝛ coagulatu3 est sicut lac cor eor̃. Xp̄s dñs mons est: mons coagulatus et mons pinguis. Mons est sublimitate multor̃ cõgerie pinguis charitate. Et nunc vide quõ trahat ad se oia: quõ ꝛ oĩa vniant̃ vnitate substãtiali psonali spũali sacramẽtali. Hab3 in se patrẽ cũ quo est vna substãtia: habet assumptũ hominẽ cũ quo est vna psona habet adherẽtem sibi aiam cũ qua est vnus spũs: habet sponsam eccl'iam vnã elector̃ matrẽ cũ qua est caro vna. Et forte carnal' hec vnio fuisse videbit̃ dicẽda. Sed sacramentalẽ dicere malui dignus hoc vocabulum arbitrat̃: p̄sertim occasiõe dãte paulo aplo vbi ait. scrm hoc magnũ est. Hoc aũt dico in xp̄o ꝛ eccl'ia. Pinguissimus plane ꝛ vberrim⁹ mõs: in q bñplacitũ ẽ deo hitare in eo. Siqdem pp̃terea vnxit eũ deus oleo letitie p̄ pticipib⁹ suis. Mons celestiũ aromatũ mons charismatũ spũaliũ nõ ad mẽsuram accipiẽs spm̃ sed oimodã obtinens plenitudinẽ grãr̃. Magnus mons in quo oẽs thesauri sapie ꝛ scie dei abscõditi sunt in quo totũ hũanitatis veritas tota diuinitatis inhitat plenitudo excelsus ꝛ imeusur̃ In quo oia instaurant̃ q in celis ꝛ q sup terram vt sit de⁹ oia in oib⁹. Uenite ascendamus in hunc montẽ frẽs. Et si via videtur nobis ardua exonerem⁹ nos: si arta etiam exinanire nos nõ parcam⁹ si longa tãto magis festinem⁹: si laboriosa clamem⁹ ei. Trahe nos post te: i odorẽ vnguẽtor̃ tuor̃ curim⁹. Felix q sic cucurrerit vt cõprehẽdat imo vt ipse cõprehendat̃ ꝛ in illã amplitudinẽ mõtis ꝛ plẽitudie3 corpis xp̄i mereat̃ admitti. Felix q in illũ bñficiũ montẽ tam

desiderãter ⁊ pseuerãter ascendit vbi in lo
co scõ locũ accipiens statiõis deo pr̃i in scõ
eius appareat filiis ⁊ videat virtutẽ eius ⁊
gl'iam: Haud aliã sane q̃ꝫ eundẽ spm̃ mon-
tem montiũ montẽ coagulatũ ⁊ pinguẽ do
minũ nr̃m iesum xp̃m In qua nimirꝫ p̃de-
stinatiõe ab eterno apparuim⁹ ei q dilexit
nos ⁊ gratificauit in dilecto filio suo i quo
elegit nos ante mũdi cõstitutionẽ. Sed iã
tunc cognoscemus sicut ⁊ cogniti sum⁹ cũ
plenius ⁊ perfectius exaltatus altissimus
fuerit ⁊ vberrim⁹ ille mõs oĩa trahet ad se
q est sup oĩa bñdictus in sc'la sc'loꝝ amen.

¶ Incipit stimulus amoris bti Bernardi
abbatis.

Quam veheme̅
cl ti amplexu amplexatus es me
vj bone iesu: qñ sanguis tuus exi
uit de corde aqua d̃ latere: aĩa
de corpore. O amantissime iuuenis qd feci-
sti? vt talia patereris? Certe ego sum causa
tui doloris. Ostendit tibi xp̃s manus o hõ
vt facias que fecit: latus vt sentias que sen-
sit: pedes vt ambules quo perrexit. O dul-
cis ⁊ desiderabilis vmbra sub alis iesu. Ibi
est ⁊ occurrentibus tutum refugium: ⁊ dul
ce tribulantis refrigeriũ. O homo si colligis-
ses guttas sanguinis xp̃i cadentes? nonne
eas cũ sollicitudine custodires? Quãto ma
gis animam tuã pro qua sanguinem suũ ef-
fudit custodire debes. O bone iesu quãtuꝫ
pro hominib⁹ passus es: dura v̇ba? duriora
verbera: durissima carnis vulnera. O bone
iesu non est amor tuus ociosus. Qui te dili-
gunt non tepescunt. Nam mel dulcis medi
tatio de te. Plusq̃ꝫ cibus suauis: de te loqui
bona refectio est: te nosce optima cõsolatio
est: tibi adherere vita eterna est: a te separa
ri mors perpetua est. Nihil queso mihi dul
ce fiat nihil placeat: nihil preciosum adhẽ-
at. Vilescant omnia ꝑpter te: tedeat gaudẽ
sine te delectet cõtristari pro te. O bone iesu
si oportuit te pati ⁊ ita intrare in gl'iam tuã?
quomodo nos miseri credimus intrare in
gl'iam non nostram poterimus nisi ꝑus pa-
tiamur. O charitas patiens ⁊ compatiens:
expectans ⁊ extrahens: sustinẽs ⁊ abducẽs
Charitas non irritatur sed deprecat̃. O q̃ꝫ
indebita miseratio q̃ꝫ gratuita ⁊ ꝓbata dile
ctio q̃ꝫ inopinata dignatio: q̃ꝫ stupenda dul
cedo? q̃ꝫ inuicta mansuetudo: regem glorie
pro despectissimo vermiculo imo a v̇micu-
lo crucifigi. Quis audiuit vnq̃ꝫ tale? Quis
vidit huic simile? O duri indurati obdura-
ti in sensus filiorum adam quos non emolit
tanta benignitas: tanta flãma charitatis: tã
ingens ardor amoris? tam vehemens ama-
tor: qui pro vilib⁹ sarcinulis preciosas mar-
garitas expendit. Quid debuit facere ⁊ nõ
fecit? Illuminauit cecos reduxit eroneos:
reconciliauit reos ⁊ iustificauit impios. O
anima mea dilige illum a quo tantum dile-
cta es: Intende illi qui intendit tibi. Tibi
quere querentem te: ama amatorem tuum.
Ama illum cuius amore preuenta es: qui ẽ
causa amoris tui. O anima mea ama illum q
eduxit te de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Eli
ge illum amicum tuũ pre oĩbus amicis tuis
qui cum omnia extracta siue subtracta fue-
rint solus fidem tibi seruabit in die sepultu
re tue. Cum omnes amici tui recedent a te.
Ille te non derelinquet: sed tuebitur a ru-
gientibus preparatis ad escam: ⁊ adducet
per ignoratam regionem atq̃ꝫ perducet ad
plateas superne syon ⁊ ibi collocabit te cuꝫ
ãgelis suis ante faciem maiestatis sue. Ubi
audies illud melos angelicum? vbi est can-
ticum leticie. Uox exultatiõis ⁊ salutis gra
tiarum actio: ⁊ vox laudis atq̃ꝫ alleluia per-
petuum. O aĩa suspira ardẽter desidera ve-
hementer vt possit peruenire ad ciuitatem
supernam de qua tam gl'iosa dicta sunt: in q̃
sicut letantium omnium habitatio est. Ce-
lum ⁊ terra mare ⁊ omnia que in eis sũt nõ
cessant mihi dicere vt amem deum meum.
O felix iocunditas ⁊ iocunda felicitas scõs
videre: deum habere in eternum ⁊ vltra. O
aĩa si oportet nos quotidie tormenta ꝑferre
si ipsam gehẽnam longo tẽpore tollerare vt
xp̃m in gl'ia sua videre possim⁹ ⁊ sanctis ei⁹
sociari? non erat dignum pati omne quod
triste est vt tanti boni tãteq̃ꝫ gl'ie participes
haberemur? Insidient̃ igitur demones pre
parent suas tẽptationes? frangant corp⁹ ie-
iunia perimant vestimenta: labores grauẽt

vigilie excitent. Laniet me iste: inqetet me ille vel ille: frigus incuruet conscientia murmuret: calor vrat: caput doleat: pectus ardeat. Infletur stomachꝰ palescat vultus: infirmetur corpus totum deficiat in dolore vita mea ⁊ anni mei in gemitibus: ingrediat̃ putredo in ossibus meis ⁊ subtus me scateat: vt requiescam in die tribulationis ⁊ ascendam ad populum accinctum nostrū. O aīa mea reuertamur ad ciuitatem celestem i q̃ scripti sumus ⁊ ciues decreti. Sicut ḡ cōciues sanctoꝝ ⁊ domestici dei ⁊ sicut heredes dei coheredes aūt xp̄i: considieremꝰ inclitā vrbis nostre felicitatem. Inquantum considerare possibile est. Dicamus ergo cuz p̄pheta. Unam petij a dn̄o hāc requiram: vt inhabitem in domo dn̄i omnibus diebꝰ vite mee. O bone iesu fons indeficiens peccatorum: corda reficiens: ad te curro te solum ficiens. Mihi solus eris sufficiens fili dei. O vita vitalis vita sempiterna ⁊ sempiterne beata: Ubi gaudiuz sine dolore: Ubi reqes sine labore: Ubi dignitas sin̄ tremore: opes sine amissione sanitas sine langore abundātia sine defectiōe vita sine morte ppetuitas sine corruptione: beatitudo sine calamitate i Ubi omnia bona in charitate p̄fecta. Ubi spes ⁊ visio faciei ad faciem: Ubi plena scīa in omnibꝰ ⁊ per omnia. Ubi summa dei bonitas cernitur ⁊ lumen illuminans a sanctis glorificat̃: Ubi presens dei maiestas conspicitur: ⁊ hoc cibo sine defectu: mens intuentium saciatur. O diues omnium bonorum ac beataꝝ superne sacietatis opulentissime largitor deus Da lapso cibum: collige dispersum: libera captiuatum: reintegra scissum. Ecce sto ad hostium ⁊ pulso obsecro per viscera misericordie dei quibus visitauit nos oriens ex alto iube pulsanti aperiri: vt liberis gressibꝰ ingrediatur ad te: ⁊ requiescat in te: ⁊ reficiat̃ d̄ te pane celesti. Tu es eniz panis ⁊ fons vite: tu lumē claritatis eterne Tu es oīa ex quibus viuunt recti qui diligunt te. O amor qui semper ardes ⁊ nunq̃z extingueris: dulcis xp̄e deꝰ meus bone iesu charitas amor cordis mei: accende me totū igne tuo: amore tuo dilectione tua que sctā est ⁊ bona que casta est et munda: vt totus dulcedine amoris tui plenus totus flāmaritatis tue vaporatus: diligam te dn̄m meum dulcissimum ⁊ pulcherrimuz ex toto corde meo: ex tota aīa mea ⁊ ex totis viribꝰ meis ⁊ ex omni intentione mea cuz multa cordis ꝯtrictiōe: hn̄s te in corde ⁊ pre oculis meis semper ⁊ vbiq̃z ita vt nullus in me mundanus vel terrenus habeat in me locū amor. O misericordissime tibi me recōmitto reddo ⁊ concedo per quē sum viuo ⁊ sapio. In te confido spero ⁊ totam spem meam pono per quē surgam viuam ⁊ quiescam. Te cupio: te diligo: te adoro: cum quo manebo regnabo ⁊ beatus ero. Anima que te nō querit nec diligit peccatis seruit: vitijs subiecta est nunq̃z quieta: nūq̃z secura est. Famulet̃ tibi semper mea mēs pijssime dn̄e: suspiret tibi peregrinatio mea: ardeat in tuo amore cor meum: requiescat in te deus meus aīa mea: Contempletur te in mētis excessu cantet laudes tuas in iubilatione. Hec est ī hoc exilio consolatio mea confugiat mens mea sub vmbra alarum tuarum a bestijs huius seculi: requiescat in te cor meum: cor mare magnū tumens fluctibꝰ. O clemētissime te inuoco in aīaz meā que p̄perat ad capiēdū te ex desiderio qd̄ inspiras ei. Intra rogo in eā ⁊ coapta eā tibi: vt possideas illā quā fecisti ⁊ refecisti: vt habeā te signaculū sup̄ cor meū. O pijssime dn̄e inuocātē te nō deseras: q̄ p̄usq̃z te inuocarē me vocasti ⁊ quesisti: vt ego seruus tuus quererē te: querēdo inuenirē: ⁊ inuētū amarē. Quesiui ⁊ inueni te dn̄e: ⁊ amare desidero. Auge desideriū ⁊ qd̄ peto qm̄ si cuncta q̄ fecisti mihi dederis: non sufficit seruo tuo: nisi mihi te ip̄m dederis. O dn̄e deꝰ meus redde te mihi. En amo te: ⁊ si paꝝ ē fac vt amē validiꝰ. Tuo ego amore teneor: tuo desiderio flagror: tua dulci memoria delector. Ecce duz mens mea suspirat tibi ⁊ tuā ineffabilē pietatē meditatur ip̄a carnis sarcina minꝰ grauat: cogitatio tumultuosa cessat: pōdꝰ mortalitatis ⁊ miseriaꝝ more solita nō abūdat silēt cūcta: trāq̄lla sunt oīa ardet animus ⁊ gaudet: memoria viget ⁊ intellectus lucet. Totus sp̄ūs ex visiōis tue desiderio accensus: inuisibilium amore raptus eē videt̃. O

dulcissime dñe ihu xp̃e assumat spũs meus
pénas vt aqla: volet ⁊ nõ deficiat. Volet ⁊
ꝑueniat vsq; ad decorem domus tue: ⁊ ad
thronũ glorie tue: vbi sup mensam ciuiũ su
pernorũ pascat̃ de occultis tuis in loco pa-
scue tue iuxta fluenta plenissima. O deꝰ me
us nũc adesto mihi quẽ quero: quẽ diligo:
quẽ corde ⁊ ore: ⁊ qua valeo virtute laudo
atq; adoro. Mens mea deuota sit tibi: tuo
amore succẽsa tibi inhabitans: te solũ vide
re desiderans. Nihil habet dulce nisi de te
loq: de te audire: de te scribere: de te cõfer
re: tuã gloriã frequenter sub corde reuolue
re: vt tua suauis memoria sit inter hos tur
bines aliqua repausatio mea. Te ergo inuo
co desiderãtissime dñe. Ad te clamo clamo
re magno in toto corde meo: ⁊ cum te inuo
co: vtiq; in meipm̃ inuoco: qm̃ ocõ nõ essz:
nisi esses in me: ⁊ nisi ego essez in te. In me
es: qm̃ in memoria manes ex quo cognoui
te: ⁊ in ea inuenio te: cũ reminiscor tui ⁊ de
lector in te: ex quo oĩa: ꝑ quẽ oĩa: ĩ quo oĩa
Tu celũ imples oĩa: portãs sine onere oĩa
implẽs sine ꝯclusione. O beata spes cõfitẽ-
tiũ: q̃z potẽs es apud omnipotẽtẽ: q̃z facile
vincis inuincibilẽ: q̃z cito tremebũdũ iudi
cẽ couertis ipijssimũ patrem. O humilis la
chryma tua ẽ potẽtia tuũ regnũ. Inimicis
accusantibꝰ silẽtiũ ĩponis: sñiaz ab ore iudi
cis rapis. Tu sola intras: nunq̃z tu sola exi
bis: tu vincis inuincibilẽ: tu ligas oĩpoten
tẽ. O bone iesu totꝰ mũdus videt̃ in tua ꝑ-
secutiõe cõiurasse: ⁊ illi q in tua ꝑsecutiõe
sunt ꝑmi: q in tua ecclesia videntur regere
ꝑncipatũ. O pnĩa salus aĩe restauratio vir
tutũ: dissipatio vitiorum: obruptio inferni:
porta celoꝝ: via iustoꝝ: refectio beatorum.
Felix q te amat: ⁊ te vsq; ad vltimum vite
sue custodit. Oĩbꝰ oĩa facta est virgo beata
Sapiẽtibus ⁊ insipiẽtibꝰ sinũ sue mĩe apit.
vt de plenitudine sua accipiãt vniuersi: ca
ptiuus redẽptionẽ: eger curationez: tristis
ꝯsolationẽ: peccator veniã: iustus grãm: an
geli leticiã: tota trinitas gloriaz: ꝑsona filij
humane carnis substãtiã: vt non sit q se ab
scõdat a calore eiꝰ. O aĩa mea oẽ tẽpus ĩpẽ
sum regret̃ a te qualiter fuerit ĩpẽsum. Oẽ
tẽpus in quo de deo nõ cogitas: hoc te cõ-
puta ꝑdidisse. Iesus mel in ore: melos ĩ au
re: iubilus in corde: O neq; vir ẽ illud neq̃
q̃z moriemini: ⁊ ecce quottidie morimur: ⁊
nõ ẽ q eat in mortẽ. Memoria crucifixi vi-
tia crucifigit. Si passio xp̃i ad memoriã re-
ducat̃: nihil adeo durꝝ q̃ nõ equo aĩo tolle
ret̃. Circuire possum celum ⁊ terrã mare ⁊
oĩa que in eis sunt: tñ nõ te inuenio: nisi in
cruce. Ibi iaces: ibi cubas: ibi dormis ĩ me
ridie. Videntes angustias dñi nr̃i iesu xp̃i
leuiter dolores nr̃os portauimus. Ab vte-
ro virginis vsq; ad patibulũ crucis volue
⁊ reuolue vitã saluatoris: nõ inuenies ĩ eo
nisi stigmata paupertatis ⁊ doloris. Non de
bet eẽ mẽbrũ suũ delicatũ sub capite spino
so. Si scribas aut conferas nõ sapit: nisi so-
nuerit ibi nomẽ iesu. Per humilitatẽ etiaz
aĩa mea ascendit ad sublimitatẽ. Hec ẽ via
⁊ nõ ẽ altera. Cõsidera xp̃m pauperẽ natuz
sine hospitio: inter bouẽ ⁊ asinũ positũ in ꝑ
sepio: vestitũ vili pãniculo fugientẽ in egy
ptũ: sedentẽ sup asino: nudum in patibulo.
Quid supbis puluis ⁊ cinis: cuiꝰ cõceptus
culpa vasi miseria: viuere pena: mori angu
stia? Quid inflaris ad verbi flatum: q̃ nec
carnẽ vulnerat: nec mẽtẽ ingnat? O dulce-
do amoris ⁊ amor dulcedinis. Comedat te
venter meus nectare tui amoris impleant̃
viscera mea: ⁊ eructet mens mea verbum
bonũ. Charitas deus meus: mel dulce: lac
iuuenũ: cibus grãdiũ: fac me crescere in te
vt sano palato possis manducari a me. Tu
es vita mea qua viuo: spes mea cui ĩhereo
gloria quã adipisci ðsidero. Tu mihi cor te
ne: mentẽ rege: intellectũ dirige: amorẽ eri
ge: animũ suspẽde: ⁊ in supna fluẽta spm̃ si-
tientẽ trahe. O aĩa mea insignita dei ima-
gine: decorata similitudine: deputata cum
angelis: capax beatitudinis: heres bonita-
tis: rõnis pticeps: qd tibi cum carne? O re
gnũ celoꝝ felicissimũ: regnuz carẽs morte:
⁊ vacãs fine: ⁊ cui mille tpa succedunt per
euũ: vbi cõtinuus sine nocte dies nescit ha
bere tp̃s: vbi victor miles donis ineffabili-
bus ꝑmiat̃ nobili ⁊ ꝑpetua caput amplectẽ
te corona. Cogita vnde venis caro et eru-
besce vbi es ⁊ ingemisce quo vadis ⁊ con-
tremisce vbi eris et expauesce. Semp fuit

nibil summa philosophia cogitare q̄lis caro mea ventura sit mortua. Quid fetidius humano cadauere? Quid horribili⁹ mortuo homine: cui⁹ erat gratissim⁹ amplexus erit terribilis aspectus in morte. Quid p̄sunt diuitie? Quid honores. Si diligenter cōsideres qd p os ⁊ nares: ceterisq̧ corporis sensus: vel meatus egredit̄ vili⁹ sterquiliniū nunq̄ vidisti. Si p̄ciosas vestes te indueris: subter te tinea sternet̄: ⁊ operimentum tuū erunt vermes. Nō potest anima indui vestib⁹ preciosis: nisi prius sit vitijs spoliata. Qui enī plus diligit mūdū q̄ deū seculū q̄ claustrum: gulam q̄ abstinentiā: luxuriam q̄ castitatē: sequit̄ diabolū ⁊ ibit cum eo in sepulchrū eternū. Intolerabilis imprudētia est: vt vbi exinaniuit maiestas infletur vermiculus ⁊ intumescat. Mūd⁹ p̄mittit ⁊ deficit: diabolus p̄mittit ⁊ decipit: christus p̄mittit ⁊ reficit. In via dei nō p̄gredi regredi est. Securū habemus o hō accessum ad deum: vbi habes matrē ante filiū: filiū ante patrē. Mater ostendit filio pectus ⁊ vbera: filius ostendit patri latus ⁊ vulnera. Nulla ergo potest esse repulsio: vbi tot concurrunt charitatis insignia. Si incurras scopulos tribulatiōis: si insurgāt vēti tētationū: respice stellam: voca mariā. In periculis: in angustijs: in rebus dubijs mariā cogita: mariā inuoca: non recedat a corde: nō discedat ab ore. Sileat misericordiam virgo beata quicūq̧ in suis necessitatibus fideliter inuocatā sibi meminerit de fuisse. Si dn̄a sordib⁹ ⁊ fetore peccator peccatorum fedamur: non timeamus a nob̄ q̄ tuus vultus misericors auertat̄. Si vis ergo inuenire gratiā eius: interuenientē voca mariā. Siquid gr̄e amisit: ad eius recurrat interuentricē mariā. Quid ad mariam accedere trepidas humana fragilitas: nihil austerū est in ea: nihil terribile: tota suauis est: omnib⁹ offert lac ⁊ lanā. Bn̄dicta es super oēs mulieres: q̄ angelos precedis puritate: patriarchas superas fidei magnitudine: ap̄los vincis charitate. Quis vnq̄ inuocauit eam ⁊ non est exauditus ab ea? Hec est mater pulchre dilectionis: timoris ⁊ magnitudinis ⁊ sancte spei: que pro miseris orat: pro afflictis supplicat: pro peccatoribus intercedit. Amplectamur marie vestigia frēs: ⁊ deuotissima supplicatione beatis illius pedibus inuoluamur. Teneamus eā nec dimittamus donec benedixerit nob̄ potens est enī. Cū maria dicit̄ vel nominat̄ celū ridet: angeli gaudent: mūdus exultat: demones fugiunt: infernus contremiscit. Bona virginitas in maria: que vtrumq̧ sexum nō solum absoluit a crimine: verum etiā ad gratiā p̄uocauit. Merito in te virgo beata respicidt oculi nostri: quia in te ⁊ ex te ⁊ de te benignissima man⁹ saluatoris quicquid creauerat recreauit. Quid enim de fōte pietatis p̄cedere potest nisi pietas? Laudemus virginitatē tuā: humilitatē imitemur. Sz misericordia dulcissime viginis miseris sapit dulcius cū crebrius inuocat̄.

¶ Stimulus anime ad sui cognitionē. Ca vij



Erret me vita mea. Nāq̧ diligenter discussa apparet mihi aut peccatū: aut sterilitas terre tota vita mea. Et siquid videt̄ in ea fruct⁹ sic est aut simulatū: aut imp̄fectū: aut aliq̄ mō corruptū: vt possit nō placē aut displicē deo. Ergo o peccator vita tua nō iam fere tota: sz certe tota aut in pctō ē ⁊ damnabil̄: aut infructuosa ⁊ c̄tēptibil̄. Sed qd sepe fructuosā a dānabili? Utiq̧ si ē infructuosa ē dānabil̄. Cōstat enī ⁊ verū ē: qd̄ vitas dixit Oīs arbor q̄ nō fert fructū bonū excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄. Deniq̧ siqd ago vtile p̄rsus nullaten⁹ illd̄ cōpēso alimētis corporis quib⁹ abutor. Sz qs pascit pec⁹: qd̄ nec tantū p̄dest q̄ntū cōsumit? Et tū tu benign⁹ de⁹ tu nutris: expectas inutilē tuū vmē: ⁊ fetentē petis. Tolerabili⁹ ē canis putrid⁹ hoib⁹: q̄ aīa peccatrix deo: ⁊ infelici⁹ ista deo q̄ ille hoib⁹. Heu nō hominē: sz obprobriū hominū: vili⁹ pecore: pei⁹ cadauere. Tedet aīam meā vite mee: viuē erubesco: mori p̄timesco. Quid ergo restat tibi o pctōr: nisi i tota vita tua plores vitā tuā? vt ipsa tota ploret se totā? Sz in h̄ q̄ aīa miserabilit̄ miserabil̄: q: nō tātū dolet q̄ntū se noscit: sed sic secura torpet: velut qd patiat̄ ignoret. Aīa sterilis qd agis? qd

torpes aīa peccatrix? Dies iudicij venit: iu
xta ē dies dn̄i magnꝰ: iuxta ⁊ velox nimis.
Dies ire dies illa: dies tribulatiōis ⁊ angu
stie. dies calamitatꝭ ⁊ miserie: dies tenebra-
rū ⁊ caliginis: dies nebule ⁊ turbinis: dies
tube ⁊ clāgoris. O vox diei domini amara.
Quid dormitas anima tepida ⁊ digna euo
mi? Quid dormitas? Qui nō expgiscit ad
tantū tonitruū: nō dormit: sꝫ mortuꝰ ē: Ar-
bor infructuosa vbi sunt fructꝰ tui? Arbor
digna securi ⁊ igne: digna succidi: q sūt fru
ctus tui? Utiqꝫ spine pūgētes: amara pctā:
q̄ vtinā sic te penitēdo pūgerēt vt ɔfringe-
rēt: sic amarescerēt vt euanescerēt. Quod
forsan putas puū aliqđ pctm̄? Utinā distri
ctus iudex puū estimaret aliqđ pctm̄. Sed
heu mihi: nonne oē pctm̄ p preuaricationē
deuꝫ exhonorat. Qđ ḡ pctm̄ audebit pctōr
dicē puū? Deū enī exhonorare qn̄ ē puū?
O lignū aridū ⁊ inutile eternis ignibus di
gnū: qd rn̄debi i illa die: cū exiget a te vsqꝫ
ad ictū oculi: oē tp̄s tibi īpensū viuēdi req-
ret q̄lit fuerit a te expēsū? Tūc quippe ɔdē
nabit qcqd inuentū fuerit in opibꝰ ocij ser
monis ⁊ silētij vsqꝫ ad minimā cogitatiōeꝫ
⁊ totū qđ vixisti: si nō fuerit ad dei volūta-
tē directū. Ue q̄t pctā pueniēt tibi ex īpro-
uiso q̄si ex insidijs: q̄ mō nō vides: q̄tqꝫ nō
eē mala putas: q̄tqꝫ nō nisi eē bona credis:
nudata facie appebūt tibi nigerrima pctā.
Ibi pculdubio recipies put gessisti ī corpe
tūc cū iam nō erit tp̄s mīe: tūc cū penitētia
nō recipiet: cū emēdatiōe nō pmittet. Hic
cogita qd gessisti: qd oporteat te recipe. Si
multa bona: pauca mala: multū gaude. Si
multa mala: pauca bona: multū luge. Inu-
tilis pctōr an nō sufficiūt tibi ad īmanē ru-
gitū: an nō sufficiūt tibi ad eliciēdū sangui-
nē ⁊ medullas in lachrymas: vt miserabil'
duritia: ad quā ɔfrigēdā leues sunt tā gra-
ues mallei. O miserabil' torpor: ad ɔcitādū
sunt obtusi tā acuti aculei. O letal' sopor: ad
quē excitādū raucū ē tā terrificū tonitruū.
Pctōr inutil' satis tibi hec debēt eē ad cōti
nuādū luctū: sufficē tibi pn̄t ad sorbēdū va-
gas lachrymas. Sꝫ cur debeo de grauedi-
ne: de magnitudie īminētis miserie qcquā
dissimulādo tacē: ⁊ ocul' aīe nr̄e furari. An

vt īprouisi irruāt repētini dolores: vt subi-
to ingruat ītolerabil' tēpestas? Certe nō sic
expedit pctōri. Si ení dixero qcqd potero
cogitare nōdū ad id qđ res ē potit cōpari.
Igit adducāt deducāt ocli mei lachrymas
p diē ⁊ noctē: ⁊ nō taceāt. Auge ḡ pctōr: au-
ge supiorībꝰ erumnis pōdus: adde terrorē
sup terrorē: vlulatū sup vlulatū. Nā ipse te
iudicat ad cuiꝰ ɔtumeliā spectat quicqd in-
obediēs deo: aut puaricator peccas: q tibi
bonū p malo reddit: cui tu malū p bono: q
nūc patiētissimꝰ: nūc discretissimꝰ: clemētis
simus nūc: iustissimꝰ tunc. Heu me cur pec
caui? Deū inhonoraui: oīpotentē puocaui
Pctōr qd feci: cui feci? Ue oīpotētis ne ir-
ruas sup me: Ira oīpotētis vbi potis capi?
In me nō ē qđ te possit tollerare. O angu-
stie hinc erūt accusātia pctā: inde terrēs iu
stitia: subter patēs chaos inferni: desup ira
tus iudex: intus ɔsciētia: foris ardēs mūdꝰ
Si iustus vix saluabit: pctōr dephēsus sic ī
latebrā q̄ se pmet: ɔstrictꝰ vbi latebo? Quo
parebo? Latere erit īpossibile apparē erit
ītollerabile. Id desiderabo ⁊ nusquā erit:
istud execrabo: ⁊ vbiqꝫ erit. Quid tunc?
Quid erit tunc? Quis eruet me de manu
dei? Unde mihi consiliū: vn̄ salus? Quis
est qui dicit magni ɔsilij angelus: qui dicit
saluator: vt nomē eiꝰ vociferē? Idem ipse ē
Iam ipse ē. Iesus idē ē Iudex int cuiꝰ ma-
nus tremo. Respira iam o pctōr: respira ne
despes. Spa ī eo quē times. Affuge ad eū a
q̄ aufugisti: īuoca iportune quē supbe puo
casti Iesu iesu obliuiscē supbū puocātē: re-
spice miserū īuocantē. Nomē dulce: nomē
delectabile: nomē ɔfortās pctōrē ⁊ btē spei.
Quid enī ē iesus nisi saluator? Ergo iesus
pp temetipm̄ esto mihi: iesus q me plasma
sti ne pdas: q me redemisti: ne ɔdemnes: q
me creasti tua bonitate: ne peat opus tuū ī
sua iniqtate. Rogo te pijssime ne pdat mea
iniqtas qđ fecit tua bonitas oīpotēs. Re-
cognosce benissime qđ tuū est: ⁊ absterge qđ
alienū ē. Iesu iesu miserē dū tp̄s ē miserēdi
ne dānes ī tpe iudicādi. Que nāqꝫ tibi vti
litas ī sāguie meo: si descēdero ī etnā dāna
tionem. Neqꝫ enī mortui laudabūt te dn̄e:
neqꝫ oēs q descēdūt ī infernū. Si me admi

seris mīe tue sinꝰ nō erit āgustioꝛ ꝓpter me dn̄e. Admitte ḡ desideratissime iesu admit te me ītra numerū electoꝝ tuoꝝ: vt cū illis te laudē: te ꝑfruar: ⁊ glier ī te. Inť oēs q̄ di ligūť nomē tuū. Qui cū pr̄e ⁊ scō spū viuis ⁊ gl̄iaris ꝑ interminata secl'a Amen.

clxviij ℭ De miseria humana Sermo vnicus.



O hō qui ex anima rationali ⁊ humana carne subsistis ꝯditiōis misere: repletus multis miserijs: miser ⁊ miserabil' hō: pauꝑ: cecꝰ: nudꝰ: plurimis necessitatibꝰ subditus: ad coꝛ tuū reuertē. Quid foris vagaris? Quid foris queris? Quid in carnalibꝰ studes? Quid in seclaribꝰ te īplicas? Quid in vanitatibꝰ te inuoluis: ī inferioribꝰ delectaris: ⁊ ab omnibꝰ interioribus ⁊ superioribꝰ elōgaris: ꝑ ea q̄ foris sunt diffunderis? Quāto magis ad mūdū accedis: tāto lōgiꝰ a deo recedis Quāto magis foris es sapiēs: tanto magis intus stultꝰ efficeris. Quanto magis extra lucraris: tanto magis intꝰ ꝑderis. Quāto magis ī his q̄ foris sūt vagaris: tāto magis intꝰ euacuaris. Quāto magis ī tpalibꝰ es sollicitꝰ: tāto magis es mēdicꝰ in spūalibꝰ. Quid ē hō ꝙ oīa ordinas: ⁊ teip̄m nō vis ordinare? Quid ī oibꝰ es prudēs: ⁊ circa temetip̄z es īsipiēs? Quid est ꝙ ad oīa q̄ foris sūt sollicitꝰ es bona facē: ⁊ temetip̄m finis eē malū ſꝑ ⁊ inutilē? Dormit in te spūs dei: ⁊ vigilat ī te spūs mundi. Uacat in te rō: ⁊ viget in te sensus. Extiguiť in te spūs dei: dn̄ať ī te amoꝛ mūdi. Feruet in corde tuo amoꝛ terrenoꝛuz: ⁊ moꝛiť in te amoꝛ eternoꝝ bonoꝝ. Mundū diligis ⁊ deū relinqs. Diuz recordaris ⁊ teip̄m obliuiisceris. Que sup terrā sūt desideras ⁊ diligis: celestia v̊o non curas. Approp̄inq̄s ad īteritū: ⁊ lōge fis a salute. Curris ad diabolū ⁊ ꝓlōgaris a deo. Redi redi p̄uaricatoꝛ hō ad coꝛ: qꝛ loqť deꝰ pacē eis q̄ ꝯuertunť ad coꝛ. Oīa mūdi huiꝰ tibi dedit deꝰ: ⁊ tu ꝓpter oīa relinqs eū. Oīa ꝓpter te fecit deꝰ: ⁊ tu ꝓpter oīa dimittis temetip̄z. Propť oīa q̄ occurrūt tibi dimittis deū: ⁊ iccirco oīa dimittēt te. Propť creaturas relinqs creatorē: ⁊ iō ꝯtra te īsurgēt oēs creature. Quia offēdēdo creatorē offēdisti oēz creaturā: ⁊ ideo creature q̄ facte sunt in ministeriū ⁊ vtilitatē tuā ꝯuerteňť ī vindictā ⁊ penā tuā. Et ve tibi erit sine fine: qꝛ noluisti habē bonū sine fine. Recognosce itaq̄ꝫ hō miser recognosce temetip̄m. Recogita quia nihil fueris. Attende ꝙ vilis ⁊ malus es. Cōsidera quid futurus es. Plange hō miser plange incessanter peccata tua. Dele lachꝛymis malitias ⁊ miserias tuas: qꝛ volūtate ꝓp̄a peccasti. Displiceat tibi sup oīa: displiceat tibi toto corde: ⁊ ꝯtinuo displiceat tibi: ꝙ dn̄m īmense maiestatis h̄ntē potestatē omnis carnis: ⁊ mittere coꝛpꝰ ⁊ animā in gehennā: ausus fuisti offendē. Amarescat tibi amarissime coꝛ tuū ꝙ deū sūmū patrē incompꝛehensibilis bonitatis: qui benignus ⁊ misericoꝛs est sup ingratos ⁊ malos volūtarie libēter ac delectabiliter offēdisti. Totꝰ displiceas tibi vt totꝰ possis placere sibi qui est summꝰ verus ⁊ solus deus: cui nemo placet nisi qui sibimetipsi displicet: ⁊ nemo ei displicet nisi qui sibimetipsi placet. Dissipat nāq̄ꝫ deus ossa eoꝝ qui hominibus placēt. Et quod altum ⁊ pulchꝛū est apud homines: abhominabile est apud deum. Mirū est de te homo miser: ad mala quippe es totus auidus: totus pꝛomptꝰ: totus facilis: totus sapiēs: ⁊ totus sollicitꝰ: ad bona autē es totus durus: totus piger: totus trepidus: totus stultus: totus incredulus ⁊ rebellis. Unde tibi hoc nisi a carne quam diligis ⁊ sequeris? Quia v̊o carnem diligis carnem sequeris: ⁊ quia carnem sequeris opera carnis facis: ⁊ cum ea punieris. Carnis tue fructus est libido: cōcupiscentia: inuidia: infirmitas: id est fragilitas ⁊ doloꝛ: vermis: putredo fetens: et fetidus fetoꝛ. Tuipse es tenebris ignoꝛantie sic excecatus: vt nescias quid sis: non attendis quo vadis: non animaduertis factum tuum: neq̄ꝫ insidias inimici ⁊ tentationes eius fraudulentas intelligis. Totus negligens es: nec cogitas quo tendere debes: viam nescis et non inquiris. Grandis nāq̄ꝫ tibi restat via. Sollicite tibi q̄ris cibū vestitū ⁊ requiē ⁊ oēs carnis necessitates q̄ꝰ indiges: de vita v̊o ⁊ salute aīe tue

semper tepes non curas licet semp indigeas plen⁹ nequitijs ꝛ malicia. Miser homo vt miserum pascas corp⁹ ꝛ vestias ꝛ carnis voluptatib⁹ que post paucos dies a vermibus deuorabitur satis facias sollicitus laboras: discurris vigilias ꝛ somnum non capis oculis vt repleas ventrem: ꝛ pro anima tua que deo presentanda est in celis: cur nō sollicitus fatigaris vt ipsam pascas bonis operibus: ꝛ induas virtutibus: ne appareat nuditas eius? Homo tristis queris semp implere ventrem: cur non pascis animam esurientem? De vase stercorum semper curas ꝛ de dei imagine cur nō curas? Pascis sterilem ꝛ que non parit: animam autem esurientem non facias bonis. Ue tibi erit quia anima tua propter famē in te deficiet? Ue tibi est: ꝛ ve tibi erit: quia reddis que sunt cesaris cesari: ꝛ nō reddis que sunt dei deo ꝛ ideo maledictus es a deo et confunderis ab eo. Uide miser homo quia totum est vanitas: totum stulticia: totum dementia: qcquid cogitas: quicquid facis in hoc mūdo preter id solum quod in deū ꝛ propter deū ꝛ ad honorem dei facis. Quicquid sine deo facis totum est malicia ꝛ vanitas: qꝛ nihil ē bonum sine summo bono. Et magna miseria hominis est cum illo nō esse sine quo nō potest esse. Unde homo miser qui ad similitudinem ꝛ ad imaginem dei creatus es et propter nimiam charitatem domini nostri iesu christi a morte eterna ac turpissima redemptus es: ꝛ liberatus es: ꝛ ad videndaꝫ claritatem summi dei sola inestimabili misericordia sua vocatus es ꝛ plurimis beneficijs ex quo eē cepisti ab altissimo patre totius bonitatis ad vitam eternam habendā per vnicum filium suum inuitatus es: miser homo recognoscere hunc honorem intellige dignitatem tuam qui a tanta maiestate honoratus es. Eternus enim deus ꝛ immensus creauit te: formauit te: redemit te: ꝛ inuitauit te. Maximus honor ꝛ amplus amor Cognosce o homo honorem tuum ꝛ curre gratias agens ad inuitatorem tuum ne forte si ingratus ire volueris: aut villa: aut boues: aut vxor te impedierint iratus domin⁹ iubeat te succendi: ꝛ tibi hostiū vite eterne in perpetuuꝫ claudat. Cognosce ergo o hō honorem tuum: ꝛ honora creatorem tuum. Sed heu hodie potest recte dici homo cuꝫ in honore esset non intellexit: comparat⁹ est iumentis insipientibus ꝛ similis factus est illis. Dignum certe ꝛ iustum est: vt qui socius noluit esse angelorū fiat similis iumētorum: ꝛ qui destruxit in se imaginem ꝛ similitudinem dei: dignum est vt imago ꝛ similitudo iumentorum adhereat ei. Cognosce te ergo o homo miser cognosce te meliorē aiībus meliorem cunctis animantibus: noli eē similis iumētis insipientibus que solam vitam presentem cogitant que tantum carnalia ꝛ temporalia diligunt: quia nec alia sciūt Homo non te subicias carni nō sis amator mundi non te sustineas esse filium diaboli propter honorem potentissimi ꝛ sapientissimi ꝛ incomprehēsibilis patris tui altissimi dei eterni. Propter nomen dei admirabile non te constituas aduersarium ꝛ homicidā tui: ꝑpter amorem benignissimi dei nō te facias inimicum omnipotētis dei: ꝑpter vnigenitum ꝛ dilectum filium iesum xp̄m non te facias socium demonioꝝ ꝛ combustiōis ignis eterni. Qui redemptus es preciosissimo sanguine agni imaculati: noli tantū precium vilipendere q̄ pro te dei filius dignatus es exoluere: ne sempiternis inuoluaris incendijs. Tunc enim penam maximā habebis sine remedio: tunc dolorem incpinabilem patieris sine fine ꝛ tormēto plen⁹ eris nunq̄ꝫ tū aleuiaberis: qꝛ qui non fleuit qn̄ erat tempus flendi eterno luctu lugebit: ſꝫ sine fructu. Redi ergo ad te homo redi ad spūalia. Redi ad eterna ꝛ celestia gaudia: redi miser redi ad illum. Ne tardes ꝯuerti qui te sua ptāte sua fecit sapia redemit sua inenarrabili bonitate ad se vocauit ꝛ expectat adhuc quotidie vt te coronet. Quid q̄ris extra illū? Quid desideras preter ip̄m? Quid tibi placet sine ipso? Ipse fecit oīa: ipse hꝫ oīa ipse ē oīa: quodcūq̧ bonū cupis quodcūq̧ pulchrum queris quodcūq̧ dulce ꝛ delectabile requiris: totū in ipso inuenies ꝛ in ipso pfrueris. Si gaudere ip̄e gaudiū est. Si te pugnare delectat ip̄e palma ē. Si coronari vis ip̄e corona est. Si vincē cu-

pis ipse victoria est. Si potentiã desideras
ipse potētia ē. Si fortitudinem queris: ipse
fortitudo est. Si iustitiam vis habere: ipse
iustitia est. Si amas sapientiã: ipse fons sa-
pientie est. Si charitatē vis: deus charitas
est. Si diuitias appetis: ipse diues ē. Si pul
chritudinem vis habere: summa pulchritu
do ipse est. Si plenitudinem queris omnis
boni ipse plenitudo est. Si gloriam ⁊ bono
rem cupis: vera gloria ⁊ summ⁹ honor de⁹
est. Si pacē vis: pax eterna ipe est Quicqd
boni queris summũ bonum ⁊ omne bonũ
ipse est. Immo semper est totus desidera-
bilis: totus dulcis: totus amabil': totus sua-
uis: ⁊ totus delectabilis. Ipse semp vbiqꝫ
totus est: vbicũqꝫ fueris sine ipso male eris
⁊ male tibi erit: ⁊ vbicũqꝫ fueris cũ ipso be-
ne eris ⁊ bene tibi erit. Subijce itaqꝫ te to-
tum ei qui te totum fecit: a quo omnia ha-
bes: cuius gratia omni momento vteris.
Serui semper ei qui non patitur omnia no
cere tibi: que semper nocerent tibi libenter
siue infirmitates: siue homies: siue bestias:
vel demones: vel quecunqꝫ alia. Serui sem
per ei qui non sinit te cadere in omnia pec-
cata: q non permittit vt inferas tibi omnia
mala ac damna que libenter faceres. To-
tus semper ama patrem ⁊ filiuꝫ ⁊ spiritum
sanctum solum verum ⁊ summum bonum:
qui semper solus vere ⁊ summe te diligit.
Placeat igitur tua voluntas sibi: ⁊ volun-
tas eius semper placeat tibi. Semper con-
corda te cum eo: semper sequere eius vo-
luntatem in omnibus: qui semper bonum
tuum vult: qui nihil aliud curat nisi salutē
tuam: cuius voluntas ad miserandum ti-
bi est beniuola: ⁊ delectatur benefacere ti-
bi. Nunquid putas teipsum magnum ami
cum tibi? Magis amicus ēst deus tibi q̈ꝫ
tuipse tibi: quoniam magis ipe diligit te q̈ꝫ
tu temetipsum. Nunquid credis alterius
auxilium fortius: aut alterius consilium vti
lius? Erras si id credis. Stultissimus ⁊ de-
mentissimus es: quia tua desideria vel alio
rũ sequeris: ⁊ illi⁹ ꝯsiliũ dimittis: q semp ē
amic⁹ dulcis sapiēs ⁊ pius ꝯsiliari⁹ ⁊ salua-
tor: ⁊ sup oĩa adiutor fortis ⁊ potēs: pr̄ futu
ri seculi: ⁊ princeps pacis Amen.

¶ De pugna spirituali Sermo primus.



Ex diues ⁊ po
tens deus omnipotēs filium
sibi fecit hominē quem crea-
uit. Cui sicut puero delicato
pedagogos delegauit: legē: prophetas ce-
terosqꝫ tutores ⁊ auctores vsqꝫ ad prefini-
tum tempus eius consũmationis ⁊ instru-
xit eum ⁊ monuit: dñm eum constituēs pa-
radisi: omnesqꝫ thesauros glorie sue ei ostē
dens: ⁊ repromittens si se non desereret: ⁊
ne quid deesset bonis eius etiam liberũ ar
bitrium indulsit: vt bonum eius esset volũ
tarium: non coactum. Accepta licentia bo-
ni ⁊ mali cepit eum tedere bonorum suoꝝ:
a concupiscentia sciendi bonum ⁊ malum.
Egressus igitur de paradiso bone conscien
tie noua querens que nesciebat: qui nulla
adhuc nisi bona nouerat: patris legibus et
pedagogis relictis mãducauit de ligno sciē
tie boni ⁊ mali ꝯtra vetitũ pr̄is: ⁊ abscōdēs
se miser ⁊ fugiēs a facie dñi cepit vagari in
sipiēs p mōtes altitudinis: p valles curiosi
tatis: p campos licētie: p nemora luxurie: p
paludes carnaliũ voluptatũ: p fluct⁹ curaꝝ
seculariũ. Uidēs antiquus predo puerũ la
sciuũ sine custode sine rectore, pcul a domo
pr̄is vagantem: accessit ad poma illa inobe
diētie manu male psuasionis illi porrigens.
Postq̈ꝫ ꝯsensũ ab eo elicuit: aggressus ē mi
serũ: ⁊ in terrã ⁊ in terrena desideria eũ pci
pitãs: pedesqꝫ .i. mētis affectiōes ne surgat
fortissimis ei secularis ꝯcupiscētie vinculis
alligans: manusqꝫ operis ⁊ oculos mentis
misit eum in nauim male securitatis: ⁊ flan
te vehementer vento adulationis transue
xit eum in longinquã regionē dissimilitudi
nis. Ueniens ille in regionē non suam: ve-
nalis factus est omnibus qui pretergrediũ
tur viã. Discit porcos pascere: siliquas por-
corum manducare. Dedíscit omnia que di
dicerat: discit que nesciebat seruilia scilicet
opa: victusqꝫ in desperationis carcere: vbi
in circuitu impij ambulãt: in mola illa ipie
circuitionis cogit̄ molere emolumēto male
ꝯsciētie. Proch dolor vbi ē nũc pr̄ ille potē-
tissim⁹ ⁊ dulcissim⁹ atqꝫ liberalissim⁹? Nun

quid potest obliuisci filium vteri sui? Absit.
Non obliuiscitur: condolet: ⁊ conqueritur
de absentia ⁊ perditione filij. Mādat ami-
cis: sollicitat seruos: omnesqꝫ suscitat ad re-
quirendum eum. Unus seruorum scilicet ti
mor ad imperium domini fugitiui vestigia
persequens in profundum carceris inuenit
filium regis carceralibus peccatorum sordi
bus obsitum vinculis ⁊ cathenis male con-
suetudinis ligatum miserum ⁊ amentem: et
in miserijs securum ⁊ ridentem. Quē vbis
⁊ verberibus vrgens vt exiret ⁊ rediret tā-
ta miserum confusione deiecit: vt sicut mor
ti iam vicinus iaceret: ⁊ adhereret in terra
venter eius. Ingressus est eodem vestigio
alius cui nomen spes vidensqꝫ filium regis
a timore non erutum sed obrutum non adiu
tum sed deiectum: accessit leniter ⁊ suscitās
eum a terra inopem et de stercore erigens
pauperem. Leuansqꝫ caput eius ⁊ coacta in
vnum veste consolatiōis oculos eius deter
gēs ⁊ faciem: heu inquit quāti mercēnarij
in domo patris tui abundant panibus: tu
autem hic fame peris. Surge obsecro ⁊ va
de ad patrem tuum: ⁊ dic ei. Pater fac me
sicut vnū d mercēnarijs tuis. Tunc ille tan
dem vir ad se reuersus modicum: tu ne es
inquit spes? Et quomodo spei potuit introi
tus patere in tantū ⁊ tam horrendum ꝓfun
dum desperatiōis mee? Ego sum spes a pa
tre tibi trāsmissa: te adiutura: te non desera
tura: donec te ītroducam in domum patris
tui ⁊ in cubiculum genitricis tue. Et o inqt
ille dulce leuamen laborum: dulcis consola
tio miserorum: o vna non infima de tribus
cubilis regij assistricibus: Uides carceris
mei profundum imane: vides vincula mea
que tamen ad ingressum tuum maxima iā
ex parte dirupta sunt: et dissoluta: Uides
captiuatorum meorum īmanem multitudi-
nem: fortitudinem: velocitatem: astuciam:
⁊ quis est locus? At spes: ne timeas inquit.
Qui nos adiuuat misericors est: qui pro no
bis pugnat omnipotens est pluresqꝫ nobis-
cum sunt qꝫ cum illis. Super hec omnia ad
duxi tibi a patre equum desiderij: cui cum
insederis me duce ab his omnibus secur⁹
proficisceris. Duxit ⁊ mollibus stramentis
pie deuotionis submissis ⁊ bonorum exem
plorum calcaribus additis: equo desiderij
imposuit filium regis. Sed frenum defuit
tanta erat festinatio fugiendi. Illico equus
currit vt effrenis: trahit spes ante: timor re
tro verberibus vrget ⁊ minis. Tunc vidē-
tes hoc conturbati sunt principes edon ro-
bustos moab obtinuit tremor: obriguerunt
omnes habitatores chanaan. Irruat super
eos formido et pauor in magnitudine bra-
chij tui. Fiant immobiles quasi lapis donec
pertranseat filius tuus iste: quē possedisti.
Sed cum sic feruntur precipites: effugiunt
quidem sed non sine periculo: quia sine mō
⁊ sine consilio. Propter quod a patre trans
missa accurrit prudētia vna d summis prin
cipibus paradisi: in comitatu habens ami-
cam sibi temperantiam ⁊ tenens currentes
partius inqt obsecro partius dicit salomon
noster. Qui festinus est pedibus offendit.
Si sic curritis: offendetis. Si caditis: filiuꝫ
regis quem suscepistis liberandum inimi-
cis redditis. Nam si ceciderit illico manus
eorum super eum. Hoc dicens frenū discre
tionis imposuit feruido illi equo desiderij
eiusqꝫ habenas temperantie comisit regen-
das. Cūqꝫ timor de vicina virtute inimico-
rum ⁊ tarditate fuge causaretur: vade inqt
prudentia retro sathanas: scandalum es no
bis: fortitudo ⁊ laus nostra domin⁹ ⁊ fact⁹
est nobis in saluteꝫ. Et ecce fortitudo miles
dei egregius accurrens per campum fidu-
cie extracto gladio letitie: nolite inquit no-
lite turbari: plures nobiscum sunt qꝫ cuꝫ il-
lis. Tūc prudentie celestis curie assueta cō-
silijs: cauete īquit obsecro quia hereditas
ad quam in initio festinatur sicut dicit salo-
mon in fine benedictione carebit. Profici-
scimini ergo non tam festinanter qꝫ pruden
ter? Inimici nō sunt ī itinere: sed iuxta iter
scandalum solent ponere in biuijs ⁊ triuijs
⁊ viarum amfractibus. Precedā itaqꝫ: vos
autem tenete viam iusticie ⁊ velociter indu
cemus vos in castra sapientie que iam pro-
cul non sunt a nobis. Sapientia enim est de
qua dicitur concupiscis sapientiam disce
iusticiam. Sic itaqꝫ dum viam vrget ti-
mor spes trahit munit fortitudo: tempe-

rantia moderatur prouidet et instruit pru-
dentia ducit ⁊ producit iusticia: appropin-
quat filius regis castris sapientie. Que no-
ui hospitis audito aduentu preoccupat euꝫ
qui se concupiscit: occurrit et ostendit se in
vijs hilariter. Fossa profunde humilitatis
castra cingebat: supra quã fortissimus ⁊ pul
cherrimus murus obedi̇ẽtie edificatus ce-
los penetrabat quẽ bonoꝝ exemploꝝ histo
rie vndiqꝫ depicte mirabilit̄ decorabant.
Edificatꝰ enim erat cũ ꝓpugnaculis. Mil
le clipei ex eo dependebãt omnis armatura
fortium: porta professionis oĩbus patens:
ianitor in limine dignos inducens ⁊ indi-
gnos abiciens: preco super portas clamans
si quis diligit sapientiam ad me declinet et
eam inueniet ⁊ eam dum inuenerit beatus
est si tenuerit eam. Huc filius regis occur-
rentis sibi sapientie ducatu introductꝰ imo
vlnis deportatus familie regie vallatus ob
sequijs ad medie ciuitatis arcem pducitur:
vbi edificauit ipsa sibi domũ excidit colum
nas septem: subdidit sib igentes superboꝝ
ac sublimium colla propria virtute calcauit.
Ibi collocat̄ in loco sapie quẽ ambiunt. lx.
fortissimi ex israel vniuscuiusqꝫ ensis super
femur suũ. Adest dauid in tympano ⁊ cho-
ro in cordis ⁊ organo. ceteriqꝫ celestis curie
paranymphi: gaudentes ⁊ exultãtes magis
super vno peccatore penitentiam agente: qꝫ
super nonagintanouem iustis q nõ indiget
penitentia. Tunc ecce veniens ab aquilone
ventus turbinis ⁊ ignis inuoluens totã cõ-
cussit domũ sapiẽtie castra turbauit. Egres
sus est enĩ pharao cũ curribus ⁊ equitibus
persequẽs fugientem israel. Cogitauerunt
etiam vnanimiter aduersus eum: testamen
tum disposuerũt tabernacula idumeoꝝ et
ismaelite. Moab ⁊ agareni gebal ⁊ amon ⁊
amalec: alienigene cum habitantibꝰ tyruꝫ.
Etenĩ assur ille magnus exterminator dia-
bolus venit cũ illis. Quid multa? Obsessa ẽ
ciuitas: iam surgunt tentationum machine
Vrget vndiqꝫ inimicus ille: in insidijs dra-
co: in aperto leo: cogit socios: ignes inicit: ꝑ
fodit muros: bella suscitat: insidias submit-
tit totius vrbis minans excidium. Intꝰ vo
timor ⁊ angustie ⁊ a vehementi ⁊ improuiso

hostium impetu oẽs turbati sunt ⁊ moti sũt
sicut ebrius: ⁊ omnis sapientia deuorata est
eoꝝ: ⁊ clamauerunt ad dñm cum tribularẽ-
tur: ⁊ curritur ad arcem sapiẽtie. Mala nũ
ciantur: consiliũ querit̄. Reuersa enim ad se
prudentia consuluit sapientiã qd facto opꝰ
sit. Illa accelerandum testat̄: ⁊ querendum
summi regis auxilium. Et quis inqt ibit ꝓ
nobis: At sapientia oratio inqt. Et ne morã
faciat in eundo: ascendat super equũ fidei.
Quesita diu oratio ⁊ in tanto tumultu vix ĩ
uenta adest. Ascendit illa super equũ fidei:
proficiscit̄ per viam celi nec cessat donec in-
tret portas dñi in ꝯfessione atria eiꝰ in hym
nis. Et sicut familiare mancipium cũ fidu-
cia accedens ad thronũ glorie dei: exponit
necessitatis sue negocium. Audito rex filij
periculo conuersus ad consortem regni sui
charitatẽ: o inqt quẽ mittã ⁊ quis ibit e no-
bis? At illa iqt. ecce ego: mitte me. Tũc rex
preualens inqt preualebis ⁊ liberabis eum
Illico egressam a facie dñi reginã celi cha-
ritatem: tota comitat̄ militia celestis. Ve-
niensqꝫ ⁊ descendẽs in castra a virtute ⁊ le-
ticia pñtie sue illico oĩa exhilarauit: cõmo-
ta composuit: turbata placauit. Reddita ẽ
lux miseris: timidisqꝫ fiducia. Redit coram
spes que pene aufugerat: fortitudo que pe-
ne corruerat. Resumit constantiã: tota sapi-
pientie militia. At inimici ciuitatem obsidẽ
tes: que nã est inquiunt tãta exultatio heri
⁊ nudiustertius? Veh nobis: venit dñs in
castra. Veh nobis: fugiamꝰ israelem. Dñs
enim pugnat pro eis contra nos. Sic ⁊ fugi
entibus inimicis gratie dei impetus letifi-
cat ciuitatem dei: sanctificauit tabernacu-
lum suum altissimus. Deus in medio eius
non cõmouebitur: adiuuabit eam deus ma
ne diluculo. Conturbate sunt gentes et in-
clinata sunt regna: dedit vocem suam mota
est terra. Dominus virtutum nobiscum su
sceptor noster deus iacob. Suscipiens eniꝫ
puerum dei et puerum suum regina chari-
tas erexit ad celum: patriqꝫ deo presenta-
uit. Cui pater placidus ⁊ serenus occurrẽs
cito inquit proferte stolam primam ⁊ indui-
te illũ ⁊ date anulũ in manu eiꝰ et calciamẽ-
ta i pedibꝰ eiꝰ ⁊ pducite vitulũ saginatũ ⁊ oc

cidite. Epulari.n. ⁊ gaudere oportet, qꝛ iste filius meus mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est. Nota hic quatuor in pueri nostri liberatione: primo penitentiam sed fatuam: scõo fugam sed temerariam ⁊ irrationabilem: tertio pugnam sed tepidam et meticulosam: quarto victoriam validam et sapientem. Que omnia in vno quolibet fugiente de seculo inuenies: primo enĩ hebes ⁊ insipiens postea preceps est ⁊ temerarius in prosperis deinde tepidus ⁊ pusilanimis ĩ aduersis: postremo prouidus ⁊ eruditus et perfectus igne charitatis. Peccantes ꝑma excipit negligentia sui: deinde curiosa rerũ exteriorum ⁊ ad se non pertinentiũ: deinde ipsarum rerum cõcupiscentia. Concupiscẽtiam sequitur ꝯsensus: consensuz ꝯsuetudo consuetudinem contẽptus: contẽptum malicia.i.affectus ⁊ delectatio peccati. Negligentia tardat: curiositas impedit: concupiscentia ligat: cõuersus stringit vel obdurat: consuetudo trahit: contẽptus precipitat: delectatio incarcerat carcere desperationis. Quare peccator dum venerit in ꝓfunduz desperat. Ueniens aũt spũs scũs ⁊ visitans miseram aĩam per septiformẽ gratiam suaz primum infundit ei timorem: timori subinfert pietatez: vt miseriam timoris suauitas consoletur pietatis: pietati scientiaz scilz vt sciat vti ⁊ timore ⁊ pietate ne a timore tristicia abundantior absorbeat: ne a pietate presumptio vana precipitet: scientie fortitudinem scilicet contra tẽptationes: ⁊ vt ꝓficiat in bono: non tm̃ scientie sed etiam fortitudini cõsilium: vt nec sciẽtie nec fortitudini nimium credatur sed omnia cum consilio agã tur: consilio intellectum vt iam in interiori cordis sui legat per se non solum queq; consulant homines sed etiam que sit voluntas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta: intellectui sapientiam vt qd̃ hactenus consilio vel intellectu didicerat iam ei transeat in affectum: vt per semetipsam gratia dei sapiat: ⁊ sapidum ei fiat ⁊ dulce quicquid hactenus duruz videbatur ⁊ intollerabile. Primũq; negligẽtie opponit timorẽ ⁊ qui timet nihil negligit: curiositati pietatem idest affectuz ad deum: que sicut dicit apostolus ad oĩa opus bonum vtilis est ⁊ omnino contraria curiositati: concupiscẽtie scientiam vt sciat seipsam: ⁊ in interioribus suis vacans non egrediatur ad cõcupiscentiam seculi, ne audiat illud: si ignoras te pulchra inter mulieres: egredere ⁊ pasce edos tuos: vel vt sciat q̃z vana sunt ⁊ caduca que concupiscit: consensui fortitudinem ne vincatur ad consensum: consuetudini consilium quia cum ventum fuerit ad consuetudinẽ tũc vere opus est consilio: contẽptui intellectum quia consilio iam hominum cõtẽpto nisi per se intelligat periculum suum iam proximus est desperationi: malicie sapientiam: quia sola sapientia vincitur malicia. Destruens autem spiritus scilicet per septiformẽ gratiam suã in anima humana septiformem hãc miseriã statim in ea edificat septiformem beatitudinem per spiritũ timoris faciens beatos pauperes spiritu: per spiritum pietatis beatos mites: per spiritum scientie beatos lugẽtes: per spiritum fortitudinis beatos esuriẽtes ⁊ sitientes iusticiã: per spiritum consilij beatos misericordes: per spiritum intellectus beatos mundo corde: per spiritum patientie beatos pacificos: cũ sapientiã vincit maliciam ⁊ pax illa dei exultat ĩ corde que exuperat omnem sensum: ⁊ hec est perfectio seruorum dei.

¶ De pugna spirituali. Sermo secũdus. clx



Inter hierusalẽ ⁊ babyloniam nulla pax est: ſʒ guerra continua. Habet autez vnaqueq; ciuitas regem suũ. Rex hierusalẽ xp̃s dñs: rex babylonis diabolus. Et cum alterum in iusticia: alterum in malicia regnare delectet: rex babylonis quos potest de ciuibus hierusalem per ministros suos spũs.s.imundos seducit: vt seruire eos faciat iniquitati ad iniquitatem: ⁊ babylonem trahit. Unde cum vnum de ciuibus suis constitutus speculator super muros hierusalez trahi cerneret: nunciauit regi captam predam in babylonez duci. Rex vo hierusalem aduocans spiritum timoris militem in talibus strenuum vade inqt eri-

pe predam nostraꝫ. Jlle aũt vt semꝑ est ad
oĩa imꝑanti paratus cũ velocitate hostes
ꝑseqtur ⁊ in aurib⁹ inimicoꝝ factus est re-
pente sonus tanq̃ꝫ aduenientis: spiritus ve
hemẽtis. Timor eniꝫ suꝑ eos intonuit ⁊ ad
vocem virtutis eius hostiũ robur contre-
muit: quos in fugam cõuersus timor non
longius prosequutus est: sed ereptuꝫ redu
cebat ad ꝓpria. Verũ vnus ex aduersarijs
tristitie spiritus nõ erat cum eis: quãdo ti
mor aduenit. Hic cũ cerneret socios sic fu-
giẽtes: ab insidijs in qbus latebat otius ad
uolauit. A timore inquit factũ est istud ob-
probriũ oĩbus nobis. Ne timeatis a timo-
re isto ait tristitie spũs. Scio eniꝫ qd facto
opus sit. Jbo ⁊ ero spiritus mendax in an-
gulis semitarũ: ⁊ amicũ me simulabo timo
ris. Noui enĩ hominẽ: nec ẽ agendũ cuꝫ eo
vi sed fraude. Vos aũt expectate finẽ. Fe-
cit qđ dixerat: ⁊ viarũ cõpendia captãs ꝑ
cessit timorem. Referensq̃ꝫ iterq̃ꝫ per viam
qua gradiebať timor: obuius ei factus est
nõ amica: sed iniqua cũ eo cõmiscẽs collo-
quia: ita vt seducere eũ ceperit: ⁊ timor ne
scius bono animo sequebať. Prope iã erat
vt eos in foueã desꝑatiõis ĩpelleret: sed spe
culator regi indicat qd agatur. Rex autem
hierusaleꝫ vnũ ex militibus spẽ. s. precepit
accersiri: quẽ cum equo desiderij ⁊ ense le-
titie in auxiliũ iubet accelerare timoris. Fi
delis miles ad imꝑium regis egrediẽs cũ
ꝑuenisset ad locũ vibrãs ensem letitie tristi
ciam effugauit. Sicq̃ꝫ liberatũ cõciuem ⁊
impositũ equo desiderij ꝓcedẽs trahebat
funiculo ꝓmissionũ: ⁊ timor sequẽs vrge-
bat facto flagello de funicul' pctõꝝ. Jbat
igitur volũtari⁹ equus hinc attract⁹ inde
compulsus. Sed in tam rapido cursu timẽ
duꝫ ei fuerat de aduersariorũ incursu. Vn
de ⁊ collegerunt milites babilonie consiliũ
dicẽtes. Quid facimus qui sic euasit: queꝫ
iam cum securitate possidebamus? Quo-
modo plausus inferni versus est in planctũ
⁊ per solos duos milites gaudium est in ce
lis super sui liberatione conciuis? Vnus
autem ex eis ceteris nequior cum sceleris
hui⁹ opifex esset: prophanum consilium pro
tulit dicens. Vos nescitis quicq̃ꝫ nec cogi-
tatis: quia modo ad capiendum phas sit:
⁊ sic captus difficilius eripi possit. Vos igi
tur a lõge ꝓsequimi ego me ĩ angelũ lucis
transfigurabo: ⁊ vt ignaros vie tanq̃ꝫ ad-
uenas ⁊ peregrinos docendi simulatione
decipiam. Jn hunc igitur modum fraude
exposita regi nostro speculator annunci-
at quid agatur. Venire quidem hominem
equo impositum desiderij sed plusq̃ꝫ opor-
tet ꝓperare: eo ꝙ frenũ ⁊ sella decessent. Ho
stes inquit a longe prosequuntur. Alij tan-
q̃ꝫ inueterati dierum malorum viarum cõ-
pendia captant. Sed ⁊ nunc vnum video
in quo amicorum nostrorum reducit effigi
es: a nobis tamen non ille exiuit. Necesse
est eat qui interrogare nouerit eum nost er
es an aduersariorum? Porro rex cuius ani
mum semper cura solicitat animaruꝫ duos
suos consiliarios ei mittit prudentiam scili
cet ⁊ temperantiam: quarum temperantia
quidem frenum discretionis imposuit: et
spem moderatius incedere persuasit. Pru
dentia vero timorem increpans ⁊ arguẽs
improbitatis euꝫ de futuro commonuit: et
equo sellam circumspectionis apposuit: vt
non caderet assessor eius retro scilicet pre-
teriti confusione peccati: ante meditationẽ
iudicij: a sinistris patientia muniretur a de
xtris humilitate. Porro spes ⁊ timor dede
re calcaria: spes in dextro pede expectatio-
nem premij: timor in sinistro metum suppli
cij. Et facta mora cum aduesperasceret: ⁊
inclinata esset iam dies rursus congrega-
ti sunt hostes in multudine vt dimicent cõ
tra eos. Pauet timor: spes accelerat: sꝫ vix
tandem eos ad consilium prudentia tempe
rantiaq̃ꝫ reuocauit. Et illa videtis inquit:
quia nox appropinquabit: dies precessit ⁊
qui ambulant in tenebris: nescit quo va-
dat? Porro nobis grandis restat via: nec
parua est hostium multitudo. Est auteꝫ mi
les quidam regi nostro fidelissimus: quem
ego noui habens castruꝫ prope nos positũ
⁊ firmũ est habitaculũ: quia ĩ petra posuit
nidum suum. Diuertamus ad illud si pla-
cet: q2 bonũ est nos illic esse. Quod cuꝫ pla
cuisset omnibus: ⁊ ducẽ itineris quesissent
ait prudẽtia. Armiger meus ratio precedat

nos est enĩ gnarus viaꝝ: ⁊ notus iustitie vt
pote ꝯsanguineꝰ. Precedēte itaq ratiōe ⁊
ceteris subsequētibꝰ anteuenit ratio: ⁊ salu
tata iustitia nũciauit hospites aduentare.
Querit illa q̄ sint: vñ ad qd veniãt sciscitaꝛ.
Et cũ recognouissꝫ: hylari vultu surgēs fu
giētibꝰ occurrit cũ panibꝰ: ⁊ obuiauit illis
q̃si mr̄ honorificata: susceptãq aĩam ab eq̄
deposuit ⁊ in penetralibus domus auidaꝫ
collocauit. Insequitur hostilis exercitus
⁊ castrum obsidens inquirit si quis forte
pateretur ingressus: ac tanq̃ leo rugiēs cir
cuit querēs quē deuoret. Sꝫ cũ illō vndiq
muitũ iueniũt: tētoria figũt ⁊ excubias or-
dinãt ne qs ĩgredi vł egredi veleat vt ma
ne facto instructis machinis dirruant: et
irruãt sup eos. Interĩ timor pauiditate ⁊
sollicitudĩe non piger: nec vnq̃ securꝰ cō-
militones excitat: iustitiã ꝯuenit: de muni-
tiōe loci ꝺ ꝑparatiōe armoꝝ querit adijciēs
ne forte sustētatiōi ꝺficiãt alimēta. Ad hec
iustitia rñdit. Sitꝰ loci vt aĩaduertē pote-
stis saxosus ⁊ inaccessibilis est paucos hēt
indigenas quos arido ordeacei panis cibo
sustentat: ⁊ nunc supersunt nobis qnq pa-
nes ordeacei: ⁊ duo pisces. Et timor Quid
hec inquit sunt inter tãtos? Cepit igiꝛ ma-
gis pauere ⁊ tedere: ⁊ arguēs animã ꝙ ab
equo desiderij descēdisset: illud sepius me-
morabat esse nouissima hominis illiꝰ peiora
prioribus. Equus enĩ ille veloci cursu festi-
nus aduolabat ad vrbem: nũc solius ratio-
nis cōmissus ducatui ipsa inquit videris si
nō melius erat tunc magis q̃ nunc. Pape
iam enim aduersus spem contraria sentien
tem timor insurgeret: sed temperantia pru
dentiã aduocauit. Accersita prudentia im-
probitatem timoris obiurgans in aduersa
rios inqt o timor mucro deseuiat. Nescis
quia rex noster rex virtutum est dñs fortis
et potens: dñs potens in prelio? Eat igitur
nuncius qui suorum necessitates exponat:
adiutorium flagitet: auxiliatoreꝫ adducat.
Et quis ire poterit ait timor? Tenebre ope
riunt terram: ⁊ muros obsidet hostiũ per-
uigil multitudo: ⁊ nos ignari tanq̃ ĩ regio
ne longinqua. Aduocant igiꝛ hospitē suam
iustitiam. Siquid inquiunt potes adiuua

nos. Quibus illa Bono animo estote. Est
enim mihi nuncius fidelissimus regi bene
notus ⁊ curie oratio scilicet q̄ in secreto no-
ctis silētio per ignotas semitas archana ce-
li penetrare: ⁊ cubiculũ regis adire: ⁊ opor
tuna ĩportunitateꝫ piũ regis aĩm ĩflectē nō
indoctus supplicatione miserabili laboran
tibus auxilium solitus impetrare. Eat ille
si placet: ecce enim presto est. Cũq omnes
respondissent placet: prudentia quid regi
insinuet dictante: iustitia vt fideliter agat:
⁊ ne vacuus reuertatur precipiēte: ceteris
⁊ maxime timore vt iter acceleret deprecã-
tibus per occultos quosdaꝫ muri exitus di
missus est. At ille hostiũ cuneos penetrans
securus omni aue velocior in momento in
ictu oculi vsq ad portas noue hierusalem
peruenit. Quas cũ clausas reperisset: ⁊ pul
sasset ianitoribꝰ egre ferētibꝰ ꝙ ĩ tēpeste no
ctis silētio ciuitatē ĩpleret clamoribꝰ: ⁊ regi
ipsi nō verereꝛ importunꝰ existē: ille ꝑseue-
rabat pulsans: ⁊ amplius loquebatur: Ape
rite inquit mihi portas iusticie: ⁊ ingressus
in eas cōfitebor domino regi nostro in ore
meo ſm multitudinem dolorum meorum:
qui sunt ĩ corde meo. Hec inquit porta do-
mini mei: iusticia me misit ad vos: vt intro
ducar ad regem: quia ad ip̃m habeo secre-
ta que perferam. Uox turturis audita ē in
terra nostra. Et cum cognouissent nunciuꝫ
esse iusticie: introduci eum precipiunt. In-
gressa oratio ad regem adorauit eum: ⁊ ait:
Rex in eternuꝫ viue. Et ille. Recte ne sunt
omnia circa dominũ tuũ: ⁊ que illius sunt
Et oratio. Recte domine vestri gr̃a. Por-
ro vnum est necessariuꝫ. Seruus ille pater
a cornibus vnicornium captus: sed ad im-
perium regis ereptus diuertit ad militem
vestrum dominũ meuꝫ. En dñe mi terra il
la australis ⁊ austera est: ⁊ cibum nō habet
Det dñs benedictioneꝫ: ⁊ terra nostra da
bit fructum suũ. En cōgregati sunt hostes
ĩ multitudinē vt dimicēt cōtra nos: ⁊ igno
ramus quid agere debeamꝰ: ⁊ nos fatiga-
ti sumus ieiunio hodie. Da nobis domine
auxilium de tribulatione: quia nō est alius
qui pugnet ꝑ nobis: nisi tu deꝰ noster. Por
ro rex noster cuius natura bonitas: motus

bis lachrymis ait: Quem mittemus? Ad
quē charitas. Ecce ego dn̄e mitte me. Rex
autē querebat de socijs. Sed charitas do-
mesticam sibi familiā dixit sufficere. Exijt
igitur vna cum comitatu suo illo nobili sci-
licet: gaudio: pace: patiētia: lōganimitate:
bonitate: mansuetudine: benignitate: fide:
modestia: cōtinētia: castitate. His stipatus
dux insignis ꝓgredit: certusqꝫ de victoria
erecto signo triumphali ꝑmā pertrāsijt ini-
micorum: secūdāqꝫ custodiā. Cūqꝫ venisset
ad portam ferream ciuitatis: vltro aperta
est eis. Ad cuius ingressuꝫ facta est leticia
magna in opido. Cūqꝫ suadēte gaudio vo-
ciferarēt omnes: ⁊ acclamarēt exortus cla-
mor castra exteroꝝ perterruit. Et illi que i
quiūt: vox ista exultatiōis i auri bꝰ nostris
de castris hierusaleꝫ: nō erat ita heri: ⁊ nu-
diustertius. Forte venit eis auxilium: ⁊ i-
petum faciēt in nos. Fugiamus israelē: do-
minus enim ꝓ eis cōtra nos pugnat. Inte-
apostolus a deo: ordinata sunt. Viderint ergo hec ignomine dissuasores q̄le sit dei ordinationi resistere. Valde ignominiosuꝫ est seruo si sit sicut dn̄s eius: aut discipulo si sit sicut magister eius. Plurimuꝫ se vobis deferre putant cum vos christo preferre conātur: ipso reclamante ac dicente. Non est seruus maior domino suo: neqꝫ apostolus eo qui misit eum. Quod non dedignatus est magister et dn̄s: talisqꝫ magister et dominus: indignum sibi iudicabit seruus bonus deuotusqꝫ discipulus? Oꝫ pulchre locutus est beatus ille cēturio cuius fidei nulla par inuenta est in israel. Et ego inqt homo sum sub potestate constitutus habēs sub me milites. Non iactabat potestatem quam nec solam protulit nec priorem. Dicturus quippe habens sub me milites premisit: hō sum sub potestate. Prius se agnouit hominem q̄ꝫ potentem. Agnouit inq̄ꝫ se hominem homo gentilis vt in se iam impleri ostenderet ꝙ longe ante dixerat dauid. Sciant gentes quoniā homines sunt. Homo inquit sū ⁊ homo sub potestate. Iā quicquid subinferas suspectam non habemus iactantiam. Premissa siquideꝫ est humilitas ne altitudo precipitet Nec enim locum inuenit arrogantia: vbi tam clarum humilitatis insigne precesserit. Agnoscis i firmitatem: confiteris subiectionem. Iam ⁊ te sub te habere milites profitere securus Reuera quia nō ꝯfusus est de subiectiōe: iure ex p̄latione meruit honorari. Non erubuit super se potestateꝫ: ⁊ ideo dignus qui haberet ⁊ sub se milites. Ex abundantia cordis os loquebatur. Et iuxta ꝙ intus ordinatas habuit affectiones. Foris quoqꝫ verba decenter composuit. Dedit prius honorem prepositis vt iam subditos iuste reciperet sciens se a superioribus accipere ꝙ impenderet inferioribus: ⁊ quia melius proprie subiectionis disceret experimento sua moderare imperia forte non ignorabat ꝙ subiecto sibi homini deus omnia subiecerit sub pedibus eius: offendenti se infensa reddiderit ⁊ is quem humilē constituerat super opera manuuꝫ suarum superbie merito comparatus iumentis insipientibus ⁊ similis factus sit illis. Mouerat et fortassis ꝙ humanus spiritus subditus cōditori subiectā sibi possederit carnē: rebellē rebellē inuenerit: factusqꝫ trāsgressor legis supioris sentire cepit aliam legē in mēbris suis repugnantē legi mentis sue ⁊ captiuātem se in legem pctī. Miror quosdā in nostro ordine monasterioꝝ abbates hanc humilitatis regulā odiosa cōtentione infringere: ⁊ sub humili quod peius est habitu ⁊ tōsura tā supbe sapere: vt cū ne vnū quidē v̄bulū de suis impijs subditos pretergredi patiāt̄ ipsi proprijs obedire epis ꝯtemnāt. Spoliant ecclesias vt emācipent̄: redimūt se ne obediāt. Non ita xp̄s. Ille siquidē dedit vitam ne perderet obedientiā qua isti vt careant totū fere suum suorūqꝫ victū expendūt. Quid hoc est p̄sumptionis: o monachi? Neqꝫ eniꝫ q: prelati monachis ideo nō manachi? Nempe monachuꝫ facit professio: p̄latū necessitas. Vt aūt non p̄iudicet necessitas ꝓfessioni: accedat non succedat p̄latio monachatui. Alioqui quō illud īplebit̄: p̄ricipē te ꝯstituerūt esto inter illos tanq̄ꝫ vn⁹ ex illis manēs īter hūiles supb⁹ inter subditos rebell' īmitis iter māsuetos Vt te putem⁹ tāq̄ꝫ vnū ex ill': videam⁹ tā exhibē patū q̄ꝫ exigē obedieētiā tā libēter ꝓpositis obtēptare subiectū q̄ꝫ īpare subietis Oꝫ si semp vis obediētes hr̄e ⁊ nūq̄ꝫ eē ꝓbas te nō eē tanq̄ꝫ vnū ex ill' dū vn⁹ eē renuis ex obediētib⁹: a q̄bus dū supbiēdo segregas q̄ꝝ aggregeris ꝯsortio patēter aduertim⁹ ⁊ si tu vl' īpudēter ꝯtēnis vl' īpudēter dissilas reputari ꝓfecto te īter illos noueris de q̄b⁹ scriptū ē. Alligāt onera ḡuia ⁊ īportabilia: ⁊ īponūt humeris hoīuꝫ: digito aūt suo nolūt ea tangē. Quoꝝ ḡ tibi īdigni⁹ ꝯsortiū iudicas d̄licatoꝝ mḡroꝝ q̄s vitas īcrepat: an obediētiū monachoꝝ q̄s amicos suos cōmemorat? Ait siq̄dē. Vos amici mei estis si feceritis q̄ p̄cipio vob̄. Vides ḡ q̄le ē iubē ꝙ nō ip̄e feceris aut nolle facē q̄d docueris. Deīde vt taceā illō de regl'a vt a scō b̄ndicto tibi p̄cipit̄ vt q̄ doces discipl'is eē ꝯriaī tuis fctīs iudices nō agēda vt̄ itē n̄ p̄termittā ꝙ apte diffinit tertiū hūilitatis gradum esse vt quis ꝑ dei amo-

re omni obedientia se subdat maiori in re-
gula veritatis attende ꝙ legitur. Qui sol-
uerit inquit vnum de his minimis meis
mandatis ⁊ docuerit sic homines minimꝰ
vocabitur in regno celorum. Proinde tu
docens ⁊ renuens obedire non minimum
sed maximum christi mandatū ⁊ docere ⁊
soluere conuinceris. Itaqꝫ doctor ⁊ solu-
tor mandati minimus tu vocandus es in
regno celorum. Si ergo tu putas iniuriam
prioratus minorez summis videri sacerdo
tibus non magis indignum estimandum
est minimuz vocari in regno celorum? Si
multum superbus: es plus minimus q̃z mi
nor vocari confundere. Minor quippe vi
litas est minorem videri q̃z minimuz. Lon
ge autem prestantius solis subdi episcopis
q̃z vniuersitati. Sed nō propter me inquit
facio. Sed quero ecclesie libertatem. O li-
bertas omni vt ita loquar seruitute seruili
or. Patienter ab huiusmodi libertate absti
neam: que me pessime abdicat superbe ser-
uituti. Plus timeo dentes lupi: q̃z virgam
pastoris. Certus sum enim ego monachus
⁊ monachorum qualiscūqꝫ abbas si mei
quandoqꝫ pontificis a proprijs ceruicibus
excutere iugum tēptauero: q̄ sathane mox
tyrannidi meipm̄ subitio. Aduertens ni-
mirum cruenta illa bestia que circuit que-
rens quem deuoret elongatam custodiam
heu statim insilit in superbuz. Merito enī
non cunctatur presidere superbo: qui se iu
re regem gloriatur super omnes filias sup
bie. Quis dabit mihi centum in mei custo
diam deputari pastores? Quanto plures
sentio: tanto securior exeo in pascua. Stupē
da insania. Animaruz non cunctor turbas
mihi non custodiendas colligere: ⁊ vnum
super proprium grauor habere custodem.
Et quidem subiecti me de reddenda pro
se ratione solicitant: qui autem presunt mi-
hi ipsi potius paulo dicente preuigilant tā
q̃z rationem pro me reddituri. Illi ⁊ si ho-
norant onerant: hij nō tam premunt q̃z pro
tegunt. Scio me legisse Iudiciū durissimū
his qui presunt: exiguo autem conceditur
misericordia. Quid ergo vos monachi sa-
cerdotum grauat auctoritas? Metuitis in
festationem. Sed si quid patimini propter
iusticiam beati. Secularitatem contemni-
tis? Sed secularior nemo pilato: cui dñs
astitit iudicādus. Non haberes inquit po
testatem in me: nisi tibi datum est desuper.
Iam tunc ꝓ se loquebatᷣ ⁊ ī se expiebatᷣ qꝺ
post ꝑ aplos clamauit ī ecclīsijs. Nō ē pote
stas nisi a deo: ⁊ qui resistit potestati: dei
ordinationi resistit. Ite ergo nunc rēsistere
xp̄i vicario: cuz nec suo aduersario christꝰ
restiterit. Aut dicite si audetis sui presulis
deum ordinationem nescire: cuz romani ꝓ
sidis potestatem christus super se quoqꝫ su
isse fateatur celitus ordinatam. Vex aper-
te indicant quidam horū qd cogitēt: dum
multo labore ac precio apostolicis adepti
priuilegijs per ipsa sibi vendicant insignia
pontificalia: vtentes ⁊ ipsi more pontificū:
mitra anulo atqꝫ sandalijs. Sane si attendi
tur rerum dignitas: hanc monachi abhor-
ret professio. Si ministeriuz solis liquet cō
gruere pontificibus. Profecto esse deside
rant qꝺ videri gestiuit. Meritoqꝫ nō que-
unt esse subiecti: quibus iam ip̄o se compa
rant desiderio. Quid si ⁊ nomen eis cōfer
re posset priuilegiorum auctoritas: quanta
putas auro redimerēt vt eppellarētᷣ pōtifi
ces. Quo ista o monachi? Vbi timor mor-
tis? Vbi rubor frontis? Quis nunq̃z ꝓba-
torum monachorum tale aliquid: aut ver-
bo docuit: aut exemplo reliquit? Duodecī
humilitatis gradus magister vester edisse
rit: proprijsqꝫ distinguit descriptionibꝰ. In
quo queso illorum docetur aut continetur
vt hoc fastu delectari monachus has que-
rere debeat dignitates. Labor ⁊ latebre et
voluntaria paupertas hec sunt monacho-
rum insignia: hec vitam solent nobilitare
monasticam. Vestri autem oculi omne sub
lime vident: vestri pedes omne forum cir-
cueunt: vestre lingue in omnibus audiun-
tur cōcilijs: vestre manus omne alienum
diripiunt patrimoniuz. Tamen si ita opor
tet: vt emancipati a subiectione pontificū:
pari cum successoribus apostolorum gloria
pari cathedra: hisdemqꝫ solemnium indu-

mentorum in signibus attollamini cur nō
⁊ sacros ordines celebratis ⁊ benedictiōes
datis in populis. Quā multa moueor dice
re aduersus impudentissimā presumptio-
nem. Sed frenat impetum q auribus oc-
cupatis scribere me recolens: longiori e-
ctione vereor fieri onerosus archiepisco-
po: et quia res tam manifesta est vt mul-
titudo reprehendentium videatur impu-
dentiam obdurasse. Q si et hec ipsa cer-
nuntur gratas excedere compendij metas
vobis o dn̄e donate: qui me ⁊ in hic pro-
priam prodere coegistis imperitiam dum
morem modūqʒ solennem in scribendo ser-
uare nescierim.

¶ Beati bernardi abbatis ad guidonem
priorem ⁊ socios eius ordinis carthusien-
sis epistola de lege charitatis.

c lxix nter patres re
uerendissimis ⁊ inter amicis
charissimis guidoni priori ce
terisqʒ scis qui cū eo sunt. Fra-
ter bernardus de clara valle salutē eternā.
Sanctitatis vestre litteras tam letus acce
pi q̄ʒ auidus olim desideraueraʒ. Legi eas
⁊ quas volebaʒ in ore litteras scintillas sen
tiebam in pectore quibus ⁊ concaluit cor
meum intra me tanq̄ʒ ex illo igne quē dn̄s
misit in terrā. O q̄ntis in illis meditationi
bus exardescit ignis: e quibus huiuscemo
di euolant scintille. Vestra illa succensa et
succendens salutatio: sic mihi vt verum fa
tear accepta fuit ⁊ est quasi non ab homine
sed certissime ab illo qui mandat salutes ia
cob descēdere videretur. Non me sane ar
bitror salutatū in via nō in transitu non ve
lut ex occasione vt assolet ꝯsuetudinis: sed
plane ex visceribus charitatis prodijt hec
tam grata ⁊ inopinata benedictio. Bene-
dicti vos a dn̄o qui me in benedictionib⁹
dulcedinis tante p̄uenire curastis vt dare
tur puero vestro vobis primū scribētibus
fiducia rescribendi: scribere quidem ad
vos iam pridem gestienti sed non presumē
ti. Verebar nimirū sanctam quā in dn̄o ha
betis importunis scriptitationib⁹ infestare
quietē: iuge illud vestrum sacrūqʒ silentiū
a seculo susurrium cum deo vel ad modicū
interrumpere: nostraqʒ ingerere auribus
secretis penitus occupatis supernisqʒ eulo
gijs. Timebam omnino molestus fieri vel
moysi in mōte vel helye in deserto aut cer
te excubāti in tēplo samueli: si diuinis intē
tissimos confabulationibus aliquatenus
auocare temptassem. Clamat samuel. Lo-
quere dn̄e quia audit seruus tuus: et ego
me audire presumereʒ? Timebam inq̄ʒ ne
si ⁊ dauid eloganti se ⁊ fugienti manenti-
qʒ in solitudine importunus existerem: in-
dignās excusaret ⁊ diceret. Si ne me. Nō
audio te modo. Audiam potius quod dul-
cius ausculto. Audiam quid loquat in me
dominus deus: quoniam loquetur paceʒ
in plebem suam Et super sanctos suos ⁊ in
eos qui conuertuntur ad cor. Aut certe il-
lud. Declinate a me maligni: ⁊ scrutabor
mandata dei mei. Quid est? Ergo ne tam
temerarius essem vt inter sponsi brachia su
auiter quiescenteʒ audere suscitare dilectā
quousqʒ vellet ipsa? Putarem ilico me au-
diturum ab illa. Noli mihi molestus esse.
Ego dilecto meo: ⁊ dilectus meus mihi:
qui pascitur inter lilia. Verum q non au-
deo ego audet charitas: ⁊ cum omni fidu-
cia pulsat ad hostium amici. Nequaq̄ʒ pu-
tans se pati debere repulsam que amicitia
rum matrem se nouit: nec veretur vestruʒ
⁊ si gratissimum paulisper inquietare oci-
um propter suum negociuʒ. Ipsa profecto
cum vult facit vos excedere deo. Ipsa eti
am cum voluit fecit sobrios nobis: adeo
vt minime duceretis indignū me non mo
do sustinere loquentē sed taceteʒ insuper
prouocare benigne. Amplector benignita-
tem: dignationem admiror. Laudo ⁊ vene
ror puritatem: qua de nostris profectibus
quos putatis tanta in dn̄o exultatiōe glori
amini. Glorior ⁊ ego plurimum tanto testi
monio: ⁊ seruorum dei tam grata admodū
familiaritate delector. Hec iā gloria mea
hoc gaudiū meum. Hec delicie cordis mei
q̄ non frustra leuauerim oculos in mon-
tes vnde quippe iam non mediocre venit
auxiliū mihi. Mōtes iam stillarunt nobis mō-

tes dulcedinem: ⁊ adhuc spero ꝙ stillabūt
quousqꝫ valles nostre abundabunt frumē
to: festiuus erit mihi dies ille ducēdus ⁊
memoriale sempiternum in quo virum illū
videre ac suscipere merui per quem factū
est vt in cordibus vestris ego reciperer. Et
quidem iam ante reciperatis: vt apparet
in litteris vestris. Sed nuc artius vt cōpe-
ri ⁊ familiarius cum ille vobis retulit de
me quedam que ⁊ si non probauit putauit
tamen. Fidelis quippe ⁊ religiosus: absit
vt aliter loqueretur q̈ꝫ credidit. En reuera
experior in me quod ait saluator. Qui re-
cipit iustum in nomine iusti: mercedē iusti
iusti accipiet. Mercedeꝫ qppe iusti dixeri
ꝙ iustus reputor non ob aliud nisi quia iu
stum recepi. Nam ⁊ si qua supaddita sunt
ea iustus non tam ex veritate rei q̈ꝫ ex pu-
ritate sui locutus est. Audistis credidistis
exultastis sensistis ⁊ me non parum letifi-
castis: non solum ꝙ aliquem locum gratie
⁊ locum non mediocrem apud vestraꝫ me
rui sanctitatem. Sed ⁊ ꝙ nobis vestrorum
non parua ex parte puritas animorum in
notuit: paucis pro certo aperuistis cuius
spūs estis. Gaudeo ꝑinde. Gaudeo ⁊ vob
mee vtilitati ⁊ vestre sinceritati. Illa siqui
dē vera ⁊ sincera est charitas ⁊ omnino de
corde puro ⁊ conscientia bona et fide non
ficta iudicanda procedere: qua proximi bo
nū eque vt nostrū diligimꝰ. Naꝫ q magis
aut certe solū diligit suū: ꝯuicit nō caste di-
ligere bonū ꝙ vtiqꝫ ꝓpt se diligit nō ꝓpter
ipm. Et h̄ talis nō pōt obedire ꝓph̄e q ait.
Cōfitemī dn̄o qm̄ bonꝰ. Cōfitet̄ qdē q: for
tasse bonꝰ ē sibi: nō āt qm̄ bonꝰ ē in se. Qua
ꝓpt̄ nouerit in se dirigi illd̄ ab eodē ꝓph̄a
opprobriū. Cōfitebit̄ tibi cū bn̄feceris ei.
Est q ꝯfitet̄ dn̄o qm̄ potēs ē: est ⁊ q cōfitet̄
qm̄ sibi bonus: ⁊ itē q cōfitet̄ qm̄ simplicit̄
bonꝰ ē. Primꝰ suus ē ⁊ timet sibi: scd̄s mer
cēnariꝰ ē ⁊ cupit sibi: tertiꝰ filiꝰ ē ⁊ d̄fert pr̄i
Itaqꝫ ⁊ q timet ⁊ q cupit: vtriqꝫ ꝑ se agūt.
Sola q̄ in filio ē charitas nō q̄rit q̄ sua sūt
Quāobrē puto de illa dictū. Lex dn̄i ima-
cl'ata ꝯuertēs aīas ꝙ sola vꝫ sit q̄ ab amore
re sui mūdi auertē possit aīuꝫ ⁊ ī deū diri-
gē. Nec timor quippe nec amor ꝑuatus cō
uertit animā. Mutat iterdū vultū vł actū
affectū nunq̈ꝫ. Facit quidē etiaꝫ seruus nō
nūq̈ꝫ opus dei: sed quia nō spōte in sua ad
huc duricia ꝑmanere conuincitur. Facit ⁊
mercēnarius: sed quia non gratis propria
trahi cupiditate cognoscitur. Porro vbi ꝓ
prietas ibi singularitas: vbi autem singula
ritas ibi angulus: vbi v̄o angulus sine du-
bio ibi sordes siue rubigo. Sit itaqꝫ seruo
sua lex timor ip̄e quo cōstringitur: sit mer-
cēnario sua cupiditas qua ip̄e artatur quo
niam ab ip̄a tentatur abstractus ⁊ illectus.
Sed harum nulla aut sine macula est: aut
animas conuertere potest. Charitas v̄o cō
uertit aīas quas facit ⁊ voluntarias. Por-
ro in eo eam dixeram immaculatam: ꝙ nil
sibi de suo retinere consueuit. Cui nempe
de proprio nihil est: totum qd̄ habet profe
cto dei est. Qd̄ autem dei est: imundum eē
nō potest. Lex ergo domini imaculata cha
ritas est: que non ꝙ sibi vtile est querit: sed
qd̄ multis. Lex autem domini dicitur siue
ꝙ ip̄e ex ea viuat: siue ꝙ eaꝫ nullus nisi eiꝰ
dono possideat. Nec absurdum videatur
ꝙ dixi etiam deum viuere ex lege cum ali-
am dixerim q̈ꝫ charitate. Quid v̄o in vnita
te nisi charitas. Lex est ergo lex domini
charitas: que trinitatem in vnitate quo-
dammodo cohibet ⁊ colligat in vinculo pa
cis. Nemo tamen charitatem extimet hic
accipere qualitatem: vel aliquod accidens
alioquin in deo: ideo dicerē qd̄ absit eē ali-
qd qd̄ deus nō est: sꝫ substātiā illā diuinaꝫ
qd̄ vtiqꝫ nec nouum nec insolitum est: dicē
te iohāne: Deus charitas ē. Dicitur ergo
recte charitas ⁊ deus ⁊ dei donum. Itaqꝫ
charitas dat charitatem: substantia acci-
dentalem. Ubi dantem significat: nomē ē
substantie: vbi donuꝫ qualitatis. Siquidē
in pondere mensura ⁊ numero per eam fa-
cta sunt vniuersa: ⁊ nihil sine lege relinqui
tur: cum ip̄a quoqꝫ lex omniū sine lege nō
sit: nō tamen alia q̈ꝫ seip̄a qua ⁊ seip̄am: ⁊ si
nō creauit regit tamen. Ceterum seruus ⁊
mercēnarius habent legem nō a dn̄o: sed
quā ipsi sibi fecerūt. Ille deum nō amādo
iste aliud plus amando. Habent inqt legē
non dn̄i sed suam: illi tamen que dn̄i ē sub-

iectam. Et quidem suam sib[i] quisq; legem
facere potuerũt: non tame[n] eam icõmuta-
bili eterne legis ordini su[bt]ducẽ potuerũt.
Tunc autem dixerim queq; sibi fecisse suã
legem: quando cõmuni ⁊ eterne legi ꝓpriã
ꝑtulit voluntatem: peruerse vtiq; volens
suum imitari creatorez: vt sicut ipe sibi lex
sui qđ iuris ẽ: ita is quoq; seipm regeret ⁊
legem sibi suam faceret volũtatem. Graue
itaq; ⁊ iportabile iugum sup omnes filios
adam: heu inclinãs ⁊ incuruans ceruices
nostras: adeo vt vita nostra inferno appro
pinquarit. Infelix ego hõ: quis me libera-
bit de corpore mortis huius? quo vtiq; sic
ꝑmor: vt nisi quia dñs adiuuit me: paulo-
minus habitasset in inferno aĩa mea? Sub
hoc onere grauatus gemebat: qui dicebat
Quare me posuisti cõtrarium tibi: ⁊ fact⁹
sum mihimetipsi grauis? Ubi dixit factus
suz mihimetipsi grauis: ostendit ꝙ lex ipe
sibi esset: nec alius q̃z ipe sibi fecissz. Or au
tem deo loquẽs ꝑmisit: posuisti me cõtrari
um tibi: se tamẽ nõ effugisse legem indica-
uit. Hoc quippe ad eternam iustãq; dei le-
gem ꝑtinuit: vt q a deo noluit suauiter re-
gi penaliter a seipo regeret̃. Quiq; sponte
iugũ suaue ⁊ onus leue charitatis abiecit:
ꝓprie volũtatis onus iportabile portaret i-
uitus. Miro itaq; modo eterna lex fugiti-
uum suum: ⁊ posuit sibi cõtrariũ: ⁊ retinu-
it subiectũ: dũ videlicet nec iusticie ꝓmeri
tis legẽ euasit: nec tñ cũ deo in sua lege: in
sua requie: in sua gloria remãsit: subiectus
potestati ⁊ submot⁹ felicitati. Domine de-
us meus cur non tollis peccatum meum: ⁊
quare non aufers iniquitatem meaz? vt ab
iecta graui sarcina proprie voluntatis sub
leui onere charitatis respirem: nec iam ser
uili timore cohercear: nec mercẽnaria cupi
ditate alliciar: sed agar spiritu tuo: spiritu
libertatis quo agũtur filij tui qui testimo-
niũ reddãt spiritui meo: ꝙ ⁊ ego sim vnus
ex filijs dum mihi eadem lex fuerit que et
tibi: ⁊ sicut tu es ita ⁊ ipe sim in hoc mũdo
Hij siquidez qui hoc faciunt quod ait apo
stolus nemini quicq̃z debeatis: nisi vt inui
cem diligatis: proculdubio sicut deus est ⁊
ipsi sunt in hoc mundo: nec serui aut mer-
cẽnarij sunt sed filij. Itaq; nec filij sunt si-
ne lege: nisi forte aliquis aliter sentiat pro-
pter hoc ꝙ scriptum ẽ: iustis non est lex po
sita. Sed sciendum ꝙ alia est lex promulga
ta a spiritu seruitutis in timore: alia a spiri-
tu libertatis data i suauitate. Nec sub illa
coguntur esse filij: nec sine ista esse patiun-
tur. Uis audire: quia iustis non est lex po-
sita? Non accepistis ait iteruz spiritum ser
uitutis i timore. Uis audire ꝙ sine lege ta
men charitatis non sint? Sed accepistis in
quit spiritum adoptionis filiorũz. Deniq;
audi iustum vtrũq; de se fatentem: ⁊ ꝙ nõ
sit sub lege: ⁊ tamen nõ sit sine lege. Fact⁹
suz inquit his qui sub lege erant quasi sub
lege essem: cum ipe non essem sub lege: his
qui sine lege erant tanq̃z sine lege essem: cũ
sine lege dei nõ essem: sed in lege essem xp̄i
Unde apte non dicitur iusti non habent le
gem: aut iusti non sunt sine lege: sed iustis
non est lex posita: hoc est tanq̃z inuitis im-
posita: sed volũtarijs eo liberaliter data q̃
suauiter inspirata. Unde ⁊ pulchre domi-
nus: Tollite ait iugum meũ super vos. Ac
si diceret. Nõ impono inuitis: sed vos tol-
lite si vultis. Alioquin non requiem sed la
borem inuenietis animabus vestris. Bo-
na itaq; lex charitas ⁊ suauis que non solũ
leuiter suauiterq; portat̃: sed etiam seruoꝝ
⁊ mercẽnariorũz leges portabiles ac leues
reddit: quas vtiq; nõ destruit: sed facit vt
impleantur dicente domino: Non veni le-
gem soluere: sed adimplere. Illam tempe-
rat: istã ordinat: vtrãq; leuiat. Nunq̃z erit
charitas sine timore sz casto: nunq̃z sine cu
piditate sed ordinata. Implet ergo chari-
tas legem serui cum infundit deuotionem
implet ⁊ mercẽnarij cum ordinat cupidita
tem. Porro timori permixta deuotio ipsũz
nõ annullat sed castigat. Pena tñ tollitur
sine qua esse non potuit: dum fuit seruilis:
⁊ timor non manet in seculũz seculi castus
⁊ filialis. Nam quod legitur: perfecta cha
ritas foras mittit timorem: pena intelligen
da est que seruili vt diximus: nunq̃z deest
timore: illo scilicet genere locutiõis quo se-
pe causa ponitur pro effectu. Deinde cupi
ditas tunc recte a superueniente charitate
ordinatur: cum mala quidẽ penitus respu-
untur: bonis vo meliora preferunt̃: nec bo-

na nisi ppter meliora appetuntur. Qd cuz
plane per dei gratiam assecutum fuerit di-
ligetur corp⁹ ⁊ vniuersa corporis: bona tm̄
ppter animam: animā ppter deum: de⁹ au-
tem ppter seipm. Uerūtamen: quia carna-
les sumus: ⁊ de carnis cōcupiscentia nasci-
mur: necesse est cupiditas vel amor noster
a carne incipiat que sic iens spiritu tandez
consumabitur: quia non prius qd spiritua
le: sed qd animale: deinde qd spūale: ⁊ pus
necesse est portemus imaginem terrestris:
deinde celestis. In pmis ergo diligit seipz
homo ppter se. Caro quippe est ⁊ nil sape-
re valet preter se. Cūqz se videt per se non
posse resistere: deū sibi quasi necessariū in-
cipit per fidem inquirere ⁊ diligere. Dili-
git itaqz in secundo gradu deuz: sed ppter
se non propter ipsum. At vo cum ipsum ce-
perit occasiōe proprie necessitatis colere ⁊
frequentare: cogitando: legendo: orando:
obediendo: quadam huiuscemodi familia
ritate paulatiz sensimqz deus innotescit cō
sequenter ⁊ dulcescit. Et sic gustato q̄z sua-
uis est dominus transit ad tertium gradūz
vt diligat deum non iam propter se: sed pro
pter ipsum. Sane in hoc gradu statur ⁊ ne
scio si a quoqz hominum quartus in hac vi
ta perfecta: perfecte apprehēditur: vt se sci
licet homo diligat tm̄ propter deum. Asse-
rant hic si qui experti sunt mihi fateor im-
possibile. Erit autem proculdubio cum in-
troductus fuerit seruus bonus ⁊ fidelis in
gaudium domini sui: ⁊ inebriatus ab vber
tate domus dei. Quasi enim ebrius miro
quodāmodo oblitus sui: ⁊ a se penitus ve-
lut deficiens totus perget in deum: ⁊ dein
ceps adherens ei vnus spiritus erit. Arbi
tror hic prophetam sensisse cuz diceret: In
troibo in potētias domini: domine memo-
rabor iusticie tue solius. Sciebat profecto
cum introiret in spiritales potentias domi
ni exutum se vniuersis infirmitatibus car
nis: vt iam nil de carne habere cogitaret:
sed tot⁹ in spiritu memoraretur iusticie do
mini solius. Tunc pro certo singula christi
membra dicere poterūt de se: qꝫ paulus aie
bat de capite. Et si cognouimus sm carnē
christum: sed nunc iam non nouimus. Ne-
mo enim se cognoscet sm carnem: quia ca-
ro ⁊ sanguis regnum dei non possidebunt.
Non qꝫ carnis hec substantia futura non
sit: sz quia carnalis omnis necessitudo sit
de futura: quia carnis amor amare spirit⁹
absorbendus: ⁊ infirme que nunc sunt hu-
mane affectiones in diuinas quasdam po-
tentias habeant commutari. Tunc sagena
charitatis q̄ nunc tracta per hoc mare ma-
gnum ⁊ spaciosum: ex omni genere pisciuz
congregare non desinit cum perducta ad
littus fuerit: malos foras mittens: bonos
solūmodo retinebit. Siquidem in hac vi-
ta ex omni genere piscium intra sinum sue
latitudinis charitatis rethe cōcludit: vt se
pro tēpore omnibus conformās ominiūqz
i se siue psperа siue aduersa traiciēs suaqz
quodāmodo faciens: non solum gaudere
cum gaudentibus: sed etiam flere cum flē-
tibus cōsueuit. Sed cum peruenerit ad lit
tus velut malos pisces: omne qd triste pati
tur foras mittens: sola que placere ⁊ iocun
da esse poterunt retinebit. Nunquid eniz
tibi verbi gratia paulus infirmabitur cuz
infirmis: aut vretur pro scandalizatis? vbi
scādala ⁊ infirmitas procul erunt? Aut cer
te lugebit eos qui ante nō egerunt penitē-
tiam? vbi certum est sic neminem sane fore
qui peniteat: quomodo qui peccet nō erit?
Absit autem vt vel eos q ignibus eternis
cum diabolo ⁊ angelis ei⁹ deputandi sunt:
plangat ⁊ defleat in illa ciuitate quam flu-
minis impetus letificat: cui⁹ diligit domi-
nus portas sup oīa tabernacula iacob: qd
videlicet i tabernacul: ⁊ si qn̄ gaudet d vi
ctoria: laborat tamen in pugna: et plerūqz
periclitatur de vita. In illa aūt patria nul-
la prorsus admittitur aduersitas siue tristi
cia: quemadmodum de illa canitur. Sicut
letantium omnium habitatio est in te. Et
rursuz. Leticia sempiterna erit illis. Deni-
qz quomodo misericordie domini recorda
bitur? vbi memorabitur iusticie dei solius.
Proinde vbi iam non erit miserie loc⁹ aut
misericordie tempus? nullus profecto esse
poterit miserationis affectus. Longum q-
dem adhuc texere sermonez insatiabili col
loquendi ad vos desiderio pulsor fratres
mei desiderātissimi ⁊ amantissimi: sed tria
sunt que finem inducunt. Primū quidem

q maxime vereor ne fiam. [...]ius vobis Secundum quia pudet lo[qu]acitatis. Tertium q domesticis vrgeor [cu]ris. In fine p cor miseremini mei: et si exultastis in bonis de me tm̄ auditis: certis queso compatimini malis. Vidit fortassis qui vobis ea narrauit aliqua parua: et de paruis grandia extimauit. Vestra autem sinceritas facile credidit q libenter audiuit. Gratulor quidez de charitate que omnio credit: sed confundor pro veritate q̄ omnia nouit. Volo vos mihi credere de me magis q̄z alteri qui tm̄ videt i facie. Nemo quippe scit que sunt i homine: nisi sp̄us hominis qui in eo ē. Dico ego vobis qui de me loquor: non ex coniectura: sed ex sententia: non sum talis qualis putor vel dicor. Quod quidē tam securus fateor q̄z cert⁹ experior: ita vt nil malim vestris orationibus sp̄aliter obtinere q̄z vt talis fiam qualem lr̄e vest te p̄dicāt.

¶ Beati bernardi abbatis ad sophiā virginē de laudib⁹ virginitatis ep̄la.

clxx BErnardus abbas de claraualle Sophie virgini virginitatio seruare titulum: apprehendere fructum. Fallax gratia et vana est pulchritudo: mulier timens deum ip̄a laudabitur. Condelector filia glorie virtutis tue: qua fallacem mundi gloriam respuisse narraris. Ip̄a q̄dem digne respuitur. Sz quia multi aliter sapientes in eius estimatione desipiunt: tu iure laudaris: quia non falleris. Flos feni vapor est ad modicum parens. Ipse eius qualiscūqz status nōne plus anxietatis q̄z iocunditatis habet? dum vendicas: duz defendis: dum inuides: dum suspicaris: dum semp ambis q̄ nō habes: et multis adeptis acquirendi respicit ardor. Que requies in gloria tua? Si qua tamen est: preterit iocūditas non reditura: et manet anxietas non relictura. Ceterū videas eam q̄z plurimos non apprehendere: cōtemnere per paucos. Cur hoc? Profecto quia necessitas multorum est virtus paucorum. Paucorum inq̄z paucorum presertim nobiliū. Deniqz non multos nobiles: sed ignobilia mundi elegit deus. Proinde benedicta tu in nobilibus: que pro gloria certantibus ceteris de contemptu glorie gloriosius sublimaris et sublimius gloriaris. Insignior plane atqz illustrior q de paucis fcā es q̄z q orta de magnis. Illud nāqz de munere tuum est: hoc tuorum. Porro q tuum est: tanto carius ē quāto rarius. Nam si in viris virtus rara est auis in terris? quanto magis in femina fragili et nobili? Deniqz mulierem fortem quis inueniet? Multo magis quis fortem et nobilem? Minime quidem deus est acceptor personarum. Nescio tamen quo pacto virtus i nobili plus placet. An forte q2 plus claret. Siquidem ignobilis cuz caret gloria nō facile liquet: vtrum quia nolit an quia nō possit habere. Laudo factaz de necessitate virtutem: sed plus illam quam eligit libertas: non indicat necessitas. Certēt ergo cetere que spem non habent, p rerum fugatium atqz fallaciuz vili breuiqz gloriola: tu spei q̄ nō ꝯfundit initere. Tu te inq̄z ei q breue hic ac momentaneum tribulationis tue supra modum in sublime operatur: ponderi glorie reseruato. Or si tibi exprobrauerint filie belial: ille que extēto collo finctis incedunt gressibus composite et circūornate vt similitudo templi. Responde et dic: Regnum meū non est de hoc mūdo. Responde: Tempus meum nondū aduenit: tempus autem vestrum semper ē paratum. Responde: Gloria mea abscondita est cum christo in deo. Cum autem xp̄s apparebit vita nostra: tūc et ego apparebo cū illo in gloria. Or q̄z et si gloriari oportet potes: tu quoqz ingenue: potes secure tm̄ in domino. Omitto sane coronam quam tibi dominus preparauit i eternum: sileo repromissiones que tibi in posterum manent q felix spōsa admittēda es reuelata facie specuları gloriam sponsi tui q te exhibiturus est gloriosam non habentem maculam: aut rugam: aut aliquid huiusmodi: q eternis excepturus amplexibus ponat leuā sub capite tuo: et dextera illius amplexabitur te. preterea locum nominatum quem virginitatis prerogatiua singularem a filijs et filiabus in regno es proculdubio sortitura. Si

leo ⁊ canticum illud nouum ꝙ virgo cum virginibus singulari nihilominus dulciq3 modula misericordie cantura letaberis in ipo ⁊ letificabis ciuitatem dei: cātās ⁊ cursitans ⁊ sequens agnum quocūq3 ierit. Illud siquidē: nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: quod tibi ꝑparatum est: ⁊ cui te preparari oportet Nec igitur pretermitto que in futuro sunt tibi presentia tm̄: loquor q̄ de primitijs spiritus iam tenes: sponsi exenia aras sponsalitias benedictiōes dulcedinis: in quibus te preuenit quem ⁊ subsecuturum: atq3 ꝙ deest complecturum expectas. Ille in medium veniat sūmo decore spectabilis: ipis quoq3 angelis admirandus: ornatus: ⁊ ꝓferant si quid simile habent filie babylōis: quarum vere gloria in confusione. Induuntur purpura ⁊ bysso: ⁊ subinde consciencia pannosa iacet. Fulgent monilibus: moribus sordent. Econtra tu foris pānosa: intus speciosa resplēdes: sed diuinis aspectibus non humanis. Intus est qđ delectat: quia intus est quē delectat: nisi forte tu dubitas habitare xp̄m per fidez in corde tuo. Deniq3 omnis gloria eius filie regis ab intus: Iocundare filia syon: ⁊ exulta satis filia hierusalem: quia concupiuit rex decorē tuum: si tamen confessionem ⁊ decorem induis amicta lumine sicut vestimento. Nēpe confessio ⁊ pulchritudo in conspectu ei⁹ Cuius? Speciosi forma pre filijs hominuz Ipsius in quem desiderant angeli ꝓspicere. Audis cui places: ama vñ places: ama confessionem ob quam amaris. Ama confessionem: si affectas decorem. Confessioni iungitur decor: iungitur pulchritudo. Habes vtrūq3: Confessionez ⁊ decorem induisti: ⁊ confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius. Reuera vbi cōfessio ibi pulchritudo: ibi decor. Si peccata sunt: in confessione lauantur: si bona opera: confessione cōmendanť. Cum mala tua cōfiteris: sacrificiū ē deo spūs ꝯtribulat⁹: cū dei bñficia imolas deo sacrificiū laudis. Bonū aīe ornamētū cōfessio: q̄ ⁊ pctōrē purgat ⁊ iustum reddit purgatiorē. Absq3 ꝯfessiōe iustus iudicať i grat⁹: ⁊ peccator mortuus reputať. A mortuo quipp[illegible]n sit perit confessio. Confessio igitur pe[cc]atoris: vita est iusti in gloria. Et necessaria est peccatori: ⁊ iustum nihilominus decet. Deniq3 rectos decet laudatio. Serica ⁊ purpura ⁊ tincturarum sucus decorē habent: sed nō ꝓbent. Quicqd tale applices corpori: exponit speciem suaz non deponit. Secum deniq3 tollit cum tollitur ipm. Porro decor qui cum veste induitur: ⁊ cum veste deponitur vestis ꝓculdubio est non vestiti. Tu ergo noli emulari in malignantibus: ⁊ mendicantibus pulchritudinem alienam vbi ꝑdiderint suam. Natiuo quippe ⁊ interno se ꝑdunt decore nudas: que tāto studio ⁊ precio de diuersis et varijs speciebus eius que preterit figure mundi foris sibi conficere satagūt vt oculis insipientium appareant speciose. Indignum tibi iudica formam a pellibus murium ⁊ operibus vermium mutuari. Tua tibi sufficiat. Ille est verus ꝓpriusq3 cuiusq3 rei decor qui nulla interiacēte materia per se inest. O q3 decenti rubore genas suffundit virgineas: ingenti gēma pudoris. Que in aures reginaruz huic cōparabunť? Ne inferioris insigne decoris disciplina ꝓfert. O q3 compositum reddit omnez puellaris corporis statum: necnō ⁊ mentis habitum disciplina. Ceruicem submittit: ponit supcilia cōponit vultum: ligat oculos: cachinos cohibet: moderatur linguam: gullā frenat iram sedat: format incessuz. Talibus decet pudicitie vestē distingui margaritis. Isti⁹ modi circundata varietate virginitas: cui glorie merito non ꝓfertur angelice? Angelus habet virginitatem: sed non carnē. Sane felicior q3 fortior: in hac parte. Optimus optabilis valde ornatus iste: qui ⁊ angelis possit esse inuidiosus. Sed aduerte ⁊ aliuz de eodē ꝓfecto tanto manet tibi tuus: quāto ⁊ ꝓprius. Vides nempe auro argento lapidibus ꝓciosis ⁊ omni deniq3 cultu regio: non tam ornatas q3 oneratas: vides lōgas post se trahentes fimbrias ipasq3 preciosissimas ⁊ depressas pulueris nubes excitantes in aera. Non te moueāt hec. Ille illa vť in morte deponent: te tua sanctitas non relinquet. Non sunt sua que portant. Cuz in-

terierint non sument omn[illegible] descédet
cum eis gloria hec. Múd[illegible] sunt nu
dis illis exeuntibus retin⁊ n[illegible] eisdez vanis
vanas similiter alias sedu[illegible]urus. At vo il
le tuus ornatus non sic. Firmissime tibi vt
dixi: manet ꝑpterea tuus quia tu⁹. Nullis
facile aut cedit iniurijs: aut patet insidijs.
Aduersus huiusmodi: nil furis calliditas:
nil furétis crudelitas potest. Nec a tineis
roditur: nec vetustate corrumpit: nec cósu
mit vsu in morte viuit. Nimirú anime res
est nó corporis: ⁊ ob hoc simul cú anima de
corpore abit: nó obit cú corpore. Porro ani
me nó hñt qd faciát: etiá q corp⁹ occidunt.

¶ Beati bernardi ad thomá preposit[um] de lauerla iuitatis eú ad scli ɔtéptú epla.

c lxxi Thome dilectó suo bernard⁹ qdé filio. Qd op⁹ ver
bis ferués spús ⁊ vehemens
desiderium aperiri sola ligua
nó sufficit: loquant nobis affectum tuuz ⁊
reliqua mébra. Presens nobis melius ⁊ in
nocétes ⁊ nos cognosces. Já dudum tene
mur alterutrú debitores: ego fidelis cure
tu humilis obediétie. Probet vtrúqz si pla
cet opus: nó calamus. Volo te ⁊ tibi vsur
pare ⁊ i me ꝓbare illá vnigeniti vocé. Opa
q dedit mihi p̄r vt faciá: ipa testimoniuz ꝑ
hibent de me. Sic reuera sic vnici filij spús
testimoniú ꝓhibet spúi nro ꝙ filij dei sum⁹
⁊ nos: cuz suscitás ex opib⁹ mortuis: largit
opé vite. Nó ex folijs: non ex florib⁹ arbor
bona malaue dinoscit. Deniqz a fructibus
ait cognoscetis eos. Opa enim ⁊ nó verba
discernút inter filios dei ⁊ filios diffidétie.
Opib⁹ ꝑinde desideriú: ⁊ aperi tuú: ⁊ expi
re nrm. Desideram⁹ ꝑñtiá tuá: querimus
optatá: imo ꝓmissam exigimus. Cur táto?
Nil in ea sane expetim⁹ de carne ⁊ saguine
aut ꝓficere ex te cupimus: aut ꝓdesse tibi.
Generositas sanguinis: ꝓceritas corporis
forma elegás: iuuenilis decor: predia pala
tia: iméსa supplex: infuleqz dignitatú: adde
⁊ múdi sapiétiá. De múdo sunt hec: ⁊ mun
dus qd suú é diligit. Sz quousqz? Nó solú
eni nó semp: vtpote q nó semp erit: verum
nec diu quedá. Diu sigdé ista múdus in te
hre nó poterit: ⁊ te qppe ipm in breui non
habitur⁹. Ná breues dies hoís sunt. Mú
dus qdé cú suis ɔcupiscétijs trásit: sed te ꝑ
us emittit: qz ipe ptranseat. Quid te sine si
ne delectat amor mox sumendus? Nos vo
te nó tua diligim⁹: tua sút a quo sút: tu tue
ꝓmissióis memor: tui nobis copiá diutius
nó negaris: amátib⁹ te sinceriter: ⁊ amatu
ris ꝑhénnter. Pure sigdé nos amátes in vi
ta nra: i morte qz nó eram⁹ sepati. Ná ea q
in te vel poti⁹ tibi appetim⁹: nó hui⁹ corpis
sút: nec hui⁹ tpis tm: ideoqz nec cú corpe d
ficiút: nec cú tpe ꝑtereút. Quinimo posito
corpe plus delectát post tpa durát. Nil sile
hñt cú supra enumeratis eorumue silib⁹: q
vtiqz insunt: nó tibi ex p̄re: sz ex múdo. Ho
hoꝝ eni vel nó ꝑuenit morté vel nó iuenit.
At vo ista optima ps é q nó auferet in eter
nú. Qd istud? Nec oculus vidit: nec auris
audiuit: nec i cor hoís ascédit. Qui hó é et
sm hominé ambulat: q videlicet vt mani
festi⁹ dicá carni adhuc acqescit ⁊ sanguini:
qd illud sit penit⁹ nescit: qr caro ⁊ sanguis
nó reuelabút q solus reuelat de⁹ ꝑ spm suú
Aíalis qz hó ad hoc secretú nequaqz admit
tit: sigdé nó ꝑcipit ea q sút spús dei. Bti q
audiunt: vos aút dixi amicos: qr oía qcúqz
audiui a p̄re meo: nota feci vob. O seculuz
neqz: ꝙ solos tuos sic soles beare amicos:
vt dei facias inimicos: cósequét ⁊ idignos
ɔsortio btóꝝ. Plane .n. q amic⁹ vult eé tu⁹:
inimic⁹ dei ɔstituit. Qd si hu⁹ nescit qd fa
ciat dñs ei⁹: quáto min⁹ inimic⁹. Porro át
amic⁹ spósi stat ⁊ gaudio gaudet ꝑpt vocez
spósi: vñ ⁊ loqt: Aía mea liqfacta é vt dile
ct⁹ locut⁹ é. Amic⁹ itaqz múdi excludit a có
cilio amicoꝝ dei: q nó spm hui⁹ múdi acce
perút: sz spm q ex deo é: vt sciát q a deo do
nata sút sibi. Cófiteor tibi p̄r: q abscondisti
hec a sapiétibus ⁊ prudétib⁹: ⁊ reuelasti ea
ꝑuulis. Ita p̄r qr sic placitú fuit corá te: nó
qr sic meritú vel ab ipsis. Oés eni peccaue
rút ⁊ egét glia tua: vt gratis mittas spm fi
lij tui: clamáté i cordibus filioꝝ adoptióis
abba p̄r. Hoc qppe spú q aguntur hij filij sút:
nec paterno prsus arcédi [illegible]dio. Hñt népe
in se manenté spiritum q scrutatur ⁊ ꝓfun
da dei. Deniqz quid ignorét quos vnctio

in[illegible]

docet de omnibus? Ue vobis filij huius se
culi a vestra incipiente prudentia ignoran
tes spiritum salutarem: nec participates cō
silium qd̄ solus soli pater eructuat filio ex
cepto cui filius voluerit reuelare. Quis co
gnouit sensum dn̄i: aut quis consiliarius
eius fuit? Non equidem nullus: sed rar⁹.
Soli sane q veraciter dicere possunt. Uni
genitus qui est in sinu patris ipe annūcia
uit nobis. Ue mundo a strepitu. Clamat ī
populis isdem vnigenitus tanq̄ȝ magni cō
silij angelus. Qui habet aures audiendi
audiat. Et quoniā dignos non inuenit sen
sus quibus p̄ris cōmittat archanum: texit
parabolas turbis: vt audientes non audi
ant ꝛ videntes non intelligāt. Ceterū ami
ci seorsum audiunt: vobis datum est nosce
mysterium regni dei. Quibus ꝛ loquitur.
Nolite timere pusillus grex: quia placuit
patri vestro dare vobis regnum. Qui sunt
hij? Utiqȝ quos prescivit ꝛ p̄destinauit cō
formes fieri imaginis filij sui: vt sit ipe pri
mogenitus in multis fratribus. Magnuȝ
secretūqȝ innotuit consilium. Nouit dn̄s
qui sunt eius. Sed q̄ notuȝ erat dei: mani
festatuȝ erat hominibus. Nec alios digna
tur tanti ꝑticipatiōe mysterij: nisi eos ipos
quos suos p̄sciuit ꝛ p̄destinauit. Nā quos
predestinauit: hos ꝛ vocauit. Quis enim
sane nisi vocatus ad dei accedit consiliuȝ
Quos aūt vocauit: hos ꝛ iustificauit. Ori
tur quippe sol nō is qui quottidie oriri cer
nitur super bonos ꝛ malos: siquidem solis
ad consilium vocatis prophetica pronun
ciatiōe promittitur: vobis inquit qui time
tis deum orietur sol iusticie. Manentibus
igitur in tenebris filijs diffidentie: euadit
in nouam hanc lucem lucis filius: de pote
state tenebrarum: si tamen iā fidenter deo
dicere potest: particeps ego sum: omnium
timen[illegible]um te. Uides quia precedit timor:
vt sequatur iustificatio. Forsan ergo timo
re vocamur: amore iustificamur. Deniqȝ
iustus ex fide viuit: illa ꝑculdubio que ope
ratur ex di[illegible]ne. Audiat vtiqȝ in sui vo
cationem, [illegible] q̄ timeat: ꝛ sic accedēs
ad solem iusticie: videt illuminatus qd̄ di
ligat. Quid naȝ [illegible] Misericordia domi
ni ab eter[illegible] in eternum: super timē
tes eum[illegible]no propter predestinatio
nem: in eter[illegible]propter beatificationem.
Siquidem qu[illegible] ab eterno predestinat: in
eternum beatificat: intercedente sane me
dia vocatione: vna cum iustificatione dū
taxat in adultis. Sic ad ortuȝ solis iusticie
sacramentum absconditum a seculis de p̄
destinatis ꝛ beatificatis emergere quodā
modo incipit ex abysso eternitatis: dum
quisqȝ vocatus per timorem: iustificatus ꝑ
amorē: p̄sumit quoqȝ se eē d̄ numero btōꝝ
sciēs nimiꝝ: quia quos iustificauit: illos ꝛ
magnificauit. Quid enim? Audit se voca
t[illegible] timore: sentit ꝛ iustificari cū amore: ꝑ
tu[illegible]dit ꝛ de magnificatiōe diffidet? Initia
tur ꝑuehit ꝛ de sola ꝯsumatiōe desperabit.
Nēpe si initiū sapie timor dn̄i in quo dicta
ē eē nostra vocatio qd nisi ꝑfectus in sapiē
tia ē amor dei is dūtaxat q interim ex fide
ē ex quo ꝛ nostra fit iustificatio? Quid iteȝ
nisi ꝯsumatio in sapiētia ē ipam quā in fine
speram⁹ de diuina illa ꝛ deifica visiōe glo
rificatio? Sic abyssus abyssum inuocat in
voce cathar[illegible]ctaꝝ tuaꝝ: cuȝ in terrore iudi
cioꝝ suoꝝ imēsa illa eternitas ꝛ eterna im
mēsitas: cui⁹ sapie nō ē numerus: cor hoīs
prauum ꝛ inscrutabile mira sua bonitate ꝛ
potētia educit in admirabile lumē suū. ver
bi grā: Ponamus hominē in seculo seculi
adhuc ꝛ sue carnis amore retentū: ꝛ cū ter
restris hoīs imaginē portet maculantē ter
renis nil de celestib⁹ cogitantē. Quis hunc
nō videat horrendis circūfusum tenebris:
nisi q in eadeȝ vmbra mortis sedet? Quip
pe cui nullū adhuc sue salutis signū illuxe
rit: cui necdū in aliquo in terra testet inspi
ratio an boni de se q̄ppiā eterna teneat pre
destinatio. At vo si sup̄na eum miseratio di
gnāter qn̄qȝ respexerit: īmiseritqȝ spm̄ cō
punctiōis quatenus īgemiscat: ꝛ resipiscat
mutet vitā: domet carnē: amet ꝑximū: cla
met ad deum: proponatqȝ decetero viuere
deo non seculo: ex qua deinde sup̄ni lumi
nis visitatiōe gratuita ꝛ subita imitatione
dextere excelsi agnoscat se: merito qdē nō
iā re sed gratie filiuȝ: q̄ppe q paternū erga
se diuine bonitatis expit affectū: q̄ se vtiqȝ

hactenus in tm̄ latuerat: vbi nō solū nesci-
ret: vtrū nam dignus foret amore an odio:
vey etiā odiū magis ⁊ nō amorē ꝓpria con
uer͛satio testaret̄: erāt enim tenebre adhuc
sup faciē abyssi: nōne is tibi videt̄ quasi de
abysso ꝓfundissima ac tenebrosissima hor-
rēde ignorātie in aliā quandā quoqꝫ trahi
abyssum eregiōe aiaꝫ ⁊ lucidam claritatis
eterne. Et tūc demū quasi diuidit lucē a te
nebris: cū peccator sole illucescente iusticie
abiectis opib᷒ tenebraꝝ induitur armis lu
cis: ⁊ is q̄ prior vita ac ꝓpria ꝯsciētia: tanq̄
reuera filiū gehēne deputauerat ardorib᷒
sempiternis qd̄ tātā visitātis se orientis ex
alto dignatiōis respirās: gloriari etiā inci-
pit ꝓpter spem in spe: glorie filioꝝ dei: qnā
iā nimiꝝ euicino reuelata facie exultās no
uo in lumine speculat̄ ⁊ dicit: Signatū ē su
per nos lumē vult᷒ tui dn̄i: dedisti leticiam
in corde meo. O dn̄e qd est hō: q꞉ īnotuisti
ei: aut fili᷒ hoīs q꞉ r̄putas eū? Jā se o bone
pī vermis vilissim᷒ ⁊ odio dignissim᷒ sem-
piterno tn̄ confidit amari se ꝑn̄tat nō recla
mare ꝯfundit̄: iā apparet in lumine tuo. O
inaccessibilis lux qd boni penes te etiā cū
malis eēt moneret homunculuꝫ. Amat ꝑ
inde nō īmerito: q꞉ amatus est sine merito:
amat sine fine: q꞉ sine ꝓ̄ncipio se cognoscit
amatū: ꝓdit in lucē ad miseri ꝯsolationem
magnū ꝯsiliū qd̄ ab eterno latuerat ī sinu
eternitatis q̄ nolit videlicet de᷒ mortē pec
catoris: sꝫ magis vt conuertat̄ ⁊ viuat. Ha
bes ꝫ hō hui᷒ archani iudicē: spm̄ iustificā
tē: eoqꝫ ip̄o testificātē spūi tuo q̄ fili᷒ dei ⁊
ip̄e sis. Agnosce ꝯsiliū dei ī iustificatione
tui. Cōfitere ⁊ dic: Cōsiliū meū iustificatio
nes tue. Pn̄s nāqꝫ iustificatio tui ⁊ diuini
ē ꝯsilij: reuelatō: ⁊ q̄dā ad futurā gloriā ꝑ-
paratio. Aut certe ꝑ̄destinatio ip̄a poti᷒ ꝑ̄-
paratio est: iustificatio aūt magis q̄ꝫ appro
pinq̄tio. Deniqꝫ ait: Agite pn̄iaꝫ. Appropi
quabit eni regnuꝫ celoꝝ. Audi ⁊ de ꝑ̄desti
natiōe q̄ ip̄a sit ꝑ̄patio. Percipite inqt re-
gnū qd̄ vob̄ ꝑ̄patū ē ab origine mūdi. Ne-
mo itaqꝫ se amari diffidat: q iā amat liben-
ter dei amor quē ꝑ̄uenit subseq̄t. Naꝫ quō
redamare pigebit quos amauit ⁊ necdum
amātes amauit? Amauit inq̄ꝫ amauit. Ha-
bes eni dilectiōis pign᷒ spm̄: habes ⁊ testeꝫ
fidelē iesuꝫ ⁊ hūc crucifixum. O geminum
ip̄mqꝫ firmissimuꝫ dei erga nos amoris ar
gumētuꝫ. Xp̄s morit̄ ⁊ meret̄ amari. Spūs
afficit: ⁊ facit amari. Jlle facit cur ametur:
iste vt amet̄. Jlle multā suā delectationem
ī nob̄ cōmēdat: iste ⁊ dat. Jn illo cernimus
qd̄ amemus. Charitas igit̄ ab illo occasio:
ex isto affectio. Quāta ꝯfusio dei filiū igra
tis ocul̄ cernē morientē. Qd̄ q̄dē facile ꝯtin
git: si desit spūs. Nūc auteꝫ q꞉ charitas dei
diffusa ē ī cordib᷒ nr̄is ꝑ spm̄ scm̄ q datus ē
nob̄: debet amari. Si eni cū adhuc inimici
essem᷒: recōciliati sum᷒ deo ꝑ mortē filij ei᷒
multo magis recōciliati ⁊ salui erim᷒ ī vita
ipsius. Quid eni? Qui ꝓprio filio non pep
cit: sꝫ ꝓ nob̄ oīb᷒ tradidit illū: non etiā cum
illo oīa datur᷒ ē nobis? Cū ergo geminum
teneam᷒ nr̄e salutis iudiciū geminā sangui
nis ⁊ spūs effusioneꝫ: neutra sine altera ꝓ-
dest. Nā nec spūs dat̄ nisi credētib᷒ in cru-
cifixū: nec fides valet si nō opat̄ ex dilectio
ne. Dilectio autē dn̄i spūs ē. Q꞉ si secūdus
hō xp̄m loquor fact᷒ ē: nō solū in aiaꝫ viuē
tē: sed ⁊ spm̄ viuificātem: ex vno videlicet
moriēs: ex altero mortuos suscitās? qd mi-
hi ꝓdesse pōt q̄ in ip̄o morit̄ absqꝫ eo q̄ vi-
uificat. Deniqꝫ ip̄e ait: Caro n̄ ꝓdest q̄c̄qꝫ:
spūs aūt ē q viuificat. Quid aūt est viuifi-
cat nisi iustificat? Cū eni mors aīe peccatū
sit: aīa qppe q̄ peccauerit ipsa moriet̄: vita
ei᷒ sine dubio iusticia ē: qm̄ iust᷒ ex fide vi-
uit. Just᷒ aūt qs ē: nisi q amāti se deo viceꝫ
repēdit amoris? Qd̄ nō fit nisi reuelāte spi
ritu ꝑ fidē hoī eternū dei ꝓpositū sup suaꝫ
salutē futurā. Que sane reuelatio nō ē ali-
ud q̄ꝫ infusio grē spiritalis: ꝑ quā facta car
nis mortificant̄. Hō ad regnū ꝑ̄pat̄ qd̄ ca-
ro ⁊ sanguis nō possidēt: sīl accipiēs ī vno
spū: ⁊ vn̄ se ꝑ̄sumat amatū: ⁊ vnde redimet
ne gratis amat᷒ sit. Hoc ē itaqꝫ illud sacruꝫ
secretūqꝫ ꝯsiliū qd̄ a patre fili᷒ ī spū scō ac
cipiens suis quos nouit ꝑ eūdē spm̄ iustifi
cādo eos cōicat ⁊ cōicādo iustificat: q̄si id
q̄sqꝫ accipit in sui iustificatiōe vt incipiat ⁊
ip̄e cognoscere [illegible] ⁊ cognitus est: cum vi
delicet dat̄ ei [illegible] sentire aliq̄d de sua ipsi-
us futura beatitudine quēadmodū latuit


ab eterno in predestinante plenius appari tur ⁊ i beatificāte. De q̄ tñ iā ꝑcepta sumet ex pte noticia: interī qdē gloriet̄ i spe: nondū tñ in securitate. Oꝝ miserādi q ad tam iocundū iustoꝝ ꝯsiliū nullū adhuc tenent sue vocatiōis testimoniū. Dñe qs credidit auditui nr̄o? O vtinam saperēt ⁊ intelligerēt. Uerꝝ nisi crediderint nō intelligēt. Sꝫ habetis ⁊ vos o infelices seculi mali securi amatores vr̄m seorsū a iustis ꝯsiliū. Squama squame ꝯiūgit̄: ⁊ nō ē spiraculū in vob. Habetis inq̄ꝫ ⁊ vos ipīj cōicatū adiuicē cōsilium: sꝫ plane aduersus dn̄m ⁊ aduersus xp̄m eiꝰ. Eteni si dicēte scriptura: pietas ē cultꝰ dei pfecto qsqs plus amat mūdum q̄ꝫ deū: ipiꝰ atqꝫ idolatra eē conuincit̄: colēs ⁊ seruiēs creature potiꝰ q̄ꝫ creatori. Habentibꝰ aūt vt dictū est scis atqꝫ ipījs suū ad se qbusqꝫ consiliū magnuꝫ ꝓculdubio ī vtroqꝫ chaos firmatū ē. Nā quō iustꝰ lōge se facit a ꝯsilio ⁊ ꝯsilio malignātiū: ita nec resurgūt ipīj in iudicio: neqꝫ pctōres in ꝯsilio iustoꝝ. Est qppe iustoꝝ ꝯsiliū pluuia volūtaria: quaꝫ segregauit deꝰ hereditati sue. Est ꝯsiliū vere secretū: descendēs nimirꝫ sicut pluuia ī vellꝰ. Est fons signatꝰ cui alienꝰ nō cōicat. Est sol iusticie q timētibꝰ deū tm̄ oritur. Porro ceteros aduertēs ꝓpħa ī sui siccitate ⁊ cecitate manentes: iustoꝝ siqdē imbris ⁊ lucis exptes īfecūdos ac tenebrosos ꝯfusos ⁊ auersos subsanat ⁊ notat. Hec ē inquiēs gēs q̄ nō audiuit voceꝫ dei sui. Non vultis o miseri dicē cū dauid: Audiā qd loquat̄ ī me dñs deꝰ. Utiqꝫ foris fusi in vanitates ⁊ īsanias falsas: intimū optimūqꝫ nō reqritis veritatis auditū. Filij hoiuꝫ vsqꝫquo graui corde: vt qd diligitis vanitateꝫ ⁊ q̄ritis mēdaciū. Surdi ad vocē veritatis ignorātes ꝯsiliū: cogitātis pacē: sꝫ ⁊ loquētis pacē ī plebē suaꝫ: ⁊ sup scōs suos: ⁊ ī eis q conuertunt̄ ad cor. Iā vos inquit mūdi estis ꝑ ſmonē quē locutꝰ sū vobis. Ergo q hūc ſmonē nō audiūt: īmūdi sūt. Ceterꝫ tu o charissime huic voci dei tui dulciori sup mel ⁊ fauū: si ꝑparas interiorē fuge curam exteriorē: vt expedito in vacatiōe interno sensu: dicas ⁊ tu cū samuele: Loquere dñe q̄ audit seruꝰ tuus. Uox hec nō sonat in foro: sed nec audit̄ in publico. Secretū ꝯsilium: secretū q̄rit ⁊ auditū. Auditui ꝓ certo dabit gaudiū ⁊ leticiā: si sobria aure ꝑcepēris. Abrahe precipit̄ exire de terra ⁊ de cognatiōe sua: vt videre ⁊ possidere mereret̄ terrā viuētiū. Jacob relicto patre ⁊ patria iordanem trāsit ī baculo: ⁊ excipit̄ rachelis amplexibꝰ. Joseph dn̄at ī egypto mercatione furtiua pr̄i sublatus ⁊ patrie. Ecclesie iubet̄ vt concupiscat rex decorē eiꝰ: ⁊ obliuisci ppl̄m suū ⁊ domū patris sui. Puer iesus inter cognatos ⁊ notos a parētibꝰ q̄rit̄: nec tñ īuenit̄. Fuge frēs tuos ⁊ tu si tuam vis īuenire salutē. Fuge inq̄ꝫ de medio babylonis: fuge a facie gladīj aqlonis. Paratī sumꝰ cū panibꝰ occurrere fugiēti. Abbatē tuū me nominas: nō renuo interim ꝓpt̄ obsequiū. Obsequiū dico nō ꝓ exigā sꝫ qꝫ exhibeā: sicut filiꝰ hoīs non venit ministrari sed mīstrare: ⁊ animā suā redēptionē dare ꝓ multis. Uerūtñ si dignū iudicas accipe ꝯdiscipuluꝫ: quē magistrū eligis. Unus sit ambobꝰ magister xp̄s: ⁊ ipe sit ep̄le finis q finis ē ad iusticiā omni credēti.

Diui Bernardi abbatis clareuallensis ordīs cystercienſis doctoris deuotissimi et melliflui omelie ⁊ ſmones de tpe ⁊ de scīs multis ꝑ anni circulū solēnitatibꝰ ⁊ diebus accomodati: qbꝰ ⁊ nōnulle eiꝰ deuote epistole addite sunt diligentissime emendati: ⁊ solertissime castigati feliciter explicīūt. Impressi Uenetiīs per Johannem Emericū de Spira alemanū. Sub anno īcarnatiōis dn̄ice. M.cccc.xcv. q̄rto idꝰ martias.

Registrum.

A qnternꝰ. dd qnternꝰ. Oēs alij sūt q̄terni





Gkw. 3945